ti mundo corde quia ipsi deū videbunt.

Ergo habes oculum corporis ad videndum fabrum: sed nondum habes oculum cordis ad videndũ deum. Ideo qđ soles videre in fabro: transferre vis in deũ. Pone in terra terrena: sursum cor. Quid ergo fratres carissimi? Explicaturi sumus nos quod interrogauimus / quomodo videat verbum: quomodo pater videat̃ a verbo Quid sit videre verbi? Non sum tam audax / taz temerari⁹ vt explicare pollicear me vobis: Vtcunq; suspicor modulum vestrũ: noui tamẽ meũ. Si ergo placet nõ diutius ĩmoremur: percurramus lectõem et videamus verbis domini turbari corda carnalia / ne in eo quod tenẽt: remaneant. Extorqueatur tanq̃ puerile ludicrũ nescio quid quo se male auocant vt possint inseri vtiliora grãdioribus: ut possint ꝓficere qui repebant in terra. Surge / q̃re suspira / anhela desiderio: ⁊ ad clausa pulsa. Si aũt nondum desideramus: nõdũ inhiamus / nondũ suspiramus: margaritas quibuscunq; ꝓiecturi sumus: aut margaritas qualescunq; nosipsi inuenturi sumus? Nouerim ergo carissimi desideriũ in corde vestro: Mores ꝑducunt ad intelligentiam: Genus vite ꝑducet ad genus vite. Alia vita terrena: alia vita celestis: Alia vita pecorum: alia vita hominũ: alia vita angeloꝝ. Vita pecoꝝ / terrenis voluptatibus estuat: sola terrena conquirit: in ea ꝓna atq; ꝓiecta est Vita angeloꝝ sola celestis: Vita hominũ media est inter angeloꝝ ⁊ pecorũ. Si viuit homo ꝟm carnem: pecoribus comparat̃. Si viuit ꝟm spiritũ: angelis sociatur. Quãdo ꝟm spiritũ viuis quere etiã in ipsa angelica vita / vtrũ paruus an grandis sis. Si enĩ adhuc paruus es: dicũt tibi angeli / cresce. Nos panẽ mãducamus: tu lacte nutrire: lacte fidei vt ꝑuenias ad cibum spei. Si autẽ inhiat̃ sordidis voluptatibus / si adhuc fraudes cogitantur / si mendacia non vitant̃: si mẽdacia ꝑiurijs cumulant̃: tam ĩmundũ cor audet dicere: explica mihi quomodo videt verbum. Etiam si possim: etiam si iam videam? Porro autẽ si forte ego non suz in his moribus: et tamẽ ab ista visione lõge sum: quantum ille qui nonduz isto sup̃no desiderio rapitur: terrenis desiderijs ꝑ grauatur? Multum interest inter aduersãtem ⁊ desiderantẽ: Et iterũ multũ interest inter desiderantem ⁊ fruentem. Viuis vt pecora / aduersaris: angeli fruũtur Tu autem si non viuis vt pecora: iam non aduersaris. Desideras aliquid ⁊ non capis: Inchoasti ipso desiderio vitam angelorum. Crescat in te ⁊ perficiatur in te: Et capias hoc non a me / sed ab illo: qui et me fecit et te Tamen non vtcunq; nos dimisit dominus qui voluit intelligi: Quia in eo qđ dixit: nõ potest filius a se facere quicquã nisi quod viderit patrem facientẽ / nõ alia opera pater facit / que videat filius ⁊ alia filius cum viderit patrem facientem: sed eadem opera ipsa ⁊ pater ⁊ filius. Secut⁹ enim ait. Quecunq; ille fecerit: hec et filius similiter facit: Non cum ille fecerit / alia filius similiter facit: sed quecũq; ille fecerit / hec ⁊ fili⁹ similiter facit. Si hec facit filius que fecerit pater: per filiũ facit pater. Si ꝑ filium facit que facit pater: non alia pater alia filius facit: sed eadem opera sunt patris ⁊ filij. Et quomodo eadem facit ⁊ filius: ⁊ eadẽ: ⁊ similit̃? Ne forte eadem sed dissimiliter Eadez inquit / ⁊ similiter: Et quomodo possit eadẽ nõ similiter: accipite exemplum: quod puto ad vos non sit grande. Cum scribimus lr̃as facit eas ꝑmo cor nr̃m: ⁊ deinde man⁹ nr̃e. Certe enĩ oẽs adclamastis: nisi q̃a cognouistis? Certũ ẽ qđ dixi: ⁊ manifestũ omĩb⁹ nobis. Littere fiunt primo a corde deinde a corpore nostro. Man⁹ seruit imperanti cordi: easdam litteras facit et cor et manus. Nũquid alias cor alias man⁹? Nam aliud est cor: aliud est manus Easdem quidẽ facit manus: sed non similiter. Cor enim nostrũ facit eas intelligibiliter: manus autem visibiliter. Ecce quomodo fiunt eadem ⁊ dissimiliter: Unde parum fuit domino dicere: quecunq; pater fecerit hec ⁊ fili⁹ facit: nisi adderet ⁊ similiter. Quid si enim hoc modo intelligeres / quomodo quecunq̃ cor facit hec et manus facit. sed nõ similiter. Hic vero addidit: hec et filius similiter facit. Si ⁊ hec facit ⁊ similiter facit: expergiscere: strĩgatur iudeus credat christian⁹: Conuincatur arrianus hereticus: / equalis est patri filius.

Alia lr̃a bet enim

Pater enim diligit filium: et omnia demõstrat ei que ipse facit. 5

Ecce est illud: demõstrat: cui? vtiq; quasi
videnti. Redimus ad id quod explicare
non possumus: quomodo verbum videat
Ecce homo factus est ꝑ verbum. Sed ho
mo habet oculos/habet aures/habet ma-
nus: diuersa membra ĩ corpore. Per ocu-
los potest videre: per aures potest audi-
re: per manus operari. Diuersa membra/
diuersa membroꝝ officia: non potest illd
mẽbrum quod potest alterum. Tamen ꝓ
pter corporis vnitatem/oculus ⁊ sibi ⁊ au
ri videt: ⁊ auris sibi ⁊ oculo audit. Nun-
quid tale aliquid in verbo arbitrandum
est esse: quomodo omnia per ip̃m? Et di-
xit scriptura in psalmo: Intelligite qui in
sipientes estis in populo: ⁊ stulti aliquan
do sapite. Qui plantauit aurem/non au-
diet: aut qui finxit oculũ non considerat?
Si ergo finxit oculum verbum: si planta-
uit aurem verbum/ quia omnia per ver-
bum: non possumus dicere. non audit ver
bum/non videt verbum: ne obiurget nos
psalmus ⁊ dicat/stulti aliquando sapite.
Itaq; si audit verbum ⁊ videt verbũ: au-
dit filius/⁊ videt filius. Nunquid tamen
et ĩ ipso diuersis locis quesituri sum⁹ ocu
los ⁊ aures? Aliunde audit/aliunde vi-
det: ⁊ auris eius non potest quod oculus
et oculus non potest/quod potest auris?
An totus ille visus est/⁊ totus auditus?
Forte ita/imo non forte sed vere ita: duꝫ
tamẽ ⁊ ip̃m eius videre/⁊ ip̃m eius audi-
re/longe alio modo quã nostrũ sit. Et vi-
dere ⁊ audire simul in verbo est: nec ali-
ud ibi est audire/aliud videre: sed audit⁹
visus/⁊ visus auditus. Et nos qui aliter
audimus/aliter videmus: hoc vnde noui
mus? Redimus forte ad nos/si non sum⁹
p̃uaricatores: quibus dictum est. Redite
p̃uaricatores ad cor: Redite ad cor Quid
itis a vobis/⁊ ꝑitis ex vobis: quid itis ĩ so
litudinis vias? Erratis vagando: Redite
Quo? Ad dñm. Cito est: Primo redi ad
cor tuum. Exulate vagaris foris. Te ip-
suꝫ nõ nosti: ⁊ queris a quo factus es? Re
di redi ad cor: tolle te a corpe. Corpus tu
um habitatio tua est: Cor tuum sentit etiã
per corpus tuũ: Sed corpus tuum nõ qđ
cor tuũ Dimitte ⁊ corpus tuum: ⁊ redi ad
cor tuum. In corpore tuo inueniebas ali-
bi oculos/alibi aures: ĩ corde tuo nũquid
h̃ inuenies? an in corde nõ hẽs aures? De
quibus enim dominus dicebat. Qui ha-
bet aures audiendi audiat. An in corde
non habes oculos? Unde dicit apostol⁹.
Illuminatos oculos cordis vestri. Redi
ad cor: vide ibi quid sentias forte de đo:
quia ibi est imago dei. In interiore homi
ne habitat christus: in interiore homĩe re-
nouaris ad imaginem dei: in imagine sua
cognosce auctorem eius. Vide quem ad
modum omnes corporis sensus/cordi in-
tro nuntient id quod senserit foris. Vide
q̃ multos ministros habeat/vnus interi-
or impator: et quid apud se etiam sine his
ministris agat. Renunciant oculi cordi al
ba ⁊ nigra: renunciant aures eidem cordi
canora ⁊ dissona: Renunciant nares ei-
dem cordi odora ⁊ putentia: Renunciat
gustus eidem cordi amara ⁊ dulcia: Re-
nunciat tactus eidem cordi lenia ⁊ aspe-
ra. Renunciat sibi ip̃m cor iusta et iniusta
Cor tuum ⁊ videt ⁊ audit/⁊ cetera sensibi
lia diiudicat: et quo non aspirat corporis
sensus. iusta et iniusta/mala ⁊ bona/ dis-
cernit. Ostende mihi oculos/aures/nares
cordis tui. Diuersa sunt que ad cor tuum
referuntur: et diuersa ibi membra non in-
ueniuntur. In carne tua, alibi audis/alibi
vides: ĩ corde tuo ibi audis vbi vides. Si
hoc imago: quanto potentius ille cuius
imago? Ergo et audit filius ⁊ videt filius
Et ip̃a visio ⁊ anditio filius: Et hoc est il-
li audire quod esse: profecto ⁊ hoc vide-
re quod esse. Tibi non hoc est videre q̃đ
esse: quia ⁊ si perdas visuꝫ/ potes esse: et
si ꝑdas auditum/potes esse. Putamus ne
pulsauimus? Erectum est aliquid in nob
quod vel tenuit suspicemur: vnde lumẽ
veniat nobis. ¶ Puto fratres: quia cum
loquimur ista/et cum meditamur: exerce-
mus nos: Et cum exercemus nos in ipsis/
et rursus quasi inflectimur põdere nostro
ad ista consueta. tales sumus quales lip-
pientes cum ꝓducuntur ad videndum lu
men. si forte antea visum omnino nõ ha
bebant/et incipiunt eundem visum per di
ligentiam medicorum vtcunq̃ reparare:
Et cũ ꝓbare vult medic⁹ q̃ntũ salutis eis
accesserit: temptat eis oñdere qđ videre

desiderabant ⁊ nõ poterant cũ ceci essẽt: et redeunte iã vtcunq; acie oculoꝝ :pro ducunt̃ ad lucem. Et cũ viderint fulgorẽ in ipso reuerberant̃ quodãmõ : ⁊ respondent medico demonstranti. Jã iã vidi: sz videre non possum. Quid ergo facit medic⁹? Reuocat ad solita ⁊ addit colliriũ: vt ad illud quod visum est ⁊ videri non potest: desideriũ nutriat/ ⁊ ex ipso desiderio curet̃ plenius: ⁊ si qua mordacia reparande sanitati adhibent̃: fortiter ferat: vt amore illius lucis accensus dicat sibi. Quando erit vt illud firmis oculis videã quod saucijs infirmisq; non potui? Urget medicum: ⁊ rogat vt curet Ergo fratres si tale aliquid factum est in cordibus vr̃is/ si vtcũq; erexistis cor vestrũ ad videndũ verbũ: ⁊ ip̃ius luce reuerberati ad solita recidistis: Rogate medicum vt adhibeat colliria mordacia: p̃cepta iusticie. Est qđ videas: sed non est vnde videas. Nõ mihi antea credebas quia ẽ quod videas: duce quadam rationis adductus es: propinq̃sti: intẽdisti: palpasti: refugisti. Scis certe esse quod videas: sed idoneum non te esse qui videas. Ergo curare. Que sũt colliria? Noli mentiri: noli periurare: noli adulterari: noli furari: noli fraudare. Sed consuesti ⁊ cum aliquo dolore a cõsuetudine reuocaris: hoc est quod mordet sz sanat. Nam dico tibi liberius ex timore et meo ⁊ tuo. Si curari restiteris et eẽ idoneus ad ꝑfruendũ hac luce neglexeris: valitudine oculoꝝ tuorũ tenebras amabis: et amando tenebras in tenebris remanebis: et remanendo in tenebris etiã in tenebras exteriores ꝓijceris: Ibi erit fletus ⁊ stridor dẽtiũ: Si nihil ante faciebat amor lucis: faciat timor doloris. Sufficienter me loquutũ arbitror: ⁊ lectionẽ tñ euãgelicã non finiui: Si dicã reliqua: onerabo vos: et timeo ne etiã qđ haustum est/ effundatur. Sufficiant ergo ista caritati vr̃e. Debitores sumus/ non nũc sed semꝑ quãdiu viuimus: quia ꝓpter vos viuimus. Ueꝝ tamẽ vitã nostrã istam infirmã/ laboriosã/ periculosam in hoc mundo cõsolamini bene viuendo: nolite nos contristari ⁊ atterere malis moribus vestris. Cum enim offendimur mala vita vestra/ si refugiamus a vob̃. et separem⁹ nos a vobis/ ⁊ ad vos non accedamus: Nonne conqueremini et dicetis: ⁊ si languebamus curaretis: et si infirmabamur visitaretis? Ecce curam⁹ ecce visitamur: sed nõ nobis fiat quomodo audistis ab apostolo. Timeo ne sine causa laborauerim in vos.

Explicit tractat⁹. xviij. Incipit tractatus. xix. Ab eo quod scriptum ẽ Non potest a se filius facere quicquã nisi quod viderit patrem faciẽtem vsq; ad id quod ait. quia non quero voluntatẽ meã: sed volũtatem eius qui misit me A

Sermõe pristino q̃tũ nr̃m mouit affectũ ⁊ intelligẽdi pauꝑtatẽ: locuti sum⁹ ex occasione verborum euangelicoꝝ vbi scriptum est/ non potest fili⁹ a se facere q̃c quã nisi quod viderit patrem facientem: Quid sit videre filij/ hoc est videre verbi/ quia filius verbum/ ⁊ quia ꝑ verbum facta sunt omnia. Quomodo possit intelligi quod videt filius primo patrem facientem/ tunc demũ ⁊ ipse faciat que facta cõspexerit: cũ pater nihil nisi per filium fecerit. Omĩa enĩ per ip̃m facta sunt ⁊ sine ipso factũ est nihil. Non tamẽ explicatũ aliquid diximus: quia nec explicatum aliq̃d intellexim⁹. Aliqñ enĩ sermo deficit: vbi etiã intellectus ꝓficit/ quantomagis sermo patitur defectõem: quãdo intellectus non habet ꝑfectõem? Nunc itaq; quantũ domin⁹ donat/ breuiter ꝑcurramus lectionem: et vel hodie expleamus debitũ pensum. Si quid forte remanserit/ vel temporis vel viriũ: retractabim⁹ si potuerimus quantum et a nobis ⁊ apud vos fieri potest: Quid sit videre v̄bi/ demõstrari verbo non potest. Omnia quippe dicta sunt hic: Que si intelligant̃ s̃m humanũ sensũ carnaliter: nihil aliud nobis facit anĩa plena phãtasmatis/ nisi quasdam imagines velut duorũ hominũ patris et filij: vnius ostẽdẽtis alteri⁹ videntis: vnius loquentis/ alteri⁹ audiẽtis. que oĩa idola cordis sũt. Que si iã deiecta sũt đ tẽplis suis: q̃ntomagis deijciẽda sũt de cordib⁹ xp̃ianis

Nõ potest inquit† a se facere quicq̃z: nisi quod viderit patrẽ faciẽtẽ. † Alia lectio:

Verum est hoc: tenete hoc: duz tamē nō amittatis quod in ip̄ius euangelij exordio tenuistis quia in principio erat verbū et verbum erat apud deum /et deus erat verbum: ⁊ p̄cipue quia omnia per ipsum facta sunt. Quod nunc enim audistis coniungite illi auditui. ⁊ vtrūq̄ concordet in cordibus vestris. Sic itaq̄ non potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrem facientē: vt tamen pater ea que facit non faciat nisi ꝑ filium/quia eius est verbum. Et in principio erat verbum /⁊ verbum erat apud deum/⁊ deus erat verbū: quia omnia per ip̄m facta sunt **Quecūq̄z enim ille fecerit hec ⁊ filius similiter facit:** Non alia sed hec: non dissimiliter sed similiter. **Pater em̄ diligit filiū: ⁊ omnia demōstrat ei que ipse facit.** Ad hoc qd̄ supra dixit/nisi quod viderit parrez facientem/videt̄ pertinere/ ⁊ quod omnia demonstrat ei que ip̄e facit. Sed si pater demōstrat que facit: nec filiꝰ potest facere nisi pat̄ demōstrauerit: Pater que demōstrare nō potest nisi fecerit: cōsequens erit vt non ꝑ filium faciat omnia pater. Porro si fixum atq̄ inconcussū tenemus/quia per filium omīa pat̄ facit. anteq̄ facit demonstrat filio vt filiꝰ demōstrata faciat/ que demonstrata iam facta sunt: aliquid ꝓculdubio pater sine filio facit. Sed non facit pater aliquid sine filio: q̄a filius dei verbum est: ⁊ omnia ꝑ ipsum facta sunt. Remanet ergo fortasse: vt que pater facturus est/demonstraret faciēda: vt per filiū sint facta. Nam si filius ea facit que pater facta demonstret: non vtiq̄ ꝑ filiū facit. Monstrari em̄ non possent nisi facta: facere filius non posset nisi monstrata fuerint. Ergo sine filio facta? Sed verum est omnia ꝑ ipsum facta sunt. Ergo anteq̄ facta/monstrata sunt. Sed hoc diximus differendū esse: quo redeunduz sit. percursa lectione sivt diximꝰ aliquid vel tempis vel viriū nobis remanserit: ad ea que distulimꝰ retractāda. Ampliꝰ audite difficilia. **Et maiora his inquit demōstrabit ei opa: ita vt vos miremi.** Maiora his. Quibꝰ maiora? Facile occurrit/que modo audistis: curationibꝰ lāguoꝝ corporaliū. De isto enī q̄ triginta et octo annis habebat infirmitatem ⁊ xp̄i verbo sanatus est: nata est huiꝰ occasio tota sermonis. Et ꝓpter hoc dominꝰ dicere potuit/maiora his demōstrabit ei opa: vt vos miremini. Sunt enim opera maiora q̄ ista: ⁊ demōstrabit ea pater filio Nō demonstrauit ei tanq̄ de p̄terito/sed demonstrabit de futuro: hoc ē demōstraturus ē. Rursus difficilis orit̄ questio. Est em̄ aliquid apud p̄rem/ quod adhuc latebat filium: quando ista filius loquebat̄. Si em̄ demōstrabit/hoc est demonstraturꝰ ē/nōdum demōstrauit: ⁊ filio tunc demōstraturus est quando et istis. Sequit̄ em̄ ita: vt vos miremini. Et hoc difficile est videre: quomodo tanq̄ temporaliter filio coeterno aliq̄d demonstret eternus pater: omnia sciēti q̄ sunt apud patrē: Que sunt tamen illa maiora. Hoc enī forte facile ē intelligere. **Sicut em̄ pater inquit suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic et filius quos vult viuificat.** Maiora enī sunt opa mortuos suscitare: q̄ languidos sanare. Sed resuscitat pater mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat: Alius ergo pater alius filius: sed omīa ꝑ ip̄m. Ipsos itaq̄ filius quos et pater/ q̄a non alia/nec aliter: sed hec et filius similiter facit. Ita plane intelligendū est: ⁊ ita tenendū. Sed mementote q̄a filius quos vult viuificat. Tenete hic ergo non soluz potestatē filij: verumetiā voluntatē: Et filius quos vult viuificat/ ⁊ pat̄ quos vult viuificat/et ipsos filiꝰ quos et pater: ac ꝑ hoc eadē patris ac filij ptās est ⁊ volūtas Quid est ergo quod sequit̄. **neq̄ em̄ pr̄ iudicat quēquā: sed iudiciū omne dedit filio: ut omnes honorificēt filiū sicut honorificāt patrē.** Quod ita subiunxit: tanq̄ ratōem reddens superioris sentētie. Multū mouet: Intēti estote. Filiꝰ quos vult viuificat: pr̄ quos vult viuificat. Filiꝰ suscitat mortuos: sicut pater suscitat mortuos. Neq̄ enī pr̄ iudicat quēq̄. Si in iudicio suscitādi sunt mortui quō pr̄ suscitat mortuos/si nō iudicat quēquā? Om̄e q̄ppe iudiciū dedit filio. In illo q̄ppe iudicio suscitātur mortui ⁊ resurgūt: alij ad vitam eternam: alij ad penam Quod totum si filius facit / pater autem ideo non facit / quia pater non iudicat quēquā/sed omē iudiciū dedit filio: ꝯriū

videbit ei quod dictū ē. Sicut pater susci
tat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊ filiꝰ qđ vult
viuificat. Sil' ĝ suscitāt. Si sil' suscitant: sil'
viuificāt: simul ĝ iudicant. Quomō itaq̄
verꝝ est/neq̄ em̄ pater iudicat quēq̄/ sed
iudiciū omne dedit filio? Moueāt interī
ꝓposite questiones: p̄stabit dominꝰ vt so
lute delectēt Ita ē fratres Omīs questio
nisi intentū fecerit ꝓposita: nō letificabit
exposita: Sequat̄ ergo ipse dn̄s: ne forte
in his que subiecit apiat se aliquantum.
Subtexit enī nubilo lucē suam: ⁊ difficile
est aquile more volare sup omnez nebu-
lam qua tegitur omīs terra: ⁊ videre ver-
bū domini sincerissimā lucem. Ne forte ĝ
calore radioꝝ suoꝝ discutiat caliginē no-
strā ⁊ aliquantū se ī cōsequētibꝰ apire di-
gnetur: dilatis istis: sequentia videamus

E Qui non honorificat filiū: non ho
norificat patrem qui misit illū. Hoc
verū est: ⁊ planū est. Omne quippe iudici
um dedit filio sicut supra dixit: vt omnes
honorificent filiū sicut honorificāt patrē.
Quid si inueniunt̄ qui patrē honorificant
⁊ non honorificāt filium? Non potest in-
quit fieri qui ñ honorificāt filiū: nō hono
rificāt patrē qui misit illū. Non potest er-
go dicere aliquis. Ego p̄rem honorifica-
bā: quia filiū non nouerā. Et si nōdum fi-
lium honorificabas: nec p̄rem honorifica-
bas. Quid est enī honorificare p̄rem: nisi
quod habeat filiū? Aliud est enī cum tibi
cōmendat̄ deus quia deus est: ⁊ aliud est
cū tibi cōmēdat̄ deus/quia pater. Cum ti
bi quia deus est cōmēdat̄/creator tibi cō-
mendatur: omnipotēs tibi cōmendatur:
Spūs quidē sūmus eternus inuisibilis ti-
bi cōmendat̄: Incōmutabilis tibi cōmen-
datur. Cū vero tibi quia pater est cōmen
datur/nihil tibi aliud q̄ et filius cōmēda-
tur: Quia pater dici non potest/si filiū nō
habet: sicut nec filius si p̄rem non habet.
Sed forte quidē p̄rem honorifices tāquā
maiorē/ filiū vero tanquā minorē/vt di-
cas mihi: honorifico patrē/ scio enī qđ ha
beat filiū/⁊ nō erro in patris nomine/non
enim p̄rem intelligo sine filio/honorifico
tamē ⁊ filiū tanquā minorem: Corrigit te
ipse filius et reuocat te dicens/ vt omnes
honorificent filium: non inferius sed sicut
honorificant patrem. Qui ergo non hono
rificant filium: non honorificant patrem q̄
misit illum. Ego inquis maiorem honorē
volo dare patri: minorem filio. Ibi tollis
honorē patri: vbi minorē das filio. Quid
enim aliđ tibi videt̄ ita sentienti: nisi quia
pater equalez sibi filium generare/aut no
luit/aut non potuit? Si noluit/inuidit. si
non potuit/ defecit: Nō ergo vides quia
ita sentiendo vbi maiorem honorem vis
dare patri: ibi es cōtumeliosus in patrez?
Proinde sic honorifica filiū/quomō ho-
norificas patrē: si vis honorificare et pa-
trē et filiū. Amen amen dico vobis:
quia qui verbū meum audit et cre
dit ei qui misit me habet vitam eter
nam Et in iudiciū non venit: sz trā Alia lr̄ siet.
sijt a morte in vitaz. Non nūc transit:
sed iam transijt a morte in vitā. Et hoc at
tendite qui verbū meū audit: ⁊ non dixit
et credit mihi/sed credit ei qui me misit.
Verbū ergo filij audiat: vt patri credat.
Quare verbū audit tuū: et credit alteri?
Nōne cum verbū alicuiꝰ audimus/eidem
verbū ꝓferenti credimus: loquenti nobis
fidez accōmodamꝰ? Quid ergo voluit di
cere qui verbū meū audit ⁊ credit ei qui
misit me: nisi quia verbū eius ē in me? Et
quid ē audit verbum meū: nisi audit me?
Qui credit mihi: ecredit ei q̄ misit me: q̄a
cum illi credit/verbo eius credit. Cū autē
verbo eius credit/mihi credit: quia verbū
patris ego sum. Pax ergo in scripturis et
omīa disposita: nequaq̄ rixantia. Tu abij
ce litē cordis tui: intellige concordiā scrip
turaꝝ: Nunquid contraria sibi diceret ve
ritas? Qui audit inquit verbum meum et
credit ei qui misit me habz vitam eternā:
et in iudicinm nō venit/sed transit a mor
te ad vitam. Meministis qđ supius posue
ramus: quia sicut pater suscitat mortuos
et viuificat/sic et filiꝰ quos vult viuificat:
Incipit iam apire se loqui de resurrectio
ne mortuoꝝ: ⁊ ecce iam resurgunt mortui
Qui enī verbum meū audit et credit ei q̄
misit me habet vitam eternam: et in iudi-
cium non venit. Proba quia resurrexit:
sed transijt inquit a morte ad vitam. Qui
transijt a morte ad vitaz: nullo dubitante
vtiq̄ resurrexit. Nō em̄ trāsiret de morte
ad vitam: nisi primo esset in morte et non
esset in vita: Cū autem transierit/ erit in

vita: et non erit in morte. Mortuus ergo erat ⁊ r̄uixit: ꝑierat ⁊ inuētus ē. Fit ꝑinđ iā q̄dā r̄surrectio: ⁊ trāseūt hoīes a morte q̄dā ad q̄ndā vitā: A morte infidelitatis ad vitam fidei: a morte falsitatis: ad vitā veritatis: A morte iniquitatis / ad vitam iusticie. Est ergo ⁊ ista quedā resurrectio mortuoꝝ. Apiat illā plenius: ⁊ dilucescat nobis vt cepit **Amē amen dico vobis: quia venit hora et nunc est.** Nos expectam⁹ in finē resurrectōez mortuorū / nam ita credimus: imo nō expectamus. Sed plane expectare debemus: Neq; em̄ falsum credimus in fine mortuos resurrecturos. Cum ergo vellet dn̄s ies⁹ insinuare nobis quandā resurrectōem mortuorū / ante resurrectōem mortuorū Nō sicut lazari vel filij illius vidue / vel filie archisinagogi qui resurrexerunt morituri: nam et ip̄oꝝ mortuoꝝ quedā resurrectio facta est / ante resurrectōem mortuoꝝ. Sz sicut hic dicit habet inq̄t vitā eternā / ⁊ in iudiciū non venit sed trāsit a morte ad vitā. Ad quā vitā? Ad eternaz. Non aūt sicut corpus lazari. Transit em̄ ⁊ ille a morte sepulchri ad vitam hominū / sed nō eternam / iterū morit̄. Resurrecturi aūt in fine seculi mortui: in vitā eternā transibūt: Cū ergo vellet dn̄s iesus xp̄s magister celestis / verbum patris et veritas demonstrare nobis quandā resurrectōem in vitā eternam / ante resurrectōem mortuoꝝ in eternam vitā: Venit hora inquit: Tu procul dubio imbutus fide / resurrectōem carnis expectabas: horā illā finis seculi diem iudicij: quā ne ī isto loco expectares: addidit ⁊ nūc est Quod ergo dicit venit hora: Non dic̄ de illa hora nouissima vbi iniussu ⁊ voce archangeli / ⁊ in tuba dei dn̄s ip̄e descendet de celo ⁊ mortui in xp̄o resurgent p̄mi: deinde nos qui viuim⁹ viuētes qui reliqui sumus / simul rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiam xp̄o in aera / et ita semp cum domīo erimus. Et veniet hora illa: sed non est nunc. Hora vero ista que sit: Aduertite. Quid in ea fit? Quid nisi resurrectio mortuorum? Vt q̄ resurgūt: in eternū viuāt? Hoc erit ⁊ nouissima hora: Quid ergo? Quomō intelligimus duas istas resurrectiones? Nunquid forte q̄ nūc resurgunt / tūc non resurgēt: vt alioꝝ fiat tunc resurrectio alioꝝ nunc? Non est ita. Nam ista resurrectione si recte credidimus resurreximus: et nosipsi qui iam resurreximus / alterā in fine resurrectionem expectamus. Sed ⁊ nunc in eternā vitam resurreximus: si in fide ip̄a ꝑseuerant̄ manemus. Et tunc in eternā vitā resurgemus quando angelis coequabimur. Ipse ḡ distinguat / ipse apiat qđ loqui ausi sumus: Quomō fiat resurrectio ante resurectōez: Non alioꝝ ⁊ alioꝝ / sed eorundē: nec talis qualis lazari / sed ī vitā eternā. Apiet plane. Audite dilucescentem magistrū ⁊ illa bentē cordibus nr̄is solem nr̄m: Nō quē desiderant oculi carnales / sed cui estuant apiri oculi cordis. Ip̄m ergo audiamus. Amen amē dico vobis: quia venit hora ⁊ nunc est. quādo mortui / Videte exp̄mi resurrectōem: **quando mortui audient vocē filij dei: ⁊ qui audierint viuēt** Quare addidit / q̄ audierint viuēt? Possent em̄ audire nisi viuerent? Sufficeret ergo venit hora ⁊ nnuc est: quādo mortui audient vocem filij dei. Jam nos si intelligeremus viuentes eos: quādo nisi viuerent audire non possent: nō inquit qꝛ viuunt audiunt / sed audiendo reuiuiscunt. Audient: et qui audierint viuent. Quid est ergo audient / nisi obaudient? Quantum em̄ ꝑtinet ad auris auditū: non om̄s qui audient / viuent. Multi em̄ audiunt et nō credunt. Audiendo ⁊ nō credēdo / nō obaudiunt: Non obaudiendo / nō viuent. Itaq; hic q̄ audiēt: nihil ē aliđ q̄ q̄ obuadiēt Qui ergo obaudierīt viuēt. Certi sūt securi sunt viuent. Predicat̄ xp̄s / verbum dei filius dei / ꝑ quē facta sunt omīa / certe dispensatōis gr̄a: asiumpta carne nat⁹ ex virgine: infans in carne / iuuenis in carne: patiens in carne / moriens in carne: resurgens in carne / ascendens in carne / ꝓmittēs resurrectōem carni / ꝓmittēs resurrectionem mēti: mēti ante carnē / carni post mentē. Qui audit ⁊ obaudit viuet: Qui aūt audit ⁊ nō obaudit id ē q̄ audit ⁊ contempnit / audit ⁊ nō credit nō viuet. Quare nō viuet? Quia nō audit. Quid est nō audit? Non obaudit. Ergo qui audierīt viuent. Attēde nūc quid dixeram⁹ differendum: vt nunc si fieri potuerit apiatur. Subiecit cōtinuo de hac ipsa resurrectōe. **Sicut em̄ pr̄ hz vitā ī semetip̄o: sic dedit ⁊ filio vitā hr̄e in semetipso.**

Quid est habet vitā pr̄ i semetipso? Non alibi habet vitā nisi in semetipso: Viuere quippe suū in illo est ⁊ nō aliunde. Et nō alienū est: nō quasi mutuat vitā/nec qua si pticeps sit vite/ei⁹ vite q̄ nō ē q̄ ipse. Sz habet vitā in semetipo/vt ipa vita sibi sit ipe Si potuero adhuc modicū q̄d inde di cere exemplis ppositis ad intelligentiam vram informandā /dño adiuuāte potue=ro: et pietate intentionis vre. Viuit de⁹: viuit ⁊ ania. Sed vita dei imutabilis est: vita anime mutabilis est. Deus nec p̄fi=cit nec deficit/sed ē ipe semp: in se est vita vt est: Non alit nūc/nō alit postea /aliter antea Anie vero vita/valde alit atq; ali ter: Viuebat stulta / viuit sapiens: vi=uebat iniqua/viuit iusta. Nunc meminit nunc obliuiscit: Nunc discit/nūc discere ñ potest. Nūc pdit q̄ dicerat: nunc reca=pit q̄ amiserat. Mutabilis vita anie. Et cum viuit ania in iniq̄tate /mors eius est: Cū autē fit iusta. fit particeps alterius vi te: que nō est quod ipsa. Erigēdo se quip pe ad deū ⁊ inherendo deo: ex illo iustifi catur. Dictū est eñ. Credenti in eū q̄ iu=stificat impiū: deputat fides eius ad iu=sticiā. Deficiendo ab illa fit iniq̄: p̄ficien do ad illū fit iusta: Nonne videt tibi qua si aliquid frigidum/igni admotū feruef=cere: remotū ab igne torpescere? Nōne vi det tibi quidā tenebrosum admotū lu=ci claresce: remotū a luce nigresce? Ta le quidā est anima: nō tale aliq̄d deus. Potest ⁊ homo dicere habere se lucē nūc in oculis suis. Dicāt ergo quasi quadam voce ppria oculi tui si possunt: Habemus lucem in nobis ipis. Cōtra dicit/ nō ppe dicitis: habere vos lucem i vobisipis: Ha betis lucē: sed in celo. Habetis lucem/si forte nox est: sed in luna /in lucernis: non in vobisipis: Nam clausi amittit s: q̄ ap ti pcipitis. Nō in vobisipis habetis lucē. Sole occidente: tenete lucem si potestis. Nox est: ⁊ i lumie nocturno pfruimi. Sub ducta lucerna: tenete lucē. Cū vero sub=ducta lucerna in tenebris remaneatis. nō lucem in vobisipis habetis. Hoc est ergo habere lucem in semetipso: nō indigere lu cem ex altero. Ecce vbi si quis intelligat/ ostendit filiū equalē pat: vbi ait. **Sicut habet pat̄ vitaz in semetipso. sic dedit ⁊ filio vitā habere in semetipo:** Ut hoc solū intersit inter patrē ⁊ filiū. q̄ pater habet vitam in semetipo quā nemo ei dedit: Filius autē habz vitam in semet ipso/quam pater dedit: ¶ Sed etiam hic oritur aliquid nubilum discutiendum Non deficiamus / intenti simus: pascua mētis sunt: nō fastidiamus vt viuam⁹. Ec ce inquis fateris ipe /quod vitā filio pat dedit: vt habeat eam q̄dem in semetipso sicut pater habet vitā in semetipo. Nō in digens ille: nō indigeat ⁊ iste: vt sit ille vi ta sit et iste: ⁊ vtrūq; cōiūctū vna vita/ nō due/quia vnus deus/nō duo dij: et hoc ip sum sit esse vitā. Quomō ergo dedit filio vitam pater: Nō sic quasi ante fuerit fili⁹ sine vita: atq; vt viueret a p̄e accepit vi=tam: Nā si hoc esset: nō haberet vitā in se metipo. Ecce de anima loquebar. Est aīa et si nō sit sapiens/ ⁊ si nō sit iusta ania est: et si nō sit pia /anima est. Aliud ē esse ani mā/aliud vero esse sapientē: esse iustā/eē piam. Est ergo aliquid quod nō duz ē sa=piens/nōdum iusta nōdum pia: nō tamē nihil est/nō tamen nulla vita est. Nam ex operibus quibusdā suis ostendit se vitā: et si non se ostendit sapientē/piā iustā. Ni si eñ viueret: corpus nō moueret pedib⁹ gressum/manibus opus/oculis intuitum/ auribus auditū/n on aperiet os ad vocem linguā ad distinctōem vocū nō moueret. His itaq; operibus viuere se ostēdit: ⁊ eē aliquid quod est corpore melius. Sz nun quid his operibus /sapientē /piā /iustam se ostendit? Nōne ambulant/opantur/vi dent/audiunt/loquunt et stulti/ et impij/ et iniusti? Cū vero se erigit ad aliq̄d q̄ ipsa nō est ⁊ quod supra ipam est ⁊ a quo ipsa est: pcipit sapientiam/iusticiā /pieta=tem/sine quibus cū essz/ mortua erat: nec vitam habebat qua ipsa viueret/ sed qua corpus viuificaret. Aliud est enim in ani=ma/vnde corpus viuificat: aliud vnde ip sa viuificat. Melius quippe est q̄ corpus Sed melius quā ipa/est deus. Est ergo ip sa etiā si sit insipiens iniusta ⁊ impia: vita corporis? Quia vo vita eius est deus: quā do cū ipsa est in corpe / prestat illi vigo=rē/decorem/nobilitatē/officia membror: sic cum vita eius deus in ipsa est: prestat illi sapientiam/pietatē/iusticiā caritatez. Aliud est ergo quod prestat corpi de ani ma: aliud quod prestatur anime de deo.

Viuificat ⁊ viuificat. Mortua viuificat: sed ipsa nõ viuificat. Veniẽte itaq; verbo ⁊ infuso audientib⁹ factisq; illis non solũ audientib⁹/sed etiã obedientib⁹ /resurget anima a morte sua ad vitã suã: hoc ẽ ab iniquitate/ab insipientia/ab impietate ad deũ suũ/qui est illi sapientia /iusticia/ charitas. Resurgat ad illũ /illuminet ab illo. Accedite inquit ad deum. Et q̃d nobis erit? Et illuminamini. Si ergo accedẽdo illumiamĩ et recedẽdo tenebramĩ: nõ erat in vobis lumen vestrũ sed in deo vestro. Accedite vt resurgatis. Si recesseritis moriemini. Si ergo accedẽdo viuitis/ recedẽdo moriemini: non erat in vobis vita vr̃a. Ip̃a est enĩ vita vr̃a. que ẽ lux vestra. Quoniã apud te est fons vite: ⁊ in lumĩe tuo videbim⁹ lumẽ ¶ Non ergo sicut anĩa aliquid aliud ẽ anteq̃ illuminaret ⁊ fit melius cũ illuminat ꝑticipatiõe melioris/ita ⁊ verbũ dei/filius dei: aliquid aliud erat anteq̃ acciperet vitã/vt ꝑticipando habeat vitã. sed vitã habet in semetipso: ac ꝑ hoc ip̃e ẽ ip̃a vita. Quid ergo ait dedit filio vitã habere in semetip̃o? Breuiter dixerim: genuit filiũ. Neq; enĩ erat sine vita et accepit vitã: sed nascendo vita est. Pater vita est nõ nascẽdo: fili⁹ vita est nascendo Pater de nullo pr̃e: fili⁹ de deo patre. Pater quod est: a nullo est. Quod aũt pater ẽ: ꝓpter filiũ ẽ. Fili⁹ vero ⁊ quod fili⁹ est ꝓpter pr̃em est: ⁊ quod est a pr̃e est. Et hoc ergo dixit vitã dedit filio vt haberet eã in semetip̃o: tanq̃ diceret: Pat̃ qui est vita in semetip̃o: genuit filiũ qui eẽt vita in semetip̃o. Pro eo enĩ quod genuit/voluit intelligi dedit: tanq̃ si cuiquã diceremus/dedit tibi deus esse. Cui dedit? Si alicui iã existenti dedit esse: non ei dedit esse quia erat antequã ei daret qui posset accipere. Cũ ergo audis dedit tibi esse: nõ eras qui acciperes/⁊ existendo accepisti vt esses. Dedit structor domui huic vt eẽt: sed quid ei dedit? Vt dom⁹ eẽt. Cui dedit? Huic domui. Quid ei dedit? Vt domus esset. Quomõ potuit dare domui vt dom⁹ esset? Etenĩ si domus erat: cui daret vt domus esset/ qñ iã domus erat? Quid est ergo: dedit ei vt dom⁹ eẽt? Fecit ei vt dom⁹ esset. Quid ḡ filio dedit? Dedit ei vt filius esset. Genuit vt vita esset: hoc ẽ dedit habere ei vitã in semetip̃o vt esset vita /nõ egens vita: ne participãdo intelligat habere vitã. Si enĩ ꝑticipando haberet vitã nõ in semetipso: posset ⁊ amittendo esse sine vita: hoc in filio ne accipias: ne cogites/ne credas. Manet ergo pater vita: manet ⁊ fili⁹ vita. Pater vita in semetip̃o non a filio: filius vita in semetip̃o sed a patre. A patre genitus vt esset vita in semetip̃o: pat̃ vero nõ genitus vita in semetip̃o: nec minorẽ filium genuit qui crescendo fieret equalis. Non enĩ ad sui ꝑfectõez adiut⁹ ẽ tp̃e: per quẽ ꝑfectum creata sunt tempa: Ante omĩa tp̃a/ patri coeternus est. Non enim vnquã pat̃ sine filio: Etern⁹ autez pater est: ergo coeternus ⁊ filius. Quid tu anima? Mortua eras: amiseras vitã. audi patrẽ: ꝑ filiũ surge: recipe vitã vt ĩ eo recipias vitã quã nõ hẽs in te /q̃ hz vitã ĩ semetip̃o: Viuificat ḡ te pr̃ ⁊ filius: ⁊ agit̃ pr̃ia resurrectio /quãdo resurgis ad ꝑticipandam vitã/quod tu non es: ⁊ participãdo efficeris viuens. Resurge a morte tua ad vitã tuam/qui est deus tu⁹: ⁊ transi a morte in vitã eternam. Habet enĩ vitã eternã pater in semetip̃o. Nam sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vellet viuificaret. Quid ergo de illa resurrectione corporis? Nam et isti qui audiunt ⁊ viuunt: vnde nisi audiẽdo viuũt. Amicus enĩ spõsi stat ⁊ audit eum/⁊ gaudio gaudet ꝓpter vocẽ sponsi/non ꝓpter vocem suã: hoc est ꝑticipãdo non existendo audiunt ⁊ viuunt. Et omẽs qui audiunt viuũt: quia omẽs qui obediũt viuũt ¶ Dic aliquid dñe etiã de resurrectione carnis. Fuerunt enĩ qui eã negarent ⁊ dicerent: quia ista sola est resurrectio q̃ fit ꝑ fidem. Cui⁹ resurrectioĩs mõ dñs fecit cõmemorationẽ ⁊ inflãmauit nos: quia quidã mortui audiunt vocẽ filij dei et viuẽt. Non eoꝝ qui audierint alij morient̃/alij viuent: sed omẽs qui audierint viuẽt: q̃a omnes qui obedierint viuent. Ecce vidimus resurrectõem mentis: nõ ergo amittamus de fide resurrectõez carnis: Et nisi tu dñe iesu dixeris eam: quẽ opponem⁹ ꝯdictoribus? Omẽs enĩ secte que se aliqua religione hominib⁹ inserere p̃sumpsert: nõ negauerũt istã mentiũ resurrectõez: ne diceretur eis. Si nõ resurgit anĩa: quare mihi loq̃ris? Quid in me facere vis? Si non

facis ex deteriore meliorez: q̄re loq̄eris? Si nō facis ex iniquo iustū: quare loqueris? Si aūt facis ex iniquo iustū: z ex impio piū: z ex stulto sapientē: fateris resurgere aīam meā: si tibi obtempauero/si tibi credidero. Volētes ergo sibi credi omnes qui instituerūt alicui⁹ etiā falsę religionis sectā negare istā mentiū resurrectionē non potuerūt. Omnes de illa consenserunt. Sed multi carnis resurrectōem negauerunt: dixerunt in fide iā factā esse resurrectōem: Talibus resistit apl's dicēs Ex q̄bus ē hymeneꝰ z filetꝰ: qui circa veritatē oberrauerūt: dicentes resurrectionem iā factā esse: z fidem quorundā subuerterūt. Jā factā esse resurrectōem dicebant. Sed eo modo vt alia non sparet: et reprehendēbant homīes qui spabant resurrectōem carnis: velut iam resurrectio que p̄missa erat: credēdo impleret in mēte. Reprehendit eos apl's. Cur eos reprehendit? Nōne hoc docebant quomō dñs loquebatur? Venit hora z nunc ē quādo mortui audient vocē filij dei: z qui audierint viuent. Sed de vita mentiū loquor adhuc Ait tibi ieſus. Nondum loquor ō vita corpoꝝ sed loquor de vita vite corpoꝝ. id ē de vita animaꝝ: in quibꝰ ē vita corpoꝝ. Nam scio esse corpora in monumentis iacētia/scio z corpa vestra in monumentis futura: Nōdum de illa resurrectione loquor. De ista loquor /de ista resurgite: ne ad penam i illa resurgatis. Sz vt noueritis q̄ de illa loquor: q̄d ād̄o? **Sicut enim habet pater vitā in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso:** Hec vita quod pater ē quod filius ē: ad quid ptinet: ad animā/an ad corpus? Non enī vitā illam sapientie sentit corpus: sed mens rationalis Nam nec omīs anima potest sentire sapiētiā. Habet enī z pecus animā: sed pecoris anima nō potest sentire sapientiā. Ergo anīa humana potest sentire istā vitam quā habz pater in semetipso z dedit filio vitā habere in semetipso: quia illud ē verum lumen quod illuminat nō omnē animā: sz oēm hominē venientē in hūc mſidū Cū enī ipſi mēti loquor audiat: id ē obediat z viuat. Noli itaq; dñe tacere de resurrectione carnis/ne non eā credāt homines. z remaneamus nos argumentatores nō predicatores: Ergo sicut habet pat vitam in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso. Intelligant qui audiunt: credant vt intelligāt: obediant vt viuant: Audiāt adhuc aliud/ne hic finitā eē resurrectōem putent **Et dedit ei potestatem et iudiciū facere.** Quis dedit? Pater: Cui dedit? filio. Cui enim dedit habere vitā in semetipso: z ptātem dedit ei z iudiciū facere: **quia filius hominis ē:** Jste enī christꝰ z filiꝰ dei: z filius homīs ē. In p̄ncipio erat verbū: z verbū erat apud deū: z deꝰ erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Ecce quō dedit ei vitā habere in semetipo. Sed quia verbū caro factum ē z habitauit in nobis: ex virgine maria hō factus /filius homīs est. Proinde quia filius homīs ē: q̄d accepit? Potestatē z iudiciū facere. Quod iudiciū? In fine seculi: z ibi erit resurrectio mortuoꝝ: sed corpoꝝ. Anīas ergo suscitat deus /pꝝ xp̄m filiū dei: corpa suscitat deus p eundē xp̄m filiū homīs. Dedit ei ptātem. Hāc ptātem non haberet nisi acciperet: z eēt hō sine ptāte. Sz ipe ē filiꝰ homīs: q̄ z filius dei. Herēdo enī ad vnitatē psone filius hois/filio dei: facta ē vna pſona eadēq; filiꝰ dei qui et filiꝰ hois. Quid aūt ppt q̄d habeat dinoscendū ē. Filiꝰ homīs habet aīam: habet corpus. Filius tamē dei quod ē verbū dei: habet hoīem tanq; anīa corpus. Sicut anīa hūs corpus nō facit duas psonas sed vnum hoīem: sic verbū habens hoīem. non facit duas pſonas sed vnū christū. Quid ē hō? Anīa rationalis habens corpus. Quid ē christꝰ? Verbū dei habens hoīem. Videō ō quibus rebus loquar. et quis loquar: et quibus loquar: Nunc audite de resutrectiōe corpoꝝ non me sed dñm locuturū: ppter eos qui resurrexerūt surgēdo a morte/inherēdo vite. Cui vite? Que nō nouit mortem. Quare nō nouit mortē? Quia nescit mutabilitatē. Quare nescit mutabilitatē? Quia vita est in semetipo. Et ptātem dedit ei z iudiciū facere: quia filius hois est Quod iudiciū z quale iudiciū? **Nolite mirari hoc:** q̄ dixi dedit ei ptātem z iudiciū facere. **Quia venit hora:** non addidit/ z nunc est. Ergo horam quadam vult insinuare: in fine seculi. Hora autem nunc ē vt resurgāt mortui: hora erit in fine

3 iij. sent. xlviij. S

seculi vt resurgãt mortui. Sed resurgant nũc in mẽte: tunc in carne. Resurgãt nunc in mente p verbũ dei filiũ dei: resurgent tunc in carne p verbũ carnẽ factũ filiũ hominis: Hecp enĩ ad iudiciũ viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ pater ipse venturus ẽ: nec tamẽ recedit a filio pater. Quomõ ergo non ipe venturus ẽ? Quia nõ ipse videbit in iudicio. Videbũt in quẽ pupugerũt. Forma illa erit iudex que steterit sub iudice: illa iudicabit que iudicata est. Judicata eñ ini cp: iudicabit iuste. Veniet ergo forma serui: ⁊ ipsa aparabit. Etem forma dei: quõ appareat iustis ⁊ iniustis? Nam si iudiciũ nõ fieret nisi inter solos iustos: appareret tanquã iustis forma dei. Quia vo iudicium futurũ ẽ iustorũ ⁊ iniquorũ /nec licet vt iniq videãt deũ. Beati enĩ mũdo corde quia ipsi deũ videbunt: Talis aparebit iudex qualis videri possit/⁊ ab eis qs coronaturus ẽ: ⁊ ab eis quos damnatur? est Forma ergo serui videbit: occulta erit forma dei. Occult⁹ erit in seruo filius dei ⁊ aparebit filius homis: quia ptãtem dedit ei ⁊ iudiciũ facere quia filiꝰ homis ẽ: Et qa ipse solꝰ appebit in forma serui: pfãũt nõ appebit quia nõ est indutꝰ forma serui: Ideo supius ait. Pater nõ iudicat quẽquã: sed omne iudiciũ dedit filio. Bene ergo dilatũ ẽ: vt ipe esset expositor q ppositor. Supiꝰ eñ occultũ erat/nũc aũt vt arbitror manifestũ ẽ: quia dedit ei potestatẽ ⁊ iudiciũ facere: quia pater nõ iudicat quẽqp/sed omne iudiciũ dedit filio Quia iudiciũ per illã formã futurũ ẽ quã nõ habet pater. Et quale iudiciũ? Nolite mirari hoc: quia venit hora: non ea q nũc est vt resurgant anie: sed que futura ẽ vt resurgant corpa: Expressius hoc dicat vt calumniã hereticus negator resurrectiõis corpis nõ inueniat: quãqp iã intellectꝰ elucescat. Cũ supius dictũ esset/venit hora/ addidit ⁊ nunc est Modo aũt/venit hora et nõ addidit/et nunc est. Tamẽ oñs ansas/omẽs clauiculas calumniazũ: oẽs nodos laqueorũ: apta veritate disrumpat. Nolite mirari hoc: quia venit hora **in q omẽs qui in monumentis sunt.**

Quid euidentiꝰ/quid expressius? Corpora sunt in monumentis: anime nõ sunt in monumẽtis: nec iustoꝝ nec iniquorum Justi anĩa in sinu abrahe fuit: iniqua anima apud iferos torquebat Jn monumẽtis nec illa nec illa. Supius quãdo ait venit hora et nũc est: obsecro intendite Nostis fratres quia ad panem ventris cũ labore puenit: quanto magis ad panẽ mẽtis: Cũ labore stari s et auditis: sz nos cũ maiore stamus et loquimur Si laboramus ppter vos: conlaborare non debetis ppter eosdẽ vos Supius ergo cũ diceret vẽit hora adderet ⁊ nũc est: quid subiecit? Quãdo mortui audiẽt vocẽ filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Nõ dixit oñs mortui audiẽt et qui audierint viuent. Mortuos eñ ini quos volebat intelligi. Et nunquid oñs iniqui obaudiũt enangelio? Aperte dicit apls: sed non omẽs obaudiũt euangelio. Tamen qui audiũt viuent: quia omẽs q obaudiũt euangelio trãseunt ad vitã eternam p fidem. Non tamẽ omẽs obaudiũt et hoc nunc est. At vero in fine omẽs qui sunt in monumẽtis: hoc est: iusti et iniusti **audient vocem eius et procedent** Quomodo noluit dicere et viuent? Omnes enim pcedẽt: sz non omẽs viuent: In eo quippe quod supra dixit/et qui audierint viuẽt: in ipsa audicione vitã eternaz intelligi voluit et beatam: quã nõ omnes habebũt qui de monumẽtis pcedent. Jã ergo et cõmemoracione monumẽtorũ. et exp̃ssione pcessionis de monumẽtis: apte intelligimus corpoꝝ resurrectionẽ. Audiẽt omẽs vocem eius et pcedẽt. Et vbi iudiciũ: si omẽs audiẽt et omẽs pcedẽt? Si omnes audiẽt et omnes pcedẽt: quasi totũ cõfusum est: nihil video discretum. Certe accepsti potestatem iudicandi: qa filius hominis es. Ecce aderis in iudicio resurgent corpora: de ipso iudicio dic aliquid: hoc est: de discrecione malorum et bonoꝝ Et hoc audit **Qui bene fecerũt in resurretcionẽ vite † qui male egerunt in resurrectionem iudicii.** Supius cum de resurrectione mẽtium et animaꝝ loqueret: nũ quid fecit discretionem Sed omnes qui audient viuent: quia obaudiendo viuẽt. At vero resurgẽdo et pcedẽdo de monumentis: non omẽs ad vitam eternã ibunt sz qui bene fecerũt Qui autẽ male/ad iudiciũ. Hic enim iudiciuz p pena posuit. ⁊ erit direptio nõ qlis mõ est. Nam et modo separamur non locis sz

Alia lra filij dei

Alia lra bona
Alia lra vo mala

moꝛibus:affectioīb⁹/ deſideꝛijs /fide/ſpe/ charitate:Simul enim cuꝫ iniquis viuim⁹ ſed non vna vita ē omniū. In occulto diꝛimimur/ in occulto ſeparamur: quō grana in aera:nō quomō grana in hoꝛreo:Et ſeparanť grana in aera ꝛ miſcenť.Separā tur cū a palea expoliantur :miſcenť /quia nōdum ventilanť. Tunc apta erit ſeparatio/ſicut moꝫ ſic ꝛ vite: Sicut ſapiētie ita ꝛ coꝛpoꝫ.Eunt qui bene fecerunt viuere cum angelis dei: qui male egerūt :toꝛq̄ri cum diabolo ꝛ angelis eius:ꝛ tranſiet foꝛma ſerui. Ad hoc certe pꝛeſētauerat vt faceret iudiciū:poſt iudiciū perget hinc:ducet ſecum coꝛpus cui caput eſt:ꝛ offeret regnū deo. Tunc plane videbitur foꝛma ōi que non potuit videri ab iniquis :quoꝛū viſioni foꝛma ſerui exhibenda erat. Dicit et alibi ſic/ ibunt iſti in cōbuſtionē eternā de quibuſdā ſiniſtris:iuſti aūt in vitā eternam.De qua alio loco dicit.Hec ē aūt vita eterna:vt cognoſcant te vnū veꝛ deū/ ꝛ quē miſiſti ieſum xp̄m. Tunc ibi apparebit:qui cum in foꝛma dei eſſet/non rapinā arbitratus ē eſſe ſe equalem deo.Tūc ſe oſtēdet:quomodo ſe dilectoꝛib⁹ ſuis oſtē ſurum ꝓmiſit.Qui enī diligit me ait mandata mea cuſtodit:ꝛ qui diligit me diligetur a patre meo/ꝛ ego diligā eum:ꝛ oſtendam me ipm illi.Quibus loquebať p̄fens eis erat:Sed foꝛmā ſerui videbant:foꝛmā aūt dei non videbant. Per iumentum ad ſtabulum ducebanť curandi:ſed ſanati videbunt/quia oſtendā inquit me ipſum illis:Quomodo oſtendiť equalis patri /cū dicit philippo:qui me videt /videt ꝛ patrē meū. **Non poſſum ego a meipo facere quicq̄z:ſicut audio iudico ꝛ iudiciū meū iuſtum eſt.** Et quia dicturi illi eramus:ſi tu iudicabis /ꝛ pater non iudicabit quia omne iudiciū dedit filio/nō ergo ſcōm patrē iudicabis: adiecit. Non poſſum ego a meipſo facere quicquā:ſed ſicut audio iudico/ꝛ iudicium meū iuſtuꝫ eſt: **Quia non quero voluntatem meā:ſed voluntatē eius q̄ miſit me** Certe filius quos vult viuificat:non querit voluntatem ſuam/ſed voluntatē eius qui miſit illum. Non meā.non ꝓpriā: Nō meam/non filij hominis: Non meā que reſiſtat deo. Faciunt enim homines voluntatem ſuā/non dei: quando faciunt quod volunt nō quod iubet deus . Quādo aūt faciūt qđ volūt vt tū ſequāť volūtatē ei:ñ faciūt volūtatē ſuā q̄uis quod volūt faciant: Holens fac quod iuberis:atq; ita ꝛ hoc facias quod vis: et non voluntatē tuam facies ſed iubētis. Quid ergo ſicut audio iudico? Audit filius ꝛ demonſtrat ei pater:Et videt filius patrē facientem. Et iſta diſtuleramus paulo enucleatius ꝓ viribus pertractare:ſi tempus nobis pacta lectione ꝛ vires remanſerint. Si dicā me poſſe loqui adhuc:foꝛte ꝛ vos audire iam non poteſtis: Item foꝛte auditāte audiē di dicitis poſſum⁹. Melius ē ergo vt ego infirmitatem meā fatear/ qui iam fatigat⁹ loqui non poſſum:q̄ vt vobis iaz bene ſaciatiſ:adhuc infundam quod non bene digeratis. Proinde hui⁹ ꝓmiſſiōis quā ad hodiernum tempus ſi ſupereſſet diſtuleram:tenete me adiuuante domino in craſtinum debitoꝛem

Joh. xiiij

Explicit tractatus .xix. Incipit tractatus .xx. De eo quod ſcriptū ē in euangelio circa iohannē Amē amē dico vobis nō poteſt filius a ſe facere quicquā niſi quod viderit patrem facientem: Quecūq; enim pater facit.hec eadem ꝛ filius facit ſimiliter.

Verba domini a noſtri ieſu chriſti maxime que iohānes cōmemoꝛat euangeliſta.qui non ſine cauſa ſuper pectus domini diſcumbebat/niſi vt ſecreta altioꝛis ſapientie eius ebiberet.ꝛ qđ amādo biberat: euangelizando ructaret ita ſecreta ſunt ꝛ pꝛofunde intelligentie:vt omēs turbent qui peruerſo ſunt coꝛde/ꝛ omnes exerceāt qui recto ſunt coꝛde. Pꝛoinde animaduertat caritas veſtra: ad hec pauca que lecta ſunt. Videamus ſi quomō poſſumus donante ꝛ adiuuāte ipſo qui verba ſua nobis voluit recitari :que tunc audita atq; conſcripta ſunt vt modo legerētur:quid ſibi velit quod audiſtis dicere. **Amen amen dico vobis nō p̄t filiꝰ a ſe facere quicq̄z/niſi qđ viđrit patrē facientē: Quecūq; enī p̄ facit:**

hec eadē ⁊ filius facit similiter. Vñ autē nat⁹ sit sermo iste: cōmemorādi estis ꝓpter superiora lectionis: vbi curauerat dominus quendaꝫ inter illos / qui quinq̄ porticibus piscine illius salomonis iacebat: cui dixerat. Tolle grabatum tuum: ⁊ vade in domū tuam. Hoc aūt fecerat sabbatis: Unde ꝑturbati iudei calumniabantur: quasi euersorem ⁊ p̄uaricatorē legis.
5.v Tunc eis dixerat. Pater meus vsq̄ modo operat̄: ⁊ ego operor. Illi enim carnaliter sapientes: sabbati obseruatōem putabant dñm post laborem fabricati mundi vsq̄ ad hunc diem quasi dormire: ⁊ ꝓpterea sanctificasse illum diē: ex quo cepit velut a laboribus requiescere. Est aūt sacramentū sabbati antiquis patribus nostris preceptum / quod nos christiani spūaliter obseruamus: vt ab omni seruili opere. id est: ab omni peccato quia dñs dixit / omīs qui facit peccatum seruus ē peccati / abstineamus nos: ⁊ habeamus quietē in corde nostro: id ē: tranquillitatē spūalem. Et q̄uis in hoc seculo id conemur / ad eā tamē requiē ꝑfectam nō ꝑueniemus: nisi cū de hac vita exierimus: Sed ideo dictū ē deū requieuisse: quia iā creaturā nullam cōdebat postq̄ ꝑfecta sunt omnia. Quietē vero propterea appellauit scriptura: vt nos ammoneret post bona opera quieturos. Sic enim scriptū habem⁹ in genesi. Et fe-
sunt quidē diuina opera :et ad intelligendum deū de visibilib⁹ āmonent humanā mentē. Quia enī ille nō est talis substantie que videri oculis possit: ⁊ miracula ei⁹ qb⁹ totū mūdū regit vniuersāq; creaturā āmīstrat: assiduitate viluerunt ita vt pene nemo dignet̄ attendere opera dei mira et stupenda in quolibet seminis grano/ ꝑm ip̄am suam misericordiā seruauit sibi quedam que faceret oportuno tempe p̄ter vsitatū cursum ordinēq; nature: vt nō maiora sed insolita videndo stuperent: quibus quotidiana viluerant Maius enī miraculū est gubernaculū totius mundi :q̄ saturatio quinq; milia hoīm ꝺ quinq; panib⁹. et tamē hec nemo mirat̄. Illud mirantur homīes: nō quia maius ē/sed quia raꝝ ē. Quis enī ⁊ nunc pascit vniuersum mūdū: nisi ille qui de paucis granis segetes creat? Fecit ergo quō deus? Unde enī multiplicat de paucis granis segetes: inde in manibus suis multiplicauit quinq; panes Potestas enī erat in manibus christi. Panes aūt illi quinq̄ quasi semina erant: nō quidem terre mandata: sed ab eo qui terram fecit multiplicata. Hoc ergo admotum est sensib⁹ quo erigeret̄ mēs: ⁊ exhibitū oc̄lis /vbi exercet̄ intellect⁹: vt inuisibilē deū ꝑ visibilia opa miraremur: ⁊ erecti ad fidē ⁊ purgati ꝑ fidē/etiā ip̄m īuisibilit̄ vidē cupem⁹: quē ꝺ reb⁹ visibilib⁹ īuisibiliter noscerem⁹. Nec tamē sufficit hec intueri in miraculis xp̄i. Interrogemus ip̄a miracula: quid nobis loquant̄ ꝺ christo? Habent enī si ītelligant̄ linguā suam. Nā quia ipse christus verbū dei ē: etiā factū verbi :verbū nobis est. Hoc miraculum sicut audiuim⁹ quā magnū est :queramus etiā q̄ ꝓfundū sit. Nō tantū eius supficie delectemur: sed etiā altitudinē perscrutemur. Habet enī aliquid intus: hoc qꝺ miramur foris. Vidimus /expectauim⁹ magnum quiddā/ preclarū quiddā/ ⁊ omīno diuinū. qꝺ fieri nisi a deo nō possit. Laudauimus de facto factorem. Sed quēadmodū si lr̄as pulchras alicubi īspicerem⁹ non nobis sufficeret laudare scriptoris articulū quō eas pariles /equales/ decorasq; fecit/nisi etiā legerimus quid nobis ꝑ illas indicauerit: Ita factū hoc qui tantū inspicit: delectatur pulcritudine facti/vt admiraret̄ artificē: Qui aūt intelligit q̄si legit Aliter enī videtur pictura: aliter vident̄ lr̄e. Picturā cum videris: hoc ē totū vidisse laudasse Litteras cum videris: nō est totū: quō cōmoneris ⁊ legere. Etenī dicis/cum videris lr̄as: si forte nō eas nosti legere. Quid putamus cē qꝺ hic scriptum ē? Interrogas quid sit: cum iā videas aliquid. Aliud tibi demōstraturus est: a quo queris agnoscere qꝺ vidisti. Alios ille oculos habet: alios tu. Nōne similit̄ apices videtis? Sed nō similiter signa cognoscitis. Tu ergo vides ⁊ laudas: ille videt ⁊ laudat/legit ⁊ intelligit. Quia ergo vidimus/quia laudauim⁹: legamus et intelligamus B Dn̄s in mōte: Multomagis intelligamus q⁊ domin⁹ in mōte/verbū ē in alto. Proinde non quasi humilit̄ iacet: qꝺ in alto monte factū est. Nec transeunt̄ p̄tereundū est: sed suspiciēdū. Turbas vidit :esuriētes agnouit. mīa pauit: nō solū ꝓ bonitate/ verū etiā ꝓ ptāte. Quid enī sola ꝓdesset bonitas :vbi non erat panis vnde turba esuriens pascerent̄? Nisi bonitati adeēt ptās : ieiuna illa turba ⁊ esuriens remaneret. Deniq̄ ⁊ discipl'i q̄ erāt cū domīo in fame / ⁊ ip̄i turbas volebant pascere vt nō remanerēt inanes :sed vuꝺ pascerent non habebāt. Interrogauit dominus vnde emerent̄ panes ad turbas pāscendas. Et ait scriptura. **Hoc autē dicebat tēptans eum.** discipulū scz philippū quē interrogauerat. **Ipse aūt sciebat quid esset facturus:** Cū ergo bono temptabat: quid nisi ignorantiā discipuli demonstrabat? Et forte in demōstratione ignorantie discipuli aliq̄d significauit. Apparebit ergo cū ip̄m sacramentum de quinq; panib⁹ ceperit nobis loqui: et quid significet īdicare. Ibi enī videbim⁹ quare domin⁹ in hoc facto ignorantiā discipuli voluit interrogando quod sciebat ostendere. Nam interrogam⁹ aliquando qꝺ nescim⁹: audire volētes vt discamus. Aliqñ interrogā⁹ qꝺ scim⁹ ⁊ scire volētes vtrum ille sciat quē interrogamus. Vtrūq; hoc nouerat domin⁹: ⁊ qꝺ interrogabat sciebat: ⁊ quid esset factur⁹ ipse nouerat: et hoc nescire philippū sciebat sil'r. Quare itaq; interrogabat: nisi quia illius ignorātiam demonstrabat? Et hoc quare fecerit: vt dixi postea ītelligem⁹. **Andreas ait. Est hic puer qui habet quinq;**

A prin[...] sexti o[...] li vsq; [...] termis[...] forma [...] rū tex[...]

panes: ⁊ duos pisces: sed hec quid sunt ad tantos? Cū dixisset philippus interrogatus. cc. denariox panes non sufficere: quib⁹ tanta illa turba reficeret: erat ibi quidam puer portās quinq; panes ordeaceos ⁊ duos pisces Et ait ihesus. Facite homines discumbere. Erat autē ibi fenum multū: ⁊ discubuerunt ferme quinq; milia hoīm. Accepit autē dns ihesus panes. gras egit: iussit frangi panes: poni ante discumbentes. Fracti sūt panes: positi ante discūbentes: non iā quinq; panes sz qō adiecerat qui creauerat quod auctū erat: ⁊ de piscabus q̄tum sufficiebat.

Parū ē turbā illam fuisse satiatam: etiaui fragmenta resederunt: Et ispa colligi iussi sunt ne perirent: Et impleuerant xij· cophinos fragmentox. Breuit vt curram⁹: quinq; panes intelligunt .v. libri moysi: merito nō tricicei sz ordeacei: quia ad vetus testamentū ptinent: Hostis aūt ordeū ita creatū: vt ad medullā eius vix pueniat. vestit enī eadē medulla tegmine palee: ⁊ ipsa palea tenax ⁊ inherens vt cū labore exuat. Talis est lra veteris testamenti: vestita tegminib⁹ carnaliū sacramēto rū. Sed si ad ei⁹ medullā pueniat: pascit et satiat. Ferebat ḡ puer quidā. v. panes ⁊ duos pisces. Si q̄ram⁹ quis fuerit puer iste: forte pl̄s isrl̄ erat. Sēsu puerili portabat: nec māducabat. Illa enī q̄ portabat clausa onerabāt: apta pascebāt. Duo aūt pisces videt nob significare duas illas i veteri testamēto sublimes psonas q̄ vnguebāt ad pl̄m sctificandū ⁊ regēdū: sacerdotis et regis. Et ipe venit i mysterio aliquādo: qui p illas significat. Venit aliq̄ qui p medullā hordei occultabat. Venit ipse vnus vtrāq; personā in se portās sacerdotis ⁊ regis: Sacerdotis p victimaz q̄ seipm obtulit p nobis deo. Regis qz regimur ab eo: ⁊ apiunt que clausa portabantur. Oras illi: impleuit p se qō p vetus testamentū pmittebat: ⁊ frāgi iussit panes. Fragendo multiplicati sunt. Nihil veri⁹. Quinq; enī libri moysi: quā multos libros cū exponūtur tanquā frangēdo: id est diserendo fecerunt. Sed in illo ordeo ignorantia primi pl̄i tegebat: de quo dictū ē: Quādiu legit moyses: velamē sup cordeox positū est Mondū enī ablatū erat velamē: quia non dū venerat xp̄s. Nō dum velū templi fuerat illo in cruce pendente cōcisum. Quia ergo ignorātia pl̄i erat in lege: pterea illa domini tēptatō/ ignorātia discipuli ōmōstrabat. Nihil igit vacat omia innuūt. sed intellectozē requirūt: nā et ipe numer⁹ pasti pl̄i: pl̄m significabat sub lege constituti. Cur enī quinq; milia erāt: nisi qz sub lege erant? Que lex q̄nq; libris moysi explicat. Unde ⁊ quinq; illis porticib⁹ languidi pdebant: nō sanabant. Ille aūt ibi curauit languidū: qui ⁊ b̄ tribas de quinq; panibus pauit. Hā ⁊ sup fenū discūbebāt. Carnaliter ḡ sapiebāt: ⁊ in carnalibus quiescebāt. Omis enī caro fenū. Que sunt aūt illa fragmenta: nisi q̄ pl̄s nō potuit manducare? Intelligant ḡ quedā secretioza intelligentie: que multitudo non p̄t capere Quid ergo restat nisi vt secretioza intelligētie que nō pōt capere multitudo/ illis credant qui idonei sunt ⁊ alios docere: sicut erant apli: vnde. xij. cophini impleti sunt. Factū est hoc ⁊ mirabiliter quia magnū: factū est ⁊ vtiliť/ qz spiritualiť factū est. Qui tūc viderūt admirati sunt: Nos aūt nō miramur cū audimus. Factū ē enī vt illi viderēt: scriptū ē aūt vt nos audirem⁹. Nō in illis oculi valuerūt: hoc i nobis fides. Cernim⁹ quippe anīo: qō oculis nō potuim⁹. Et plati sum⁹ illis: quō de nobis dictū ē: Beati qui non vident ⁊ credūt. Addo aūt: quia forte intellexim⁹ qō illa turba nō intellexit. Et vere nos pasti sum⁹: q̄ ad medullā ordei puenire potuim⁹. Denicq; hoies illi qui viderunt: hoc quid putauerunt? Illi inq̄t homies cū vidissent quod fecerat signū dicebāt: quia hic ē vere propheta. Adhuc forte ideo xp̄m ꝓphetam putabāt: quia sup fenū discūbebant. Erat aūt ille dns ꝓphetax: impletor ꝓphetarū: sanctificator ꝓphetax: sed et ꝓpheta Hā ⁊ moysi dictū ē. Suscitabo eis ꝓphetā sil̄em tui. Similē fm carnē: nō fm maiestatē. Et de ipso xp̄o illā dñi ꝓmissionem habere intellectū: apte in actib⁹ apl̄oz exponit ⁊ legit: Et ipe dns de se ait. Non est ꝓpheta sine honore: nisi i patria sua: Propheta dns/ et verbū dei dns: ⁊ nullus propheta sine verbo dei ꝓphetat. Cū ꝓphetis verbū dei: et ꝓphete verbū dei Deut. xviij.

erunt ꝓxa tempora ꝓphetas afflatos et impletos verbo dei/meruimus nos ꝓphetā ipm verbum dei. Sic aūt ꝓpheta xps ⁊ dns ꝓphetax: sicut angelus xps ⁊ dns angelorū. Nam ⁊ ipe dictus ē magni cōsilij angelus. Uerū tamē alibi quid dicit ꝓpheta? Quia non legatus neq; angel⁹ sed ipe veniens saluos faciet eos: id ē: ad saluos eos faciendos/non mittet legatū nō mittet angelū: sed venet ipe. Quis veniet? Ipe angelus Certe non per angelum nisi quia iste sic angelus vt etiā dns angelox. Eteni angeli latine/nūcij sūt. Si xps nihil ānūciaret: angel⁹ nō diceret. Si xps nihil ꝓphetaret: ꝓpheta non diceret. Exortat⁹ ē nos ad fidē ⁊ ad capescēdā vitaz eternā: Aliquid p̄sens ānūciauit: aliquid futurū predixit. Ex eo qđ p̄sens nunciauit/angelus erat: ex eo quod futux p̄dixit ꝓpheta erat: ex eo quod verbū dei caro factū est: ⁊ angelorū et ꝓphetax dns erat

Explicit tract. xxiij. Incipit tract. xxv. Ab eo qđ scriptū est Jesus ergo cū cognouisset quod venissent vt raperēt eum. vsqz ad id qđ ait: et omis qui videt filiū et credit in eū habet vitā eternaz. et ego resuscitabo eū in nouissimo die

A Esternā ex euā

gelio lectionē: ista est hodierna que sequit: vnde hodiern⁹ ⁊mo debet. Facto illo miraculo vbi quinq; milia hoim de quinq; panib⁹ pauit iesus: cū āmirate essent turbe ⁊ eū magnū ꝓphetā dicerent qui venit in mundū: sequit hoc.

†Al' venturi essent

Jesus ergo cū vidisset †quia venerāt vt raperēt eū et faceret eū regē fugit iterū ī mōtē ipse solus. Datur ⁊ intelligi qđ dns cū sederet in mōte cum discipulis suis/⁊ videret turbas ad se veniētes descēderat de mōte: ⁊ circa inferiora loca turbas pauerat. Nā quō fieri pōt vt rursus illuc fugeret: nisi ante de monte descēderet? Significat ergo aliqđ qđ dns de alto descendit ad pascēdas turbas: pauit ⁊ ascendit. Quare aūt ascendit cū cognouisset qz eū vellent rape ⁊ regē facere? Quid enim? Non erat rex: qui timebat fieri rex? Erat omnino. Nec talis rex q̄ ab hoīmbus fieret: sed talis rex qui hominibus regnum daret. Nunquid forte hic aliquid significat nobis iesus: cui⁹ verba facta sunt? Ergo in hoc quod voluerūt eū rapere ⁊ regem facere: et ꝓpter hoc fugit in montem ipse solus: hoc in illo factū tacet. Nihil loquit̄/nihil significat? An forte hoc erat rape eum: p̄uenire velle temp⁹ regni eius? Eteni venerat modo: non iaz regnare: quomō regnaturus est/in eo qđ dicimus/adueniat regnū tuum. Semp q̄dem ille cum patre regnat scōm qđ est filius dei/verbū dei: verbū p quod facta sūt omnia. Predixerunt aūt ꝓphete regnum eius etiaz scōm id quod est factus xps: et fecit fideles suos xp̄ianos. Erit enim regnū xp̄ianox quod modo colligit̄: qđ modo cōparatur: quod modo emit̄ sanguine christi. Erit aliquādo manifestum regnuz eius: quando aperta erit claritas sanctox post iudicium ab eo factum: quod iudicium supra ipse dixit: quod filius hoīs facturus sit. De quo etiam apls dixit: cū tradiderit regnū deo et patri. Unde etiā ipse ait. Uenite benedicti patris mei pcipite regnum: quod vobis paratum est ab inicio mundi. Discipuli autem ⁊ turbe credētes in eum: putauerunt illū sic venisse vt etiam regnaret. Hoc est velle rapere et regem facere. preuenire velle tempus ei⁹: quod ipse apud se occultabat vt oportune ꝓderet: vt oportune in fine seculi declararet Nā vt noueritis qz regē eū volebant facere: id est anteuenire: ⁊ iam habere manifestum christi regnum/quē primo oportebat iudicari ⁊ deinde iudicare: vbi crucifixus est: et illi qui in eum sperabant spem resurrectionis eius perdiderāt resurgens a mortuis inuenit inde duos cū desperatione sibi sermocinantes/⁊ cuz gemitu que gesta fuerant colloquentes: et apparens eis velut incognitus/cum oculi eorum tenerent̄ ne ab eis agnoscerent̄. sermonem tractantibus miscuit: illiq; narrātes ei vnō sermocinarentur dixerunt: qđ ille magnus ꝓpheta in factis et dictis occisus esset a principibus sacerdotum: ⁊ nos inquiunt sperabamus/quia ipse esset redemptio israel. Recte sperabatis/verum sperabatis: in illo est redemptio israel. Sz quid festinatis? Rapere vultis. Illud etiam indicabat nobis hunc sensum: quia

Lu. xx

cum eū quererent discipuli de fine dixerunt ei. Si hoc in tempore representabis et quando regnum israel? Jam enim esse cupiebant/iam volebant: hoc est rapere et regem facere. Sed ait discipulis: qui ad huc solus ascensurus erat. Non inqt ē vestrum scire tempora vel momenta: que pater posuit in sua potestate? Sz accipietis virtutem ex alto spiritū sanctū supuenientem in vos: ⁊ eritis mihi testes in hierusalē et in omni iudea ⁊ samaria: ⁊ vsq; ad fines terre Multis vt iam exhibeā regnū: prius colligam quod exhibeā: Altitudinē amatis ⁊ altitudinem adispiscimini: sed per humilitatem me sequimini. Sic de illo etiam predictum est: ⁊ pgregatio populorum circumdabit te: ⁊ ppter hanc in altum regredere: id est vt circumdet te congregatio populox. vt multos colligas: regredere in altum. Sic fecit. pauit ⁊ ascendit ¶ Quare autem dictum est fugit? Neq; enī vere si nollet teneretur/si nollet caperetur: qui si nollet nec agnoscerē. Nā vt noueritis hoc mystice factum nō ex necessitate sed ex significāte dispositiōe: modo in consequenti videbitis: quia eis secundo turbis que eum querebant apparuit: et cū eis loquēs multa eis dixit: multa de pane celesti disputauit. Nonne cum ipsis de pane disputans erat: a quibus ne teneretur aufugerat? Non ergo et tunc poterat agere, vt non ab eis cōprehenderetur: quēadmodum postea quando cum eis loquebatur? Aliquid ergo significauit fugiendo. Quid est ergo fugit? Nō potuit intelligi altitudo eius. Quicquid enim non intellexeris: fugit me dicis.

Ergo fugit iterū in montem: ⁊ ipe solus. primogenitus a mortuis ascendēs sup omnes celos et interpellans p nobis. Interea illo sursuz posito solo sacerdote magno qui intrauit ī interiora veli/foris populo constituto. Hunc enim sacerdos ille in lege veteri significabat qui hoc semel in anno faciebat: Illo ergo sursuz posito: discipuli ī naucula quid patiebant? Nam illo in altis constituto: naucula illa ecclesiam significabat. Si non hoc primo ī ecclesiā intelligimus quod illa naucula patiebat: non erant illa significantia sed simpliciter transeuntia: Si autem videmꝰ exprimi in ecclesia veritatem illarum significationū: manifestum quia facta christi genera sunt locutionum. **Ut autem sero factū est inquit: descenderūt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauiculā: venerūt trāsmare ī capharnaū.** Cito dixit finitū quod postea factum est. Venerunt transmare in capharnaum: et redit vt exponat quem admoduz venerunt: qz per stagnū nauigātes transierunt: et dum nauigarent ad eū locum quo eos venisse iam dixit/recapitulādo exponit qd acciderit. **Tenebre iā facte erāt: ⁊ nō venerat ad illos iesus.** Merito tenebre. quia lux non venerat. Tenebre iam facte erant: ⁊ non venerat ad eos iesus. Quātū accedit finis mūdi: crescunt errores: crebrescunt terrores: crescit iniquitas: crescit infidelitas. Luxq; que caritas apud iohānē ipsū euāgelistam satis aperteq; monstratur/ita vt diceret. Qui odit fratrē suū in tenebris ē: creberrime extinguitur. Crescunt ire ⁊ tenebre odiox fraternox quotidie crescunt et nondum venit iesus. Unde apparet qa crescūt? Quomodo abundauit iniquitas refrigescet caritas multorum. Crescunt tenebre: et nondum venit iesus. Crescentibus tenebris refrigescente caritate/abundante iniquitate: ipsi sunt fluctus nauem tubrantes. Tempestates et venti: clamores sunt maledicorum: Inde caritas refrigescit: inde fluctus augentur: ⁊ turbatur nauis **Uento magno flāte mare exurgebat.** tenebre crescebant: intelligentia minuebatur: iniquitas augebatur.

Cum remigassēt ergo quasi stadia vigintiquinq; aut triginta: Interea ambulabant. promouebant. nec venti illi et tempestates et fluctꝰ et tenebre id agebant: vt vel nauis non promoueretur vel soluta mergeretur: sed inter illa omīa mala ibat. Etenim quia abundauit iniquitas et refrigescit caritas multorum/crescunt fluctus/augentur tenebre/ seuit ventus: sed tamen nauis ambulat. Qui enim perseueranerit vsq; in finē: hic saluꝰ erit. Nec ipse stadiorum numerus contemnendus est. Neq; enim vere posset nihil significare quod dictum est/ cum remigassent stadia vigintiquinq; aut triginta: tūc ad eos

venit iesus. Sufficeret aut. xxv. aut. xxx. maxie qꝛ estimātis erat ñ affirmātis Nun qd periclitaret veritas ī estimāte si diceret stadia ferme triginta aut stadia ferme vigītiquīqꝫ? sꝫ ex viginti q̄nqꝫ fecit trigīta. Queramus numerum vigesimumquītum: vnde constāt vnde fiunt? De quinario. Quinarius ille numerus ad legem ꝑtinet. Ipsi sunt. v. libri moysi: ipsi sūt q̄nqꝫ porticus ille languidos continentes: ipsi quinqꝫ panes quinqꝫ milia hominū pascentes. Ergo legem significat numerꝰ vicesimusqunitus. Quomodo quinqꝫ per quinqꝫ: id est: quinquies quini: faciunt vigintiquinqꝫ/quadratum quinarium. Sed huic legi antequā euangelium veniret de erat perfectio. Perfectio autem in senario numero comprehenditur: ꝓptere sex diebus deus mundum perfecit: et quinqꝫ ipsa per sex multiplicentur. vt lex per euāgeliuꝫ adimpleatur. vt fiant sexies quini: triginta. Ad eos ergo qui implent legem: venit iesus. Et venit. Quomodo? Calcās fluctus/ omnes tumores mundi sub pedibus habens: omnes celsitudines seculi ꝑmens. Hoc agitur quantum additur tempori: et quantum accedit etas seculi. Augent̄ ī isto mūdo tribulatōes. augēt̄ mala augent̄ ꝯtriciones: exaggerant̄ hec omīa Jesus transit calcās fluctus: et tamen tante sunt tribulationes vt etiam ipsi qui crediderunt in iesum et qui conātur perseuerare in finem expauescāt ne deficiāt. Christo fluctꝰ calcante seculi ambitiones ꝛ altitudines deprimēte: expauescīt christianus. Nonne hec illi predicta sunt? Merito et iesu in fluctibus ambulante timuerunt: quomodo christiani quāuis habentes spem in futuro seculo: quādo viderīt deprimi altitudinem seculi huiꝰ: plerumqꝫ cōturbantur de contritione rerum humanarū. Apiunt enāgeliū/apiunt scripturas diuinas et inueniunt ibi ista omnia predicta: q̄a h̄ dñs facit. Deprimit celsitudines seculi vt ab humilibꝰ glorificet̄. De quorum altitudine ꝑdictuꝫ est: ciuitates firmissimas destrues: ꝛ inimici defecerunt framee in finez et ciuitates destruxisti. Quid ergo timetis xp̄iani? Xp̄s loquitur. Ego sum: nolite timere. Quid hec expauescitis? Quid timetis? Ego ista ꝑdixi ego facio: necesse est vt fiant. Ego sum noilte timere. Uoluerunt ergo accipere in nauim: agnoscentes et gaudentes securi facti. ꝛ statiꝫ fuit nauis ad terram qua ibāt. Factus est finis ad terram: de humido ad solidum: de turbaro ad firmū de itinere ad finem Altera die turba q̄ stabat trāsmare. vnde illi venerant: vidit q̄a nauicula alia nō erat ibi nisi vna: ꝛ quia nō introisset cum discipulis suis† in nauem sed soli discipuli eius abissēt alie vero sup uenerūt naues a tiberiade: iuxta locū ubi māducauerūt panē grās agentes† domino: cū ergo vidisset turba quia iesus nō eēt ibi neqꝫ discipuli eius: Ascēderūt in nauicuculas: et venerunt capharnaum q̄rētes iesum. Insinuatum tamen est illis tam magnum miraculum. Uiderunt enim quod discipuli soli ascendissent in nauim et quia alia nauis non ibi erat. Uenerunt autem inde ꝛ naues iuxta locum illū vbi manducauerunt panes: in quibus eū turbe secute sunt cū discipulis suis. Ergo nō ascenderat: alia nauis illic non erat. Unde subito transmare factus est iesus: nisi quia super mare ambulauit vt miraculum monstraret? Et cū īuenissēt euꝫ turbe Ecce repꝛesentat se turbis: aquibus se rapi timuerat et in montem fugerat. Omnino confirmat et insinuat nobis in misterio dicta esse illa omnia: et facta in magno sacramento vt aliquid significarēt. Ecce est ille qui in montem fugerat turbas: nōne cum ipsis turbis loquitur? Modo teneāt modo regem faciant. Et euꝫ īuenissent eū transmare dicunt ei Rabbi quando huc venisti? Ille post miraculi sacramentum et sermonem infert: vt si fieri potest qui pasti sunt/pascantur: et quorū satiauit panibus vētres/satiet ꝛ ſmonibꝰ mentes: sed si capiūt. ꝛ si ñ capiūt: sumat̄ qd̄ capiūt ne fragmēta peant Loquatur ḡ et audiamus. Respōdit iesus ꝛ dixit Amen amen dico vobis: queritis me: non quia vidistis signa: sed quia māducastis ex pauibꝰ meis†

Hic preterit̄ textus vidēt iesuꝫ. vsqꝫ ꝛ timuerunt:

Textꝰ habꝫ Ille aūt dic̄

D

Al.

Al.

Tex bet ratu

Propter carnem me queritis: non propter spiritum: Quã multi non querunt iesum: nisi vt illis faciat bene scdm tempus. Alius negotium habet: querit intercessionem clericorum. Alius premitur a potentiore: fugit ad ecclesiaz: Alius ꝓ se vult interuenire apud eũ apud quem parum valet. Ille sic: ille sic. Impletur quotidie talibus eccelsia: Vix queritur iesus ꝓpter iesum. Queritis me: non quia vidistis signa: sed quia mãducastis ex panibus: **Operamini cibũ non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternaz.** Queritis me ꝓpter aliud: querite me propter me Seipsũ kmi dñs insinuat istum cibũ: qđ in sequẽtib⁹ illucessit: **quẽ fili⁹ hominis dabit vobis:** Expectabas credo iterum panes manducare/iterum discumbere/iterum saginari: sed dixerat cibum non qui perit sed qui permanet in vitam eternam: Quomo dictum fuerat mulieri illi samaritane. Si scires q̃s ẽ q̃ petit a te bibere: tu forsitan postulasses ab eo: et daret tibi aq̃ viuã. Cũ illa diceret: vñ tibi qñq̃dẽ nõ habes haurito riũ ⁊ puteus alt⁹ ẽ: samaritane rñdit: Si scires q̃ a te petit bibere/ tu petisses ab eo ⁊ daret tibi aquã viuã: vnđ qui biberit a mplius nõ sitit. Nam de hac aqua qui bierit sitiet iterum. Et gauisa est illa ⁊ voluit accipere quasi non passura sitim corporis que labore hauriẽdi fatigabat: ⁊ sic inter huiusmodi sermocinationes peruenit ad potum spiritualem Omnino isto modo ⁊ hic. Hnuc ergo cibum operamini non qui perit sed q̃ permanet in vitam eternam: quem filius hominis dabit vobis. **Hunc enĩ pater signauit deus.** Istũ filiũ hominis nolite sic accipere quasi alios filios hominum: de quibus dictum ẽ. Filij autem hominum in ꝓtectione alarũ tuarum sperabnnt. Iste filius hominis sequestrat⁹ q̃dã gr̃a spũs ⁊ ꝟm carnẽ fili⁹ hoĩs except⁹ a numero hoĩm: fili⁹ hominis est Iste ⁊ fili⁹ homĩs ⁊ fili⁹ đi est. Iste homo etiam deus est. Alio loco interrogans discipulos ait. Quez dicũt esse homines filium hominis? Et

xvj.

illi: Alij iohãnem: alij heliam alij hieremiam: aut vnum ex ꝓphetis. Et ille Vos vero quem me dicitis esse? Respondit petrus. Tu es christus fili⁹ dei viui. Ille dixit se filium hominis: et petrus eum dixit filium dei viui. Optime ille cõmemorabat quod misericordit̃ exhibuerat. Ille commemorabat quod in claritate permanebat. Verbum dei cõmendabat humilitatem suam: homo agnoscit claritatem domini sui: Et reuera fratres: puto quia iustum est. Humiliauit se ꝓpter nos: glorificemus illum nos. Non enim filius hominis ꝓpter se est: sz ꝓpt̃ nos. Ergo fili⁹ hoĩs erat illo modo: cum verbum caro factũ ẽ et habitauit in nobis. Ideo enim hunc de⁹ pater signauit: Signare quid est: nisi ꝓprium aliquid ponere? Hoc est enim signare: imponere aliquid quod nõ cõfundatur cum ceteris. Signare: ẽ signum rei ponere. Cuicũq̃ rei ponis signum: ideo ponis signum ne confusa cũ alijs a te non possit agnosci. Pater ergo eũ signauit. Quid ẽ signauit? Proprium quiddam dedit: ne ceteris comparetur hominibus. Ideo de illo dicum est: Unxit te de⁹ deus tuus oleo exultationis: pre participibus tuis: Ergo signare quid est? Exceptum habere: hoc est pre participibus tuis: Itaq̃ nolite inquit me contempnere quia filius sum hominis: et querite a me cibum qui non perit: sed permanet in vitam eternam. Sic enim filius hominis sum: vt non sim vnus ex vobis. Sic sũ filius hominins: vt pater de⁹ me signaret. Quid est signaret? Proprium aliquid mihi daret /quo non confunderer cum genere humano: sed per me liberaretur genus humanum: **Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus: vt operemur opera dei?** Dixerat enim illis. Operamini escam non que perit sed que ꝑmanet in vitam etetnam. Quid faciemus inquiunt? Quid obseruando hoc ꝑceptuz implere poterimus. **Respondit iesus et dixit eis. Hoc est opus dei vt credatis i eum quẽ misit**

E

ide cõse. dis. ij. vt quid. iiij. sent. dis. x. ca. j.

Ro. iij

Ro. x.

ille. Hoc est ergo manducare cibum non qui perit. sed qui permanet in vitam eternam. Ut quid paras dentes et ventrem? Crede: et mãducasti Discernitur quidem ab operibus fides/ sicut apostolus dicit iustificari hoiem per fidem sine operibus legis: et sunt opera que videntur bona sine fide xpi et non sunt bona: quia non referuntur ad eum finem ex quo sũt bona. Finis enim legis christus ad iusticiam omni credẽti. Jõ noluit discernere ab ope fi dẽ sz ipsã fidẽ dixit eẽ op⁹ dei Ipsa est enim que per dilectõnem operat. Hec dixit: hoc est opus vestrum/ sed hoc est opus dei/ vt credatis in eum quem misit ille: vt qui gloriatur in domino glorietur. Quia ergo inuitabat eos ad fidem: illi adhuc qnerebant signa q̃bus crederẽt. Vide si ñ iudei signa petunt. **Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum: vt videamus ⁊ credamus tibi: quid operaris** Parum ne erat: quod de quinq; panibus pasti sunt? Sciebant hoc quidem: sed huic cibo/ manna de celo preferebant. Dominus autem iesus talem se dicebat: vt se moysi preponeret. Non enim ausus ẽ moyses dicere quod daret cibum non qui perit sed qui pmanet in vitam eternam. Aliquid pl⁹ iste pmittebat q̃ moyses. Per moysen q̃p pe pmittebatur regnum et terra fl̃uẽs lac et mel: temporalis pax/ abundantia filiorũ/ salus corporis et cetera omnia/ temporalia quidem/ in figura tamen spiritualia. quia veteri homini in veteri testamento pmittebãtur: Attendebant ergo promissa per moysen: attendebant promissa per christum. Ille plenum ventrem pmittebat in terra: sz cibo qui perijt. iste pmittebat cibuz non qui perit: sed qui permanet in vitam eternam. Attendebant eum plus promittentem: et quasi nondum videbant maiora facientem. Attendebant itaq; q̃lia fecisset moyses: ⁊ adhuc aliqua maiora volebant fieri ab eo q̃ taz magna promittebat. Quid inquiũt facis vt credamus tibi? Et vt noueritis quia miracula illa huic miraculo comparabant: et ideo quasi minora ista iudicabãt que faciebat iesus. **Patres enĩ nostri inq̃unt mãna manducauerunt in deserto.** Sed quid est manna? Forte contemptis. **Sicut scriptum est †Dedit illis manna manducare:** Per moysen patres nostri panem de celo acceperunt: et non est dictum eis a moyse/ operamini cibum qui non perit. Tu promittis cibũ qui non perit: sed qui permanet ĩ vitã eternam: et non talia operaris qualia moyses. Panes ordeaceos ille non dedit: sed mãna de celo. **Dixit ergo eis iesus: Amen amen dico vobis non moyses dedit vobis panem de celo: sed pater meus †dedit vobis panem de celo † Verus enĩ panis ẽ q̃ de celo descẽdit: et dat vitam mundo.** Verus ergo ille panis qui dat vitam mundo: et ipse cibus est de quo pauloante locutus sum: operamini cibum qui nõ perit: sed qui permanet in vitam eternã. Ergo et illud manna hũc significabat: et illa oĩa signa mea erant. Signa mea dilexistis: qui significabatur contemnitis. Non ergo moyses dedit panem de celo. Deus dat panem. Sed quẽ panem? Forte manna? Nõ. Sed panem quẽ significabat manna: ipsum scilicet dñm iesum. Pater meus dat vobis panẽ verum. Panis enĩ dei est qui descẽdit ỏ celo: et dat vitã mũdo. **Dixerũt ergo ad eũ: dñe da nobis sẽper panẽ hunc.** Quõ mulier illa samaritana cui dictũ ẽ/ qui biberit de hac aq̃ nõ sitiet vnq̃/ cõtinuo illa fm corpus accipiens/ sed tñ carere indigentia volens/ da mihi inquit dñe de hac aqua. sic et isti/ domine da nobis panem hunc qui nos refitiat: nec deficiat **Dixit aũt eis iesus: Ego sum panis vite: q̃ venit ad me nõ esuriet ⁊ q̃ credit in me nõ sitiet †vnq̃** Qui venit ad me: h ẽ qõ ait ⁊ q̃ credit ĩ me: ⁊ qõ dixit ñ esuriet: hoc itelligẽdũ est ⁊ ñ sitiet vnq̃. Utroq; illa significat eterna satietas: vbi nulla est egestas.

Al. panẽ celo ỏdit manduca

†Al. dat. †Textus bet verũ.

f

†Al. ĩ

Panem de celo desideratis: ante vos habetis ⁊ non manducatis. Sed dixi vobis: quia et vidistis me et non credidistis. Sed non ideo ego populum ꝑdidi. Nunquid enim infidelitas vestra fidē dei euacuauit? Uide enī quod sequit̄ O mē quod dat mihi pater ad me veniet: ⁊ eū q̄ venit ad me ñ eijtiā foras. Quale est intus illud: vnde non exitur foras? Magnum penetrale: ⁊ dulce secretū. O secretū sine tedio: sine amaritudine malarum cogitationum: sine interpellatione temptationuz et dolorum. Nonne illud secretum est quo intrauit ille cui dictur⁹ ē dñs seruo bene merito· euge serue bone et fidelis: intra in gaudium domini tui? Et eum qui veniet ad me nō eijtiam foras: quia descendi de celo nō vt faciam volūtatez meā sed eius qui misit me. Ideo ergo euz qui veniet ad te non eijcias foras. quia descēdisti de celo non facere voluntatem tuam: sed voluntatem eius qui te misit? Magnum sacramētum. Obsecro vos simul pulsem⁹: exeat ad nos aliquid quod nos pascat/ ꝑm quod nos delectauit Magnum illud ⁊ dulce secretū Qui veniet ad me Attende. Attēde ⁊ appēde. Qui venit ad me nō eijciā foras. Ergo qui veniet īquit nō eijtiam foras. Quare? Quia descendi d̄ celo: non vt faciam voluntatē meā/ sz voluntatem eius qui misit me. Ipsa est ergo causa quare non eijtias eum foras qui venit ad te: quia non voluntatem tuam facere descendisti de celo sed voluntatem ei⁹ qui te misit? Ipsa: Quid ergo querimus vtrum ipsa sit? Ipsa est: ipse loquit̄. Qui venerit ad me non eijtiam foras. Et quasi quereres quare? Quia non veni facere voluntatem meam sed voluntatem ei⁹ q̄ misit me. Timeo ne foras ꝓpterea exierit anima a deo/ quia superba erat: immo non dubito. Scriptum est enim. Initium omīs peccati superbia: ⁊ initium superbie hominis apostatare a deo. Scriptum est: firmum est: verum est. Deinde quid de superbo dicitur mortali/ accincto pānis/ carnis p̄grauato pondere: corruptibili corpore/ et tamen extollenti se/ et obliuiscenti quia pelle vestit⁹ sit? Quid ei dicit scriptura? Quid supbit terra et cimis? Quid superbit? Dicat quid superbit? Quomō in vita sua proiecit intima sua: Quid est ꝓiecit: nisi porro iecit? Hoc ē exire foras Etenim intrare intro/ appetere intima est: ꝓijcere ītima/ foras exire ē. Intima ꝓiecit supb⁹: intima appetit humilis. Superbia eijcimur: humilitate regredimur. Caput omnium morborum superbia: quia caput omniū peccatorum superbia. Medicus quando egritudinem discutit/ si curet quod per aliquā causam factum est: et ipsam causam per quā factum est non curet: ad tempus videtur mederi Causa manente: morbus repetitur. Uerbi gr̄a: aptius hoc dicam. Humor in corpore scabiem vel vlcera gignit in corpore: fit magna febris et nō ꝑuus dolor. Exhibētur q̄dā medicamēta q̄ scabiē cōpescāt: ⁊ feruorē illū vlceris sedant/ et adhibent̄ et proficiunt: Uides hoīem q̄ fuit vlcerosus ⁊ scabios⁹ sanatū Sz qz humor ille nō eiect⁹ ē: rurs⁹ ad vlc⁹ redit̄. Cognoscēs hoc medic⁹/ purgat humorē: detrahit cām: ⁊ nulla erūt vlcera. Unde ergo abundat iniq̄tas? Per superbiā. Cura superbiā: ⁊ nulla erit iniq̄tas. Ut ergo causa oīm morborum curaretur: id est: supbia: descēdit ⁊ humilis factus ē filius dei. Quid supbis hō? Filius dei ꝓpter te hūilis fact⁹ est. Puderet te fortasse imitari hūilē hoīem: saltē imitare hūilē deū. Uenit fili⁹ dei ī hoīe: ⁊ hūilis factus ē. Precipit̄ tibi vt sis humilis: non tibi p̄cipit̄ vt ex hoīe fias pecus. Ille de⁹ factus ē hō: tu homo cognosce quia es hō Tota hūilitas tua ē: vt cognoscas te. Ergo qz hūilitatē docet deus: dixit non veni facere voluntatem meā sed eius volūtatē qui misit me. Hec enim cōmendatio humilitatis ē. Supbia q̄ppe facit voluntatem suaz: hūilitas facit voluntatē dei. Iō q̄ ad me venerit: nō eijtiā foras: Quare? Quia nō veni facē volūtatē meā: sz volūtatē ei⁹ q̄ misit me. Hūilis veni: humilitatē docere veni. Qui ad me venit: incorporatur mihi. Qui ad me venit: hūlis fit. Qui mihi adheret hūilis erit: quia ñ facit volūtatē suā sed dei. Et iō nō eijcietur foras: quia cū superbus eēt: eiectus ē foras

B.xxv.

G

Ecci.x.

Ecci.x

Uide illa interiora cōmēdari in psalmo. Filij autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Uide quid sit ire intro. vide quid sit ad illius ꝓtectionē cōfugere: vide quid sit etiaz sub verbera patris currere? Flagellat enim omnem filiū quem recipit. Filij autem hominū in tegmine alarum tuarum sperabunt. Et quid est intus? Inebriabūtur ab vbertate domus tue: Cū miseris intro: intrātes ī gaudiū domini sui inebriabūtur ab vbertate domus tue et torrēte voluptatis tue potabis eos: quomō aput te ē fōs vite: nō foris extra te: sed intus apud te: et in lumine tuo videbim⁹ lumen. Pretende miserirordiā tuā sciētib⁹ te: ⁊ iusticiam tuā his qui recto sūt corde. Qui secuntur volūtatem domini sui: non qnerētes sua sed q̄ iesu christi: ipsi sūt recti corde: ipsis nō commouent̄ pedes. Bon⁹ enim deus israhel: rectis corde: Mei autē inquit ille/pene commoti sūt pedes. Quare? Quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum intuens. Ergo quibus bon⁹ est deus: nisi rectis corde? Nam mihi toto corde displicuit deus. Quare displicuit? Quia dedit felicitatē malis. Et ideo nutarūt mihi pedes: quasi sine causa seruissem deo Ideo ergo mei pene commoti sunt pedes quia non fui rectus corde. Quid est ergo rectus corde? Sequens voluntatem dei Felix est ille: laborat ille Ille male viuit et felix est: ille iuste viuit et laborat. Non indignetur iuste viuens et laborans: int⁹ habet quod felix ille non habet. Non ergo tristetur: non maceretur. non deficiat: Felix ille/habet aurum ipse in arca: iste deum in conscientia: Compara nunc aurū et deum: arcam et conscientiā. Ille illud habet quod perit: et ibi habet vnde perit Iste deum habet et eum qui perire non potest: et ibi habet vnde auferri nō potest sed si sit rectus corde. Tuuc enim intrat et nō exit. Ideo ille dicebat: quomodo apud te ē fons vite: et nō aput nos Ideo intrare debemus vt viuamus: non quasi nobis sufficere vt pereamus: Non quasi de nostro velle satiari vt arescamus: sed os ad ipsum fontem ponere: vbi aqua nō deficit: Quia voluit suo consilio viuere adam: et lapsus est per eum qui ante ceciderat per superbiam: qui ei calicem ipsuis superbie ꝓpinauit Quia ergo aput te est fons vite et in lumine tuo videbimus lumē: intus bibam⁹ intus videamus. Quare enim inde exitū est? Audi quare. Nō veniat mihi pes superbie: Ergo ille exijt cui venit pes superbie. Ostendit q̄a ideo exijt. Et manus peccatorum non moueat me: ꝓpter pedem superbie. Quare hoc dicis? Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. Ubi ceciderunt? In ipsa superbia. expulsi sunt nec potuerūt stare: Si ergo superbia expulit eos qui non potuerunt stare: humilitas intromittit qui possunt in perpetuū stare. Ideo etenim ille qui dixit: exultabunt ossa humiliata: p̄dixit: auditui meo dabis exultationem et leticiam. Quid est auditui meo? Audiendo te felix sum. De voce tua felix sum. Intus bibendo: felix sum. Ideo non cado: ideo exultabunt ossa humiliata: ido amicus sponsi stat et audit eum. Ideo stat: quia audit. De interiore fonte bibit/ideo stat. Illi q̄ noluerūt de īteriore fōte bibere: ideo ceciderūt et expulsi sunt nec potuerunt stare. ¶ Doctor itaq; humilitatis venit non facere volūtatem suam: sed voluntatem eius qui misit illum. Ueniam⁹ ad eum/intremus ad eū/incorporemur ei/vt nec nos faciam⁹ volūtatem nostrā/sed voluntatem dei: et non nos eijciet foras quia membra eius sumus: quia caput nostrum esse voluit docendo humilitatem. Ad extremum ipsum audite concionantem. Uenite ad me qui loboratis ⁊ onerati estis. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde. Et cum hoc didiceritis: inuenietis requiem animabus vestris/vnde nō eijci amini foras? Quia descendi de celo: non vt faciam voluntatem meam/sed voluntatem eius qui misit me. Humilitatem doceo: ad me venire non potest nisi humilis Non mittit foras nisi superbia. quomodo non exit foras qui seruat humilitatem: et non labitur a veritate. Dicta sunt quantū dici potuerunt de abscondito sensus frēs. Satis enī h̄ latet sensus ⁊ nescio vtꝝ congruis verbis a me sit depromtus

ps̄.xxxv.

ps̄.lxxij.

ps̄.l.

h

et excultus: quare ido non eijciat foras qui venit ad illũ: quia nõ venit facere voluntatẽ suã sed voluntatẽ eius q̃ misit eũ Hec ẽ autẽ iquit voluntas eius q̃ misit me patris: vt omne quod dedit mihi nõ ꝑdam ex eo. Ipse illi datus est qui seruat humilitatẽ Hoc accepit Qui non seruat humilitatẽ: lõge ẽ a magistro humilitatis Ut omne quod dedit mihi non ꝑdam ex eo. Sic non est voluntas in conspectu patris vestri. vt pereat vnus de pusillis istis. De tumentibus potest perire/de pusillis nihil perit: Quia nisi fueritis sicut pusillus iste non intrabitis in regnum celorum. Omẽ quod dedit mihi pater non perdam ex eo: sed resuscitabo illũ in nouissimo die. Uidete quẽadmodum ⁊ hic geminã illam resurrectõem diliniet. Qui venit ad me modo resurgit humilis factus in mẽbris meis: sed et resuscitabo eum in nouissimo die scd̃m carnez Hec est em̃ volũtas patris mei q̃ misit me: vt omnis qui videt filiũ ⁊ credit in eũ habeat vitã eterna ⁊ ego resuscitabo eũ ĩ nouissimo die Superius dixit qui audit verbum meũ et credit ei qui misit me: modo aũt: qui videt filiũ et credit in eum. Non dixit videt filium: ⁊ credit in patrem. Hoc est enĩ credere in filium quod et in patrem: Quia sicut habet pater vitam in semetipso sic dedit et filio vitã habere in semetip̃o: vt omnis qui videt filium ⁊ credit in eum habeat vitam eternam. Credendo et transeundo ad vitam: tanquã prima illa resurrectione. ⁊ quia non est sola: ⁊ resuscitabo ego eum inq̃t in nouissimo die

Explicit tract. xxv. Incipit tracta. xxvi. Ab eo qd̃ scriptum est: ⁊ resuscitabo ego eũ in nouissimo die. vsq̃ ad id vbi ait. Hec dixit in sinagoga docens in templo

A

Cum dominꝰ noster iesus christus sicut ĩ euãgelio cum legeretur audiuimꝰ panem se esse dixisset qui de celo descendit murmurauerunt iudei et dixerunt Nonne hic est iesus filius ioseph: cuius nos nouimus patrẽ et mr̃em Quõ ergo hic dicit quia descendit de celo? Isti a pane d̃ celo longe erant: nec eum esurire nouerant. Fauces cordis languidas habebant: auribus apertis surdi erant: videbant ⁊ ceci stabant. Panis quippe iste interioris hominis querit esuriẽ. Uñ alio loco dicit. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiã: quoniaz ipsi saturabũtur. Iusticiam vero nobis eẽ christum: paulus apostolus dicit. Ac per hoc qui esurit hunc panem: esuriat iusticiam. Sed iusticiã que de celo descendit: iusticiam quã dat deus nõ quã sibi facit homo: Si enim nullam sibi homo faceret iusticiam: non diceret idẽ apostolus de iudeis. Ignorantes enĩ dei iusticiã ⁊ suã volentes constituere: iusticie dei non sũt subiecti. Inde erãt isti qui panem de celo descendentẽ non intelligebant: quia sua iusticia saturati: iusticiaz dei non esuriebãt Quid est hoc: iusticia dei ⁊ iusticia hoĩs? Iusticia dei hic dicitur. non qua iustus ẽ deus: sed quã dat homini deus: vt iustus sit homo per deum. Que autem erat illoꝝ iusticia q̃ d̃ suis virib⁹ p̃sumebant: ⁊ q̃si impletores legis seipsos ex sua virtute dicebãt? Nemo iplet legẽ nisi adiuuerit gr̃a: id est panis qui de celo descendit. Legis enim plenitudo/compendio vt ait apostolus/caritas est: caritas non nummi: sed d̃i. caritas non terre/non celi/ sed ei⁹ qui fecit celum et terrã. Unde ista caritas homini? Ip̃m audiamus. Caritas inquit dei diffusa est in cordibus nostris: ꝑ spiritum sanctũ qui datus est nobis. Daturus ergo dñs spiritũ sanctũ dixit se panẽ qui de celo descendit: hortans vt credamus ĩ eũ Credere enim in eũ: hoc est mãducare panem viuum. Qui credit in eum mãducat. inuisibiliter saginatur: quia et inuisibiliter renascitur. Infans intus est: nouus intus est. Ubi nouellatur: ibi satiat̃. Quid ergo talibus murmurantibus respondit iesus? Nolite murmurare inuicẽ. Tanquam dicens. Scio quare non esuriatis: et istum panem non intelligatis neq̃ queratis. Nolite murmurare inuicem nemo potest venire ad me nisi pr̃ q̃ misit me traxerit eũ Magna gra-

Math. v.

Ro. x.

Ro. v.

de cõse. dis. ij. Credere. iiij. sen. ix. c. j. circa prin.

B

tie cõmendatio. Nemo venit: nisi tractus
Quẽ trahat ⁊ quẽ non trahat: quare illũ
trahat/et illũ non trahat: Noli velle iudi-
ij:sent.li.ij. care si non vis errare. Semel accipe ⁊ in-
dis.xxvj.ca. tellige. Nõ traberis: ora vt traharis Quid
Nõ est tñ hic dicimus fratres? Si trahimur ad christum: ergo inuiti credimus. Ergo violẽtia
adhibetur: non voluntas excitatur? Intra
re quisquã ecclesiam potest nolens: acce
dere ad altare potest nolens: accipere po
test sacramentũ nolens: credere nõ potest
nisi volens. Si corpore crederetur: fieret
in nolentibus. Sed non corpore creditur
ad iusticiam: Apostolum audi dicentem.
Ro.x. Corde creditur ad iusticiam. Et quid seq
tur? Ore autem confessio fit ad salutẽ De
radice cordis surgit ista confessio. Aliqñ
audis confitentem: ⁊ nescis ardentẽ. Vo
cas confitentem: et nescis credentẽ. Sed
nec dẽs vocare ꝯfitẽtẽ: quẽ iudicas nõ cre
dentem. Hoc est enĩ cõfiteri: dicere qõ ha
bes in corde. Si autẽ aliud ĩ corde habes
aliud dicis: loqueris non confiteris. Cum
ergo in xp̃m corde credatur/quod nemo
vtiq; facit inuitus. Qui autẽ trahit: tanq;
inuitus cogi videtur: quomõ istã soluim⁹
questionẽ: Nemo venit ad me: nisi pater
qui me misit traxerit eu. Si trahit aliqs:
inuitus venit. Si inuit⁹ venit nec credit: si
non credit nec venit. Nõ enim ad christũ
ambulando currimus/sed credẽdo: nec
motu corporis/sed volũtatẽ cordis acce-
dim⁹: Jõ illa mulier q̃ fimbriã tetigit: ma
Lu.viij. gis tetigit q̃s turba q̃ p̃ssit Jõ dñs dixit qs
me tetigit: ⁊ mirãtes discipuli dixer̃t. Tur
ba te cõprimit: ⁊ dicis qs me tetigit. Et il
le repetiuit. Tetigit me aliquis. Illa tan-
git: turba premit. Quid est tetigit: nisi cre
didit? Vnde ⁊ mulieri post resurrectõem
dixit volenti se mittere ad pedes ei⁹ No-
Joh.xx. li me tangere: nõdũ enĩ ascendi ad patrẽ.
Quod vides: hoc solũ me esse putas. No
li me tangere quid est? Hoc me solum eẽ
putas: quod tibi apãreo. Noli me sic cre-
dere: hoc est noli me tangere: Nondũ enĩ
ascendi ad patrem meum. Tibi nondum
ascendi: nam inde nunq; recessi. Interea
non tangebat stantem: ⁊ quomõ tangeret
ad patrem ascendentem? Sic tamen sic se
tangi voluit: si tangitur ab eis a quibus
bene tangitur: ascendens ad patrem: ma
nens cum patre: equalis patri Jnde et ℭ
hic si aduertis: nemo venit ad me nisi quẽ
pater attraxerit. Noli te cogitare inuitus
trahi: Trahitur animus et amore. Nec
timere debemus ne ab hominibus quiver
ba perpendunt: et a rebus maxime diui-
nis intelligendis longe remoti sunt: ĩ hoc
scripturarũ sanctarũ euãgelico verbo: for
sitan reprehẽdamur: ⁊ dicat nobis. Quo.
modo voluntate credo si trahor? Ego di-
co. Parum est voluntate: etiã voluptate
traheris. Quid est trahi voluntate? De-
lectare in dño et dabit tibi petitiones cor-
dis tui: Est q̃dã voluptas cordis: cui pais
dulcis ẽ ille celestis. Porro si pocte dicẽ
licuit: trahit sua quẽq; voluptas: ñ necĩtas
sz voluptas: ñ obligatio sz delectatõ. ãnto
fort⁹ nos dicere debẽ⁹ trahi hominẽ ad
xp̃m qui delectat veritate/delectatur bea
titudine/delectatur iusticia/delectat sem
piterna vita qõ totũ xp̃s est? An vero ha
bent corporis sensus voluptates suas: et
animus deseritur a voluptatibus suis? Si
animus non habet voluptates suas: vnde
dicit? Filij autẽ hominũ sub tegmine ala
rum tuarũ sperabũt: inebriabunt ab vber ps.xxxv
tate domus tue ⁊ torrente voluptatis de-
liciarum tuar̃ potabis eos: quomõ apud
te est fons vite et in lumine tuo videbim⁹
lumen. Da amantem: ⁊ sentit quod dico.
Da desiderantem: da ferentem/da ĩ ista
solitudine peregrinantem atq; sitientẽ/et
fontẽ eterne patrie suspirantẽ: da talẽ: et
scit q̃d dicã. Si aũt frigido loquor: nescit
q̃d loquor? Tales erãt isti: q̃ inuicẽ mur-
murabant. Pater inquit quẽ traxerit: ve-
nit ad me. Quid est aũt pater quẽ traxe-
rit: cum ipse xp̃s trahat? Quare voluit di
cere pater quem traxerit? Si trahendi su
m⁹: ab illo trahamur cui dicit quedã que
diligit. Post odorem vnguentorũ tuorũ ℣
curremus Sed quid intelligi voluit ad
uertamus fratres: et quantũ possumus ca
piamus. Trahit p̃r ad filium eos q̃ ꝓpte-
rea credũt ĩ filiũ: qr eũ cogitãt p̃rem hr̃e
deũ De⁹ enĩ p̃r equalẽ sibi genuit filium:
et q̃ cogitat atq; ĩ fide sua sentit ⁊ rumiat
eq̃lẽ eẽ p̃ri eũ in quẽ credidit: xp̃m trahit
p̃r ad filium. Arrius credidit creaturam
non eum traxit pater: quia nõ considerat
patrẽ q̃ filiũ nõ credit eq̃lẽ. Quid dicis o

arrie: quid dicis hereticе: quid loqueris? Quid est xp̃s? Non inquit deꝰ verus: sed quem fecit deus verꝰ. Non te traxit pat: Nõ itellexisti pfez: cuiꝰ filiũ negas. Aliõ cogitas: nõ ẽ ipse filiꝰ: Nec a pfe traheris nec ad filiũ. Aliud ẽ enĩ filiꝰ: aliõ qõ tu dicis. Fotinꝰ dicit. Homo solus est xp̃s: nõ est et deus. Qui sic credit: nõ pater eũ trahit Quẽ traxit pater? Tu es inqt xp̃s filius dei viui: non sicut ꝓpheta/ nõ sicut iohãnes: nõ sicut aliquis magnus iustus sed sicut vnicus: sicut equalis. Tu es ch̃ristus filius dei viui ait. Vide quia tractus ẽ: et a patre tractus ẽ. Et dñs quid? Beatꝰ es simon bariona quia non tibi reuelauit caro ⁊ sanguis: sed pater meus qui in celis est. Ista est reuelatio: ista ẽ attractio Ramũ viridem ostendis oui: ⁊ trahis illam. Nuces puero demonstrant ⁊ trahit: ⁊ qõ currit trahitur: Amando trahitur: sine lesione corꝑis trahitur: cordis vinculo trahitur. Si ergo ista que inter delicias ⁊ voluptates terrenas reuelant amantibꝰ trahũt: quõ verũ est: trahit sua quẽq; voluptas: nõ trahit reuelatꝰ xp̃s a patre? Quid enĩ fortius desiderat anima q̃ veritatez? Quo auidas fauces habere debet/ vñ optare/ vt sanum sit intus palatũ vera iudicandi: nisi vt mãducet et bibat/ sapientiã/ iusticiã/ veritatẽ/ eternitatẽ? Vbi aũt hoc ibi melius: verius ibi/ plenius ibi. Mã hic facilius possumus esurire ⁊ hoc si bonam spem habemꝰ: q̃ satari. Beati enĩ inquit qui esuriunt ⁊ sitiũt iusticiã/ sed hic: Qñ E saturabunt̃/ sed ibi Ideo cũ dixisset: nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum: Quid subiecit: **Et ego resuscitabo eum in nouissimo die** Reddo illi quod amat: Reddo quod sperat. Videbit: quod adhuc nõ videndo credidit. Adducet quod esurijt: saturabitur eo quod sitit. Vbi? In resurrectõne mortuoꝝ/ quia ego resuscitabo eũ i nouissimo die **Scriptũ est enim i ꝓphetis: Et erunt omnes docibiles dei** Quare hoc dixi Q iudei? pater vos non docuit: quõ potestis me agnoscere. Oñs regni illius homĩes docibiles dei erũt: nõ ab hominibus audiẽt. Et si ab homĩbus audiunt: tamen quod intelligunt/ intꝰ datur: intus chorusçat: intꝰ reuelatur. Quid faciunt homines forinsecus annuncãtes: Quid facio mõ ego cuz loquor? Strepitũ verborũ ingero auribus vestris. Nisi ergo reuelet ille qui intus est: quid dico aut q̃d loquor? Exterior cultor arboris: interior est creator. Qui plantat ⁊ qui rigat: extrinsecus operatur. Hoc facimus nos: Sz neq; qui plãtat est aliquid neq; q̃ rigat: sz q̃ incrementum dat deus. Hoc est erunt omnes docibiles dei. Qui omnes? **omis q̃ audiuit a patre et didicit venit ad me.** Videte quomodo trahit pater. Docendo delectat: non necessitatẽ imponendo: Ecce quomodo trahit: erunt omẽs docibiles dei. Trahere dĩ ẽ. Dis q̃ audiuit a pfe et didicẽ: venit ad me. Trahere enĩ dĩ ẽ. Quid igĩt fratres? Si omis qui audiuit a patre ⁊ didicit ipse venit ad xp̃m: xp̃s nihil hic docuit. Quid quod patrẽ magistꝝ hoies non viderunt: filiũ viderũt? Filiꝰ dicebat: sed pater docebat. Ego cũ homo sim quem doceo? Quẽ fratres nisi eũ qui audit verbum meũ: Si ego cum homo sim illum doceo qui audit verbuz meũ: illum docet pr̃ q̃ audit v̄bũ eiꝰ. Si illum docet pater q̃ audit verbum eius: Quere quid sit ch̃ristus: ⁊ inuenies verbum eius. In principio erat verbum. Non in principio fecit deus verbum: quomõ in principio fecit deus celũ ⁊ terram. Ecce quia non est creatura. Disce trahi ad filiũ a patre: doceat te pater: audi verbum eius. Qõ verbum inquies audio? In pr̃cipio erat verbum. Non factũ est sed erat. ⁊ verbũ erat apud deũ: ⁊ deus erat verbum. Quõ homines in carne constituti audiant tale verbum? Quia verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Exponit hoc ⁊ ipse et ostendit nobis quid dixerit: qui audiuit a patre ⁊ didicit venit ad me: Continuo subiecit: quod cogitare possemus. **Non quia patrem vidit quisquã nisi is qui ẽ a deo hic vidit patrem** Quid est quod ait: ego vidi patrem: vos non vidistis patrem: et tamen nõ venitis ad me nisi trahami a patre? Quid ẽ autẽ nobis trahi a patre: nisi discere a patre? Quid ẽ discere a patre: nisi audire a pfe? Quid est audire a patre: nisi audire verbum patris? id est me. Ne forte g̃ cũ: dico vobis: dis qui audiut a pfe ⁊ didicit dicatis apud vos: sed nunq; vidimus patrem: quõ ergo discere potuimus a patre. A me

j. Cor. iij

84

bis locum bene viuendo preparabimus. vnde nunq̃ migremus. Dominus enī noster iesus postea q̃ resurrexit iam non moritur: mors illi vltra: sicut apostolus dicit: non dñabitur. Ecce qđ amemus si viuim⁹ si in ipsum credimus qui resurrexit: ⁊ dabit nobis non quod hic amant homines/ qui deuz non amant. aut tanto plus amāt q̃to illum minus amant. Tanto autem h̄ minus amant: q̃to illuz plus amant. Sed videamus q̄d nobis promisit. Non diuitias terrenas ⁊ temporales: non honores et potestates in seculo isto: Videtis enī omnia hec dari ⁊ hominib⁹ malis: ne magnipendantur a bonis. Non ipsam postremo corporis sanitatem. non quia ipse illā nō dat: sed quia vt videtis ⁊ pecorib⁹ dat: nō vitam longam. Quid est enim longum qđ aliquando finitur? Non ꝓ magno nobis credentibus promisit longeuitatez aut decrepitam senectutem quam omnes optant anteq̃ veniat: omnes de illa cum venerit murmurant. Non pulchritudinem corporis: quā vel corporis morb⁹ vel ipsa senectus que optatur/ exterminat. Vult esse pulcher: ⁊ vult esse senex. Ista duo desideria sibijnuicem concordare non possunt Si senex eris: pulcher non eris. Quando senectus venerit: pulchritudo fugiet. Et ī vno habitare non possunt: vigor pulchritudinis: ⁊ gemitus senectutis. Omnia ergo ista non nobis promisit qui dixit. Qui credit in me veniat ⁊ bibat: ⁊ flumina de ventre eius fluent aque viue. Vitaz eternam promisit vbi nihil timeamus/ vbi non conturbemur: vnde non migremus: vbi nō moriamur: vbi nec decessor plangitur: nec successor speretur. Quia ergo tale est qđ nobis promisit amantibus ⁊ per spiritussancti charitatez feruentibus: ideo ipsum spiritum noluit dare nisi cum esset glorificatus: vt in suo corpore ostenderet vitam quam modo non habemus: sed in resurrectione speramus.

Explicit tractatus tricesimussecundus: Incipit tractatus tricesimustertius: ab eo loco vbi ait: Ex illa ergo turba cuz audissent hos sermones eius: vsqz ad id qđ ait: Nec ego te condemnabo: vade et amplius noli peccare.

A

Meminit charitas vestra sermōe pristino ex occasione lectionis euangelice locutos nos esse vobis de spiritusancto. Ad hunc potandum cū dominus inuitasset credentes in se: loquens inter eos qui illum tenere cogitabāt ⁊ interficere cupiebant: nec valebant quia ille nolebat. Cuz ergo hec locutus esset: nata est de illo in turba dissensio: alijs putantibus qđ ipse esset christus: alijs dicentibus quia đ galilea non exurget christus. Qui v̄o missi fuerant vt eum tenerent: redierūt īmunes a crimine ⁊ pleni admiratiōe. Nā et testimoniū perhibuerunt diuine doctrine eius: cum dicerent a quibus missi fuerant. Quare non adduxistis eum? Responderunt enim nunq̃ se audisse hominem sic locutum: Nō eniz quisq̃ sic loquitur homo. Ille autez sic locutus est: quia deus erat ⁊ homo. Tamen pharisei testimoniū eorum repellentes: dixerunt eis. Nunquid ⁊ vos seducti estis? Videmus enim delectatos vos eē sermonibus illius. Nunquid aliquis de principibus credidit in eū aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem: maledicti sunt: Qui non nouerant legem: ipsi credebant in eum qui miserat legem. Et eum qui miserat legem contēnebant illi qui docebāt legez: vt impleretur quod dixerat ipse dominus. Ego veni vt non videntes videāt et videntes ceci fiant. Ceci enim facti sunt pharisei doctores: illuminati sunt populi nescientes legem: ⁊ in auctorem legis credentes. Nicodemus tamen vnus ex phariseis qui ad dominū nocte venerat ⁊ ipse non quidem incredulus sed timidus: nam ideo nocte venerat ad lucē quia illuminari volebat ⁊ sciri nolebat: respondit iudeis. Nunquid lex nostra iudicat hominem: nisi audierit ab ipso p̄us et cognouerit q̄d faciat? Volebant enim illi peruerse ante esse dānatores q̃ cognitores. Sciebat enim nico

Aug⁹ in hoc trac. nō semper notat textum s̄m formam verborum: sz qñq̃ mutat verba qñq̃ p̄terit sensum dūtaxat ponēdo.

Johan. ix.

demus vel potius credebat: quia si tm̄mo do eū vellēt patient audire/forte sil'es fie rent illis qui missi sunt tenere: ⁊ maluerūt credere. illi Responderunt ex preiudi cio cordis sui: qd ⁊ illis. Nunquid et tu galileus es? Id est. quasi a galileo seductus. Dn̄s enim galileus dicebatur: quoniam de nazaret ciuitate erant paren tes eius. Scdm mariam dixi parentes: non sm virile semen. Non enim quesiuit in ter ra nisi matrem: qui iam habebat desup pa trem. Nam vtraq; eius natiuitas mirabi lis fuit: Diuina sine matre/hūana sine pa tre. Quid ergo illi quasi legisdoctores ad nicodemum dixerunt? Scrutare scri pturas et vide: quia ꝓpheta a ga lilea non surgit. Sed dominus ꝓphe tarum inde surrexit. Reuersi sunt inqt euangelista: vnusquisq; in domū su am: Inde iesus perrexit in mon tē oliueti. In mōtē aūt oliueti: ī montē fructuosum: in montem vngenti: in montē chrysmatis. Ubi enī decebat docere chri stum: nisi in monte oliueti? Christi enī no men a chrysmate dictum est. Chrysma au tem grece: latine vnctio nuncupat. Ideo autem nos vnxit: quia luctatores contra diabolū fecit. Et diluculo iterū vēit in templum et omnis popolus ve nit ad eum: et sedens docebat eos et non tenebatur: quia nondum pati dig nabatur. Nunc iam attendite: vbi ab ini micis temptata sit domini mansuetudo. Adducunt autem illi scribe et pha risei mulierem in adulterio depre hensam: et statuerunt eam in me dio et dixerunt ei: Magister hec mulier modo deprehēsa est in ad ulterio: in lege autem moyses mā dauit nobis huiusmodi lapidare Tu ergo quid dicis? Hec autem dicebant temptantes eum: vt pos sent accusare eum. Uñ accusare? Nū quid ipsum in aliquo facinore deprehen derant: aut illa mulier ad eum aliquo mo do pertinuisse dicebatur? Quid est ergo temptantes eum vt possent accusare euz?

Capitul. viij B

Intelligamus fratres admirabilē mansue tudinē in domio fuisse. Animaduerterūt eum nimiū esse mitem: nimiū esse mansue tum. De illo quippe fuerat ante predictū. Accinge gladium super femur tuum potē tissime. Speciem tuam ⁊ pulchritudinē tu am intēde prospere procede ⁊ regna: Pro pter veritatem ⁊ mansuetudinē ⁊ iusticiā. Ergo attulit veritatem vt doctor: mansue tudinem vt liberator: iusticiam vt cogni tor. Propter hec eum esse regnaturum in spiritusancto propheta predixerat. Cum loqueretur: veritas agnoscebat. Cum ad uersus inimicos non moueretur: mansue tudo laudabatur. Cuz ergo de duob⁹ istis id est. de veritate ⁊ māsuetudine eius ini mici liuore ⁊ inuidia torquerent: in tertio id est. iusticia scandalum posuerunt. Qua re? Quia lex iusserat adulteros lapidare Et vtiq; lex qd iniustum erat/iubere non poterat. Si quis aliquid diceret quā lex iusserat: iniustus deprehenderet. Dixerāt ergo apud semetipsos. Uerax putat: mā suetus videtur: de iusticia illi querēda ca lumnia est. Offeramus ei mulierem in ad ulterio deprehensam: dicamus quid de il la in lege preceptum sit. Si eam iusserit la pidare. mansuetudinē non habebit. Si eā dimitti censuerit: iusticiā non tenebit. Ut autem mansuetudinē inquiūt non perdat in qua iam populis amabilis factus est: si ne dubio eam dimitti debere dicturus est Hinc nos inueniemus accusandi occasio nem: ⁊ eum reum faciemus tanq; legis pre uaricatorem dicentes ei. Hostis es legis/ contra moysen respōdes: immo contra eū qui per moysen legē dedit. Reus es mor tis: cum illa ⁊ tuipse lapidandus es. Pos set his verbis atq; his sententijs inflam mari inuidia: feruere accusatio: flagitari damnatio. Sed cui hoc? Peruersitas recti tudini/falsitas veritati: corruptum cordi recto/stulticia sapiētie. Quando illi laq̄ os prepararēt. in quos non prius ipsi ca put inijcerent. Ecce dominus in respon dendo ⁊ iusticiam seruaturus est: ⁊ a man suetudine non recessurus. Non est captus cui tendebatur: sed potius capti sunt qui tendebant: quia in eum qui eos posset de laqueis eruere non credebant. Quid

ps. xliiij.

C

ergo respondit dominus ihesus? Quid ergo respondit veritas? Quid respondit sapientia? Quid respondit ipsa cui calumnia parabatur iusticia? Non dixit non lapidetur: ne contra legem dicere videretur Absit autem vt diceret lapidetur. Venit enī nō pdere qō inuenerat: sed q̄rere quod perierat. Quid g̈ respōdit? Videte q̄ plenū sit iusticia: plenū māsuetudie ⁊ vitate **Qui sine peccato est vestrum inquit prior in illam lapidem mittat.** O responsio sapientie: quomodo eos intromisit in semetipsos. Foris enim calūniabāt: seipsos intrinsecus non pscrutabant. Adulteram videbant: se ñ perspiciebāt. Preuaricatores legis legem implere cupiebāt Et hoc calūniando non vere/tanq̄ adulteram a castitate damnādo. Audistis iudei: audistis phariseī: audistis doctores legis: legis custodes: sed nōdū intellexistis legislatorem. Quid vobis aliud significat: cum digito scribit in terra? Digito ei dei lex scripta est: sed ꝓpter duros in lapide scripta est. Nunc iam dñs in terra scribebat: quia fructum querebat. Audistis ergo. Impleat lex: lapidet adultera. Sz nunquid ī illa punienda / lex implenda ē a puniendis? Consideret sevnusquisq̄ vestrum: intret in semetipsum: ascendat tribunal mentis sue: cōstituat se ante conscientiam suam: cogat se cōfiteri. Scit enim quis sit: Quia nemo scit hominū que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui in ipso est. Unusquisq̄ in se intendens: peccatorem se inuenit. Ita plane. Ergo aut istam dimittite: aut simul cum illa penam legis excipite. Si diceret non lapidetur adultera: iniustus conuincerē. Si diceret lapidetur: mansuetus nō videretur. Dicat qō dicere debet: ⁊ mansuetus ⁊ iustus. Qui sine peccato est vestrum: prior in illam lapidem mittat. Hec vox iusticie est. Punia-tur peccatrix: sed non a peccatoribꝰ. Impleatur lex: sed nō a preuaricatoribꝰ legis Hec vox oīno iusticie est. Qua iusticia illi tanq̄ trabali telo pcussi/sese inspicientes ⁊ reos inuenientes: **vnus postvnū omnes recesserunt:** Relicti sunt duo: misera ⁊ misericordia. Dñs autem cū eos illo telo iusticie percussisset: nec dignatus est cadentes attendere: sed auerso ab eis obtutu: **rursum digito scribebat in terra.** Relicta autem sola illa muliere oī busq̄ abeuntibus: **leuauit oculos suos ad mulierem.** Audiuimus vocē iusticie: audiamus ⁊ māsuetudinis. Plus ei credo territa erat illa cum audisset a dño dictum: qui sine peccato est vestrum: prior in illam mittat lapidem. Illi ergo attēdentes se ⁊ abscessu ipso confessi de se: reliquerant mulierem cum grandi peccato ei qui erat sine peccato. Et quia illa ꝫ audierat/qui sine peccato est prior in illaz lapidem mittat: ab illo se sperabat puniendam in quo peccatum inueniri non poterat. Ille autem qui aduersarios eius repulerat lingua iusticie: leuans in eam oculos mansuetudinis **interrogauit eam. Nemo te condemnauit? Respondit illa: Domīe: nemo: Et ille: Nec ego te condemnabo.** A quo te forte damnari timuisti: quia in me peccatum nō inueniſti: Nec ego te ꝓdemnabo. Quid ē domine? Faues ergo peccatis? Non plane. Ita attende quod sequit. **Vade de inceps iam noli peccare.** Ergo ⁊ dominus damnauit: sed peccatum non hominem. Nam si peccatorum fautor esset diceret/nec ego te condēnabo: vade ⁊ viue vt vis: de mea liberatione esto secura. ego q̄tumcūq̄ peccaueris te ab omni pena etiam gehenne ⁊ inferni terroribus liberabo Non hoc dixit. Intendant ergo qui amāt in domino mansuetudinem: ⁊ timeant veritatem. Etenim dulcis ⁊ rectus dominus Ama qō dulcis est: time qō rectꝰ est Tāq̄ mansuetus dixit tacui: sed tanq̄ iustus/nū quid semper tacebo? Misericors ⁊ miserator dominus. Ita plane. Adhuc adde longanimis. Adde adhuc ⁊ misericors. Sed time qō est in nouissimo ⁊ verax. Qō enim modo sustinet peccantes: iudicaturus est ꝓtemnētes. An diuitias longanimitatis ⁊ mansuetudinis eius contemnis: Ignoras quia patientia dei ad penitentiam te adducit? Tu autem ſm duriciam cordis tui et cor impenitēs: thesaurizas tibi iram in die ire ⁊ reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiq̄ scōm opera sua. Mansuetus dominus/longanimis dñs/misericors dñs: sed ⁊ iustus dñs/⁊ verax dñs. largitur

ps. xxxiij.

Rhoma. ij.

tibi ſpaciuz coꝛrectiõis: ſed tu plus amas dilationem q̃ emendationem. Salus fuſti heri: hodie bonꝰ eſto. Et hodiernũ diẽ i malicia pegiſti: vel cras mutare. Semp expectas: ⁊ de mia dei tibi plurimũ polliceris. Quaſi ille q̃ tibi p patiẽtiã ꝓmiſit indulgẽtiã: ꝓmiſerit tibi etiã ꝓlixioꝛẽ vitã. Vñ ſcis q̃d pariat craſtinꝰ dies? Recte dicis in coꝛde tuo. quãdo me coꝛrexero: deus mihi omnia peccata mea dimittet. Negare non poſſumus: q̃ coꝛrectis atq; conuerſis indulgentiã deus pꝛomiſit. Nam in quo ꝓpheta mihi legis quia pꝛomiſit coꝛrecto indulgentiã: Non mihi legis quia ꝓmiſit tibi deus longam vitam. Ex vtroq; igitur homines periclytant: ⁊ ſperando et deſperando. Contrarijs rebus/contrarijs affectionibus. Sperando qui decipitur? qui dicit: Bonus eſt deus: miſericoꝛs eſt deus: faciam quod mihi placet quod libet: laxem habenas cupiditatibꝰ meis impleam deſideria anime mee. Quare h̃? Quia miſericoꝛs eſt deus: bonus eſt deus manſuetus deus. ſpe iſti piclytant. Deſperatione autem: qui cum inciderint in grauia peccata: putantes ſibi non poſſe iaz ignoſci penitent bꝰ: ⁊ ſtatuentes ſe ad damnationem ſine dubio deſtinatos: dicunt apud ſemetipſos. Jam damnãdi ſumus: quare nõ q̃ volumus facimus? Animo gladiatoꝛ/ferro deſtinatoꝛ. ideo moleſti ſunt deſperati. Jam enim q̃ timeant non habent: ⁊ vehementer timendi ſunt. Iſtos deſperatio necat: ſpes illos. Inter ſpem ⁊ deſperationem fluctuat animus. Metuendum eſt ne te occidat ſpes: ⁊ cum multum ſperas de mia/incidas in iudicium. Metuendum eſt rurſus ne te occidat ꝺſperatio: et cum putas iam tibi non ignoſci que grauia cõmiſiſti: non agas penitentiã ⁊ incuras in iudicem ſapientiã que dicit: ⁊ ego veſtre perditioni ſuprídebo. Quid ergo agit dñs cum periclytantibꝰ vtroq; moꝛbo Illis qui ſpe periclytant: ꝺ dicit. Ne tardes conuerti ad dñm: neq; differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius: et in tẽpoꝛe vindicte diſperdet te. Illis qui deſperatione periclytãtur quid dicit? In quacunq; die iniquus conuerſus fuerit: omnes iniquitates eius obliuiſcar: Pꝛopter illos ergo qui deſperatione periclytantur: ꝓpoſuit indulgentie poꝛtum. Pꝛopter illos qui ſpe periclytant ⁊ dilationibus illuduntur: fecit diez moꝛtis incertũ q̃ veniat vltimꝰ dies neſcis. Ingratꝰ es q̃ hodiernũ habes: in q̃ coꝛrigaris? Sic ꝙ dixit ad iſtã mulierẽ: nec ego te ꝺdẽnabo: Sz facta ſecura ꝺ ꝑterito/caue futura: nec ego te ꝺdemnabo. Deleui quod cõmiſiſti obſeꝛua q̃ pꝛecepi vt inuenias q̃ ꝓmiſi.

Ecc. v:

Ezech. xviij

Explicit tractatꝰ triceſimus tertiꝰ: Incipit tractatus triceſimuſquartus. ꝺ eo q̃ dictũ eſt: Ego ſum lux mũdi: qui ſequit me non ambulat in tenebris ſed habebit lumẽ vite

Quod modo a

audiuimus ⁊ intenti accepimus cum ſanctum euangeliũ legeretur: non dubito q̃ omnes etiam intelligere conati ſumus: et quiſq; noſtrum de re tam magna que lecta eſt: pꝛo ſuo modulo cepit q̃ potuit: et poſito paneverbi: nemo eſt qui ſe queraꝛ. nihil guſtaſſe. Sed interim non dubito: q̃ difficile quiſq; eſt qui totum intellexerit. Tamen etiam ſi eſt qui omnia verba domini noſtri ieſu chriſti modo ex euangelio recitata ſatiſ intelligat: tẽleret miniſterium noſtrum: quouſq; ſi poſſumuſ illo adiuuante tractando faciamus: vt vel omẽs vel multi intelligant quod ſe pauci intellexiſſe letantur. q̃ ait dñs: Ego ſuz lux mundi Clarũ puto eſſe eis qui habent oculos: vnde huius lucis participes fiant. Qui autem non habent oculos niſi in ſola carne: mirãtur q̃ dictũ eſt a dño ieſu chriſto. Ego ſum lux mundi. Et foꝛte non deſit qui dicat apud ſemetipſum: Nunquid foꝛte dñs chriſtꝰ ẽ ſol iſte: qui oꝛtu ⁊ occaſu peragat diem? Non eniz defuerũt hereꝛici qui iſta ſenſerunt. Manichei ſolẽ iſtũ oculis carneis viſibilẽ: expoſitum ⁊ publicum non tantum hominibus ſed etiam pecoꝛibus ad videndũ: chriſtum dñm eẽ putauerunt. Sed catholice eccleſie recta fides impꝛobat tale comentum: ⁊ diabolicã doctrinam eſſe cognoſcit. Non ſolum agnoſcit credendo: ſed in quibus poteſt cõ-

uincit etiam disputando. Improbemus itaq; huiusmodi errorem: quem sancta ab initio anathematizauit ecclesia. Non arbitremur dñm iesum christum hunc esse solem quem videmus oriri ab oriente: occidere in occidente: Cuius cursui nox succedit: cuius radij nube vmbrantur: qui certo de loco in locum motione commigrat. Non est hoc dñs christus. Non est dominus christus sol factus: sed per quē sol factus est. Omnia enī per ipsum facta sūt et sine ipso factum est nihil. Est ergo lux que fecit hanc lucem. Hanc amemus: hāc intelligere cupiamus. ipsaz sitiam⁹: vt ad ipsam lucem aliqñ veniamus: ⁊ in illa ita viuamus: vt nunq̄ oīno moriamur. Ista enim lux est: de qua ꝓphetia olim p̄missa ita in psalmo cecinit. Homines ⁊ iumenta
xxv. saluabis dñe: sicut multiplicata ē mīa tua
B deus. Psalmi sancti ista v̄ba sunt. ¶ Aduertite quid de tali luce antiquus sctōꝝ hominū dei sermo p̄miserit: Homines inquit ⁊ iumenta saluos facies dñe: sicut mlt̄iplicata est mīa tua deus. Quō enim de⁹ es ⁊ habes multiplicem mīam: ꝑuenit eadem multiplicitas mīe tue non solum ad homines quos creasti ad imaginē tuam: sed etiam ad pecora que hoībus subdidisti. A quo enī salus hominis: ab illo salus et pecoris. Non erubescas hoc sentire de dño deo tuo: Immo presumas ⁊ fidas et caueas ne aliter sentias. Qui saluuz facit te: ipse saluū facit equū tuū: ipse ouez tuam. Ad mīma oīno veniamus: ipse galli-
ps. iij. nam tuam. Dñi est salus: ⁊ ista de⁹ saluat Mouet te / interrogas: miror q̄d dubitas Dedignabit̄ saluare: qui dignatus ē creare? Dñi est salus. Angeloꝝ hominū pecorum: dñi est salus. Sicut nemo est a seipso ita nemo saluus est a seipso. Proinde verissime psalmus atq̄ optime ait: homines et iumenta saluos facies dñe. Quare? Sicut multiplicata est mīa tua deus. Tu enī es deus: tu creasti: tu saluas. tu dedisti eē te das sanū esse. Si ergo sicut multiplicata est mīa dei / ab illo homines ⁊ iumenta saluantur: nonne homines habent aliq̄d aliud quod eis de⁹ prestet creator: qd̄ iumentis non prestet? Nulla ne discretio ē inter animal factum ad imaginem dei: et animal subditum imagini dei? Est plane. Preter salutem istam cōmunē nobiscum animantibus mutis: est qd̄ nobis p̄stet deus: illis autem non prestet. Quid est hoc? Sequere in eodem psalmo. Filij aūt hominū sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Habentes modo salutem cōmunem cum pecoribus suis: filij hominū sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Aliam habent salutez in re: aliam in spe. Salus ista que in presenti est: hoībus pecoribusq; cōmunis est. Sed est alia quā sperant homines ⁊ accipiunt qui sperant: nō accipiunt qui desperant. Filij autem hominū sub tegmine inquit alarum tuarum sperabunt. Qui autez ꝑseuerant sperant: a te proteguntur ne de spe a diabolo deijciantur: sub tegmine alarum tuarum sperabūt. Si ergo sperabunt / quid sperabūt nisi q̄ pecora non habebunt? Inebriabuntur ab vbertate domus tue ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos. Quale vinū est. vnde inebriari laudabile est? Quale vinum est? Qd̄ non turbat sed dirigit mentē Quale vinū est? Qd̄ facit perpetuo sanū non inebriando facit insanū. Inebriabūt̄ Unde? Ab vbertate domus tue ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos. Uñ? Qm̄ apud te est fons vite. Ipse fons vite ambulabat in terra. Ipse dicebat: qui sitit veniat ad me. Ecce fons. ¶ Sed nos de lu-
C mine loqui ceperamus ⁊ ꝓpositaz ex euāgelio questionē de lumine tractabamus. Lecta est enim nobis dicēte dño / Ego suz lux mundi. In de questio: ne quis carnaliter sapiens solem istum intelligendū putaret. Uenimus inde ad psalmū. Quo cōsiderato: inuenimus interim dñm fontē vite: Bibe ⁊ viue. Apud te inq̄t fons vite: ideo sub vmbraculo alarum tuarum sperabūt filij hominū / inebriari isto fonte q̄rentes. Sed de lumine dicebam⁹: sequere ergo. Nam ꝓpheta cū dixisset: apud te ē fons vite: secut⁹ adiunxit: ⁊ ī lumine tuo videbimus lumen: deum de deo: lumē de lumine. Per hoc lumen factum est solis lumen. Et lumen qd̄ fecit solem: sub quo fecit ⁊ nos: factū est sub sole ꝓpter nos. Factum est inq̄ ꝓpter nos sub sole lumē qd̄ fecit solem Noli ꝯtemnere nubem carnis Nube tegitur / non vt obscuretur sed vt temperetur. Loquens ergo per nubē carnis lumen indeficiens: lumen scientie: lumen sapientie: ait hominib⁹. Ego sum lux

† Al'. ābulat mundi: q̄ seq̄tur me nō † ambulabit i tenebris sed habebit lumen vite. Quō te abstulit ab oculis carnis: ⁊ reuocauit ad oculos cordis? Non enim sufficit dicere. qui me sequit nō ambulabit in tenebris sed habebit lumen: addidit enī vite: Sicut ibi dictū est / quō apud te ē fons vite. Videte ita q̄ frēs mei: quō verba dōmini cum illius psalmi veritate p̄cordent: et ibi lumen positū est cum fonte vite. ⁊ a dño dictuz est: lumen vite. In istis autem vsibus corpalib⁹ aliud ē lumē: aliud fons Fontē fauces querūt: lumen oculi. Quā do sitimus: querimus fontē. Q̄n in tenebris sumus. querim⁹ lumen. Et si forte nocte sitiamus: lumen accendim⁹ vt ad fontem veniamus. Non est sic apud deū. Qō lumen est: hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas: ipse tibi manat vt bibas. Videtis ergo frēs mei: videtis si intus videtis: quale hoc lumen est: de quo dñs dicit: qui me sequitur non ambulabit in tenebris. Seq̄re istum solem: videam⁹ si non ambulabis in tenebris. Ecce oriēdo exit a te. Ille cursu suo ad occidentē pgit: tibi forte ad oriētez: p̄fectio est. Nisi tu in p̄triā ptē pgas: non qua ille tendit: sequēdo eum p̄fecto errabis: p̄o oriente occidentem tenebis. Tu eum in terra si sequaris errabis. Nauta si eum in mari sequatur errabit. Postremo videtur tibi sequendum esse solem: ⁊ tendis etiaz ipse ad occidentē quo et ille tendit. Videam⁹ cū occiderit: si nō ambulabim⁹ in tenebris. Vide quēadmodum ⁊ si nolueris eum deserere tu: ipse te deseret: seruitutis sue necessitate pagens diem. Dñs autem noster iesus christus interim ⁊ cum per carnis nubem non omnibus apparebat: p̄ sapie potestatē omia tenebat. Deus tuus vbiq̄ totus est. Si nō ab illo facias casum: nunq̄ a te ipse facit occasum. Qui ergo me inquit sequit̄ non ambulabit in tenebris: sed habebit lumen vite. Qō promisit / futuri temporis verbo posuit. Non enim ait habet: sed habebit lumen vite. Non ait tamen qui sequetur me: sed q̄ seq̄t̄ me. In eo qō facere debemus / p̄sens tempus posuit. Qō autez p̄misit facientibus: futuri temporis verbo significauit. Qui sequitur habebit. Modo seq̄tur: post habebit. Modo sequit̄ per fidem post habebit per speciem. Q̄diu enim sumus in corpore ait apostolus: pegrinamur a dño. Per fidem enī ambulamus non per speciem. Quando per speciem? Cum habuerimus lumen vite: cum ad illam visionem venerim⁹: quando nox ista transierit De illo quipe die qui exortur⁹ est dictuz est. Mane astabo tibi ⁊ p̄plabor. Quid est mane? Transacta nocte seculi huius: transactis erroribus temptationū: superato illo leone qui nocte rugiēs circūit quē deuoret querens. Mane astabo tibi ⁊ videbo. Hunc vo quid putamus fratres huic tempori congruere: nisi qō rursus in psalmo dicitur? Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratū meū rigabo. Per singulas noctes inquit flebo in desiderio lucis ardebo. Videt dñs desiderium meum: Quō dicit illi alter psalmus Ante te est omne desideriū meum: ⁊ gemitus meus a te non est absconditus. Desideras aurum: videri potest. Querens enī aurum: manifestus eris hominib⁹. Desideras frumentū / interrogas qui habeat: ⁊ cupiens peruenire ad id qō desideras / indicas te. Desideras deum: quis videt nisi deus? A quo enim petis deum sicut panem. sicut aquam: sicut aurum: sicut argentum: sicut frumentum? A quo petis deum nisi a deo? Ipse petitur a seipso: qui p̄mittit seipsum. Extendat anima cupiditatē suā et sinu capatioze querat comp̄hēdere: qō oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit. Desiderari potest / cō cupisci pōt / suspirari p̄t: i illud potest digne cogitari ⁊ verbis explicari non potest

Ergo fratres mei: qō dñs breuiter ait. Ego sum lux mundi: qui me sequitur non ambulabit in tenebris: sed habebit lumen vite. Quibus verbis aliud est qō iussit: aliud qō promisit. Faciamus q̄ iussit: ne impudenti fronte cōsideremus qō promisit: ne dicat nobis in iudicio suo. Fecisti enim quod iussi: vt petas qō promisi? Quid ergo iussisti dñe deus noster? Dicet tibi Vt seq̄reris me. Consiliū vite petisti. Cuius vite? nisi de qua dictū est: apud te est fons vite. Audiuit quidam. vade vende omnia que habes ⁊ da pauperib⁹ ⁊ habebis thesaurum in celo ⁊ veni sequere me: tristis abscessit: non est secutus. Quesiuit magistrum bonum: interpellauit doctorē et contempsit docentē. Tristis abscessit:

ij. Cor

ps. v.

ps. l.

ps. xl

j. Cor

E

ligatus cupiditatib⁹ suis. Tristis absces-
sit: habens grandem sarcinam auaricie su
per humeros suos. Laborabat/estuabat:
et qui ab illo sarcinaz deponere voluit: ñ
est sequēdus putatus sed deserēdus. Po
stea vo ꝙ dñs per euangeliū clamauit: ve
nite ad me omnes qui laboratis t onerati
estis t ego vos reficiam. Tollite iugū me
um sup vos t discite a me quia mitis sum
et humilis corde: ꝙ multi fecerunt audito
euāgelio /qđ ex ore ipsius audito diues il
le non fecit. Ergo modo faciamus: sequa-
mur dñm: soluamus compedes: quib⁹ im-
pedimur sequi. Et quis idoneus soluere
tales nodos nisi ille adiuuet cui dictum ē:
dirupisti vincula mea? De quo alius psal
mus dicit. Dñs soluet cōpeditos: dñs eri-
get elisos. Et quid sequunt soluti t erec-
ti nisi lumen a quo audiunt/ ego sum lux
mundi: qui me sequit non ambulabit i te
nebris? Quia dñs illuminat cecos. Illu
minamur ergo modo fratres: habētes col-
lyrium fidei. Precessit enim eius saliua cū
terra: vnde inūgeret qui cecus est natus.
Et nos de adam ceci nati sumus: illo illu-
minante opus habemus. Adiscuit saliuam
in terra. verbum caro factum est t habita-
uit in nobis. Adiscuit saliuam cum terra:
ideo predictus est: veritas de terra orta ē
Ipse autem dixit: ego sum via veritas et
vita. Veritate pfruemur cum viderimus
facie ad faciem: quia t hoc ꝓmittitur nob
Nam quis auderet sperare: qđ deus nō di
gnatus esset vel polliceri vel dare? Vide
bimus facie ad faciē: apostolus dicit. Nūc
scio ex parte/nunc in enigmate p speculuz
tunc autem facie ad faciem. Et iohannes
apostolus in epistola sua. Dilectissimi nūc
filij dei sumus: t nondum apparuit qđ eri-
mus. Scimus quia cuz apparuerit/ similes
ei erimus: quō videbimus eum sicuti est.
Hec est magna ꝓmissio. Si amas sequere
Amo inquis. Sed qua sequor? Si dixisz
tibi dñs deus tuus/ ego sum veritas t vi-
ta: desideras veritatē: concupiscēs vitam:
viam qua ad hec pueníre posses ꝑfecto q̄
reres t diceres tibi. Magna res veritas:
magna res vita: si esset quō illuc peniret
anima mea. Queres qua? Audi eum dicē
tem primo: ego sum via. Anteꝙ diceret q̄:
premisit qua. Ego lum inquit via. Quo
via? Et veritas t vita. Primo dixit q̄ ve-
nias: postea dixit quo vēias. Ego sum via
ego sum veritas: ego suz vita: Manēs apō
patrem: veritas t vita. Induens se carne:
factus est via. Non tibi dicit labora que-
rendo viam: vt puenías ad veritatē t vi-
tam. Non hoc tibi dicitur. Piger surge:
via ipsa ad te venit: t te de somno dormi-
entem excitauit. Si tamē excitauit: surge
et ambula. Forte conaris ambulare: t nō
potes quia dolent pedes. Vnde dolent
pedes? An iubente auaricia p aspera cu-
currerunt? Sed dei verbuz sanauit t clau
dos. Ecce inquis sanos habeo pedes: sed
ipsam viam non video. Illuminauit t ce-
cos. Hoc totum per fidem: ꝙdiu pegrina-
mur a dño manētes in corpore. Cum autē
pambulauerim⁹ viam t ad ipsam patriam
puenerimus: quid erit nobis letius? Quid
erit nobis beatius? Quia nihil pacatius:
nihil enī aduersus hoiez rebellabit. Nūc
vo fratres difficile sine rixa sumus. Ad cō
cordiā quidem vocati sumus: iubemur pa
cem habere inter nos: ad hoc conandū est
oibus ꝙ nitendū viribus: vt aliquando p-
ueniamus ad pfectissimā pacē. Modo au
tem litigam⁹ plerū ꝙ cum eis: quibus con
sulere volumus. Ille errat: tu vis ducere
ad vitam. Resistit paganus: Disputas cō-
tra errores idolox t demonioz. Resistit
hereticus: Disputas contra alias doctri-
nas demonioz. Malus catholicus ñ vult
bene viuere. Corripis etiam interiorē fra-
trem tuū: tecum manet in domo t pditas
vias querit. Estuas quō illud corrigas: vt
de illo bonam rationē dño amboz reddas
Ite vndiq̄ rixarum necessitates? Ple-
rumq̄ homo tedio affectus dicit apud se-
metipsum. Quid mihi est pati ꝓtradicto-
res: pati eos qui reddunt mala pro bonis
Ego volo consulere: illi volunt pire. Con
summo vitam meam litigādo: pacem non
habeo. Inimicos insup facio quos amicos
habere deberem: si beniuolentiā consulen
tis attēderēt. Quid mihi est ista perpeti?
redeam ad me: mecum ero: deum meū in-
uocabo. Redi ad teipsum: ibi inuenies ri.
xam. Si cepisti deuz sequi: ibi inuenis ri-
xam. Quam rixam inquis inuenio? Caro
concupiscit aduersus spiritū: t spirit⁹ ad-
uersus carnem. Ecce tuipse es: ecce tu so-
lus es: ecce tecū es: ecce aliū nullū hoiem
pateris. Sed vides aliam legem in mem-

an. ix.

an. xiiij

Rhoma. vij

bris tuis repugnantem legi mentis tue: et captiuantē te in lege peccati que est ī mē-bris tuis. Exclama ergo ⁊ a rixa interiore clama ad deum: vt tibi pacificet te. Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per iesum christum dn̄m nostrum: quia qui me inquit sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumen vite. Finita tota rixa/ īmortalitas consequetur: quia nouissima inimica destruet̄ mors. Et qualis pax erit? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: ⁊ mortale hoc induere īmortalitatē. Quo vt veniamus quia tunc erit ī re: nūc sequamur in spe eum qui dixit. Ego sum lux mundi: qui me sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumen vite.

Explicit tractat⁹ tricesimusquartus: Incipit tractatus tricesimusquintus: Ab eo quod dictum est: Dixerunt ergo pharisei: Tu de teipso testimoniū perhibes testimonium tuum non est verum: vsq; ad id quod dictum est: Verum est testimoniū meum: quia scio vnde veni et quo vado:

A De verbis domini nostri iesu christi vbi ait Ego sum lux mundi qui me sequitur non ambulabit ī tenebris sed habebit lumen vite: hesterno die qui affuistis diu disputatū esse meministis. Et si adhuc velimus de illo lumine disputare diu loqui possumus: Nam non possumus explicare compēdio. Itaq; fratres mei sequamur christū lumen mundi: ne ambulemus in tenebris. Tenebre metuende sunt moruz: non oculoꝝ. Et si oculorum/ non exterioꝝ sed interiorum. Unde discernitur non album ⁊ nigrum/ sed iustum ⁊ iniustū. Cuz hec ergo dixisset dominus noster iesus christus. † Responderunt iudei: Tu de teipso testionium † dicis: testimoniū tuum non est verum. Anteq̄ veniret dn̄s noster iesus christus: multas ante se lucernas propheticas accendit ⁊ misit. De his etiā erat iohannes baptista: cui tam magnū ipsum lumen quod est dn̄s christus/ ꝑhibuit testimoniū: quale nulli hominū. Ait enim: In natis mulierū: non surrexit maior iohanne baptista. Hic tamē quo nemo erat maior in natis mulierū: dicit de domino iesu christo. Ego quidem baptizo vos in aqua Qui autem venit fortior me est: cuius nō sum dignus calciamentum soluere. Vide te: quēadmodū se lucerna diei submittat. Lucerna v̄o ipsum iohannem fuisse dominus ipse testatur. Ille erat inquit lucerna ardens ⁊ lucens: ⁊ vos voluistis ad horaz exultare in lumine eius. Quando autem dixerunt iudei domino: dic nobis in q̄ potestate ista facis: sciens dominus quia iohannem baptistam pro magno habebant et q̄ ipse quez pro magno habebant/ eis d̄ domino testimoniū perhibuisset respōdit eis. Interrogabo ⁊ ego vos vnū sermonē dicite mihi. Baptismū iohannis vnde est de celo an ex hominibus? Turbati illi intra semetipsos cogitabant quia si dicerēt ab hominibus: lapidari possent a turba: q̄ iohannem prophetam esse credebant. Si dicerent d̄ celo: responderet eis. Ille quē confitemini de celo habuisse prophetiam mihi testimoniū perhibuit: ⁊ ab illo audistis in qua ego ista faciam potestate. Viderunt ergo quodlibet horum respondissent in laqueos se casuros: ⁊ dixerunt. Nescimus Et domin⁹ eis. Nec ego dico vobis: in qua potestate ista facio. Non vob̄ dico qd̄ scio: quia non vultis fateri quod scitis. Iustissime vtiq; repulsi: confusi abscesserunt. Et impletum est qd̄ in psalmo per prophetam dicit deus pater: paraui lucernam christo meo. id est. ipsum iohannem. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Habebat ergo domin⁹ iesus christ⁹ testimoniū prophetarū ante se premissorum: preconum iudicē precedentiū. Habebat testimoniū a iohanne: sed ipse maius testimoniū erat quod sibi perhibebat Illi autem infirmis oculis lucernas querebant: quia diē ferre non poterant B Nā iohannes idemipse apostolus cuius euangelium in manibus habem⁹: in ipsius euāgelij sui capite ait d̄ iohanne. Erat homo missus a deo: cui nomen erat iohānes. Hic

† Text⁹ habet dixerunt ḡ ei pharisei
† Al. ꝑhibes

Johan.

Matth.

ps̄. cxxx

venit vt testimoniũ perhiberet de lumine vt omnes crederent per eum. Non erat ille lumen: sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lumen verum: quod illuminat omnem hominẽ venientem in hũc mũdum. Si omnẽ: ergo ⁊ iohannem. Unde dicit ⁊ ipse iohannes. Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Discernite ergo ista vt proficiat mẽs vr̃a ĩ fide christi. Ne semper infantes sitis vbera querentes ⁊ a cibo solido resilientes. Debetis apud matrem sanctam ecclesiam christi nutriri ⁊ ablactari: ⁊ ad escas solidiores accedere mẽte non ventre. Hoc ergo discernite: aliud esse lumen quod illuminatur: aliud quod illuminat. Nam ⁊ oculi nostri lumina dicuntur: ⁊ vnusquisq; ita iurat tangẽs oculos super lumina sua: sic viuãt lumĩa mea. Usitata iuratio est. Que lumina si lumĩa sunt: desit lumẽ in cubiculo tuo clauso/ pateant ⁊ luceant tibi. Non vtiq; pñt. Quomodo ergo ista in facie que habemus ⁊ lumina nuncupamus ⁊ quando sana sunt et quando patẽt / indigent extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato ⁊ non illato/ sana sunt/ aperta sunt nec tamen vident: sic mens nostra que est oculus anime/ nisi veritatis lumine radietur ⁊ ab illo qui illuminat nec illuminatur mirabiliter illustretur: nec ad sapientiam nec ad iusticiã poterit peruenire. Ipsa est enim vita nostra iuste viuere. Quomodo autem non offendit in via: cui non lucet lumen? Ac per hoc in tali via videre opus est: in tali via videre magnũ est. Nã tobias in facie oculos clausos habebat/ ⁊ filius patri manuz dabat: pater filio viam precipiẽdo monstrabat. Respõderunt ergo iudei. Tu de te testimoniũ dicis. Testimoniũ tuum nõ est verum. Uideamus quid audiant: audiamus ⁊ nos: sed non sicut illi. Illi contẽnentes: nos credentes. Illi occidere christum volentes: nos per christũ viuere cupientes. ¶ Interim ista distantia distinguat aures mentesq; nostras: ⁊ audiamus quid responderit dñs iudeis. Respondit iesus et dixit eis: Et si ego ꝺ me testimoniũ perhibeo verum est testimoniũ meum: Quia scio vnde veni ⁊ quo vado. Lumen ⁊ alia demõstrat ⁊ seipsum. Accendis lucernam: verbi gratia: vt queras tunicaz: ⁊ prestat tibi ardens lucerna vt inuenias tunicam. Nũquid accendis lucernam: vt videas ardentem lucernaz? Lucerna quippe ardẽs/ idonea est ⁊ alia que tenebris operiebantur nudare: ⁊ seipsam tuis oculis demonstrare. Sic ⁊ dñs christus/ ⁊ inter fideles suos ⁊ inimicos iudeos/ tanq̃ inter lucem ⁊ tenebras distinguebat: tanq̃ inter illos quos radio fidei perfũdebat/ ⁊ illos quoꝝ clausos oculos circũfundebat. Nam etiam sol iste: ⁊ videntis faciem illustrat ⁊ ceci. Ambo pariter stantes ⁊ faciem ad solem habẽtes illustrantur in carne: sed non ambo illuminantur in acie. Uidet ille: sed ille nõ videt. Ambobus sol presens est. sed p̃sente sole vnꝰ absens. Sic ⁊ sapientia dei verbum dei dñs iesus christus vbiq; presens est: quia vbiq; est veritas: vbiq; est sapiẽtia. Intelligit quis ĩ oriente iusticiam: intelligit alius in occidente iusticiam. Nunquid alia est iusticia quam ille intelligit: alia quã iste? Separati sũt corpe: ⁊ ĩ vno habent acies mentium suarum. Quã video iusticiam hic cõstitutus si iusticia est: ipsam videt iustus nescio quot mansionibus a me carne seiunctus: ⁊ ĩ illius iusticie luce coniũctus. Ergo testimoniũ sibi ꝑhibet lux: aperit sanos oculos: ⁊ sibi ipsa testis est vt cognoscatur lux. Sz quid agimus de infidelibus? Nunquid illis nõ est presens? Est presens ⁊ illis: sed quibus eam videant/ oculos non habent cordis. Audi de illis ex euangelio ipso prolatam sententiam. Et lux lucet in tenebris: ⁊ tenebre eaz non comprehenderũt. Ergo ait dñs ⁊ verum ait. Et si ego de me testimoniũ perhibeo: veruz est testimoniũ meuz. Quia scio vnde veni ⁊ quo vado. Patrez volebat intelligi: patri gloriam dabat filius. Equalis glorificat eum a quo est missus: q̃tum debet homo glorificare eum a quo est creatus? Scio enim vnde veni ⁊ q̃ vado. ¶ Iste qui in presentia vobis loq̃tur/ habet qꝺ non deseruit: sed tamen venit. Non enim veniẽdo inde discessit: aut redeundo nos reliquit. Quid miramini? Deus est. non potest hoc fieri/ sed ab homine. non potest hoc fieri / ab ipso sole. Quãdo pergit ad occidentez/ deserit orientem: ⁊ donec oriturus redeat ad orientem/ non est in oriente: Dñs autem noster

Johan. j.

C

Al. de meo

Johan. j.

D

iesus christus ⁊ venit ⁊ ibi est: ⁊ redijt ⁊ h̄
est. Audi ipsuz euangelistam alio loco di
centem: ⁊ si potes cape. si non potes crede
Johan.j. Deum inquit nemo vidit vnq̄ nisi vnige-
nitus filius qui est in sinu patris: ipse enar
rauit. Non dixit fuit in sinu patris: quasi
veniendo deseruerit sinuz patris. Hic lo-
quebatur: ⁊ ibi se esse dicebat. Qui ⁊ hinc
Mat.xxviij. discessurus quid dixit? Ecce ego vobiscū
sum omnibus diebus vsq̄ ad ꝯsummatio-
nem seculi. Ergo verum est testimoniū lu
minis siue se ostendat siue alia: Quia sine
lumine non potes videre lumen: ⁊ sine lu
mine nō potes videre quodlibz aliud qd̄
non est lumen. Si idoneū est lumen ad de
monstranda ea que non sunt lumina: nun
quid in se deficit? Nunquid se non aperit
sine quo alia patere non possunt? Locut⁹
est propheta verum: sed vnde haberet ni-
si de fonte hauriret? Locutus est iohānes
verum: sed vnde locutus est/ipsum inter-
roga. Nos inquit de plenitudine eius ac-
cepimus. Ergo idoneus est dn̄s noster ie-
sus christus: qui sibi perhibebat testimo-
nium. Sed plane fratres mei: in nocte hu-
ius seculi audiamus ⁊ prophetiam inten-
te. Modo enim ad fragilitatem nostrā no
cturnasq̄ cordis nostri intimas tenebras:
humilis voluit venire dn̄s noster. Homo
venit contēnendus ⁊ honorandus: venit
negandus ⁊ confitendus. Contemnēdus
et negandus a iudeis: honorandus ⁊ con-
fitendus a nobis. Judicandus iniuste: iu-
dicatur⁹ iuste. Talis ḡ venit: vt oporteret
ei lucernā testīoniū ꝑhibere. Nūquid op⁹
erat vt iohannes tanq̄ lucerna perhiberet
testimoniū diei: si dies ipse ab infirmitate
nostra posset videri? Sed non poteramus
Infirmus factus est infirmis. per infirmi-
tatem sanauit infirmitatem: Per mortalē
carnem carnis abstulit mortem. De corpo
re suo collyrium fecit luminibus nostris.
E Quia ergo dominus venit ⁊ in nocte se
culi adhuc sumus: oportet vt ⁊ propheti-
as audiamus. Nam de prophetia conuin-
cimus contradicentes paganos: Quid ē
christus dicit paganus? Cui respondem⁹
Quem prenūciauerunt prophete. Et ille
Qui ꝓphete? Recitam⁹ esaiā/danielem/
hieremiā/alios sctōs ꝓphās. dicim⁹ quā
longe ante illum venerint. q̄to tempē ad-
uentum eius precesserint. Hoc ergo respō
demus. Preuenerunt eum prophete: pre-
dixerunt eum esse venturum. Respondet
aliquis eorum. Qui prophete? Nos reci-
tamus: qui nobis quotidie recitantur. Et
ille. Qui sunt hi prophete? Nos respon-
demus. Qui ⁊ predixerunt ea: que fieri vi
demus. Et ille. Vos inquit vobis ista fin
xistis. Vidistis ea fieri: ⁊ q̄si ventura q̄
p̄dicta sūt essent/in libris quib⁹ voluistis
ꝯscripsistis. Hic cōtra inimicos paganos:
occurrit nobis aliorum testimoniū inimi-
corum. Proferimus codices a iudeis: ⁊ re
spondemus. Nempe ⁊ vos ⁊ illi/fidei no-
stre estis inimici: ideo sparsi sunt per gen-
tes vt alios ex alijs conuincam⁹ inimicis
Codex esaie proferatur a iudeis: videa-
mus si nō ibi lego. Sicut ouis ad īmolan- Esaie.liij.
dum ductus est: ⁊ sicut agnus coram ton-
dente fuit sine voce: sic non aperuit os su-
um. In humilitate iudicium eius sublatū
est. Liuore eius sanati sumus. Omnes vt
oues errauimus: ⁊ ipse traditus est ꝓ pec
catis nostris. Ecce lucerna vna. Alia pro-
feratur. Psalmus aperiatur: etiam inde p̄
dicta passio christi recitetur. Foderūt ma ps̄.xxj.
nus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerūt
omnia ossa mea. Ipsi v̄o considerauerunt
me: diuiserunt omnia vestimenta mea: et
super vestimentum meum miserunt sortē.
Apud te laus mea: in ecclesia magna con-
fitebor tibi. Cōmemorabunt̄ ⁊ conuerten-
tur ad dn̄m: vniuersi fines terre. Et ad-
orabunt in conspectu eius vniuerse patrie
gentium: quia dn̄i est regnum ⁊ ipse domi
nabitur gentium. Erubescat vnus inimi-
cus: quia codicem ministrabat alius inimi
cus. Sed ecce de codicib⁹ prolatis/ab vno
inimico alterum vici: ⁊ ipse qui mihi codi
cem protulit non relinquatur. Ab illo pro
feratur: vnde ⁊ ipse vincatur. Lego aliuz
prophetam: ⁊ inuenio dn̄m loquentem ad
iudeos. Non est mihi voluntas in vobis Malachi.
dicit dominus/nec accipiam sacrificiū de
manibus vestris: quō ab ortu solis vsq̄ ad
occasum sacrificium mundum offertur no
mini meo. Non venis iudee ad sacrificiuz
mundum? Conuinco te immundum. Ec-
ce ⁊ lucerne perhibēt testimoniū diei pro
pter infirmitatez nostram: quia diei clari-
tatem tolerare ⁊ videre non possum⁹. Nā
et nosipsi christiani: in comparatione qui-
dem infidelium lux iam sumus. Unde di-

cit apostolus. Fuistis enim aliquando tenebre nunc autem lux in dño: sicut filij lucis ambulate. Et alibi dixit. Nox precessit dies autem appropinquabit: abijciam⁹ ergo opera tenebrarum ⁊ induamur arma lucis: sic vt ī die honeste ambulemus. Tamen quia in comparatione illius lucis ad quam venturi sumus / adhuc nox est etiaz dies in quo sumus: audi petrum apostolū delataz dicit domino christo vocē ō magnifica potestate. Tu es filius meus dilectus: in quo bene complacui. Hanc vocez inquit nos de celo audiuimus delataz: cū essemus cum illo in monte sancto. Sed qz nos non ibi fuimus ⁊ istam vocem de celo tunc non audiuimus: ait ad nos ipse petr⁹ petri. j. Et habemus certiozem propheticum sermonem. Preuidens enim dominus iesus christus impios quosdam futuros qui miraculis eius calumniarentur magicis artibus ea tribuendo: prophetas ante premisit. Nunquid enim si mag⁹ erat ⁊ magicis artibus fecit vt coleretur: ⁊ moztuus magus erat anteq̄ natus? Prophetas audi o homo moztue ⁊ vermescendo calumniose Prophetas audi: lege: audi quia ante dominū venerunt. Habemus inquit apostolus petrus certiozem propheticum sermonem cui benefacitis attendentes sicut lucerne in obscuro loco: donec dies lucescat ⁊ lucifer oziatur in cozdibus vestris. Quando ergo dominus iesus christus venerit: ⁊ sicut dicit apostolus etiaz paulus: illuminauerit occulta tenebrarum ⁊ manifestauerit cogitationes cozdis vt laus sit vnicuiq̄ a deo: tūc presente tali die lucerne non erunt necessarie. Non legetur nob propheta: non aperietur codex apostoli: non requiretur testimoniū iohannis: non ipso indigebimus euangelio. Ergo omēs scripture tollentur de medio que nobis in huius seculi nocte tanq̄ lucerne accendebantur: ne in tenebris remaneremus. Istis omnibus sublatis / ne quasi nobis luceant indigentibus / ⁊ ipsis hominibus dei per quos hec ministrata sunt / nobiscuz lumen illud verum clarumq̄ videntibus: remotis ergo his adiumentis quid videbimus? Unde pascetur mens nostra? Unde obtutus ille letabitur? vnde erit illud gaudium: quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in coz hominis ascendit? Quid videbim⁹? Obsecro vos amate mecum: currite credendo mecum: patriam supernam desideremus: superne patrie suspiremus: peregrinos nos esse hic sentiamus Quid tunc videbimus: dicat nunc euāgelium. In principio erat verbum: ⁊ verbuz erat apud deum: ⁊ deus erat verbuz. Unde tibi ros insperssus est ad fontez venies. vnde radius per obliqua ⁊ per anfractuosa tibi ad coz tenebrosum missus est. nudā ipsam lucē videbis: cui vidende ferendeq̄ mundans: Dilectissimi qō ⁊ hesterno cōmemoraui: iohannes ipse dicit. Filij dei sumus: ⁊ nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quō videbimus eum sicuti est. Sentio vestros affectus attolli mecum in supna: sed corpus quod corrumpitur aggrauat animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Depositur⁹ sum ⁊ ego codicez istum. discessuri estis ⁊ vos quisq̄ ad sua. Bene nobis fuit ī luce cōmuni: bene gauisi sumus: bene exultauimus: sed cum ab inuicem recedimus / ab illo non recedamus.

Explicit tractatus tricesimusq̄ntus: Incipit tractatus tricesimussextus: Ab eo quod dictuz est: Vos scd̄m carnem iudicatis: ego non iudico quemq̄: vsq̄ ad id quod dictum est: Ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso: et testimonium phibet de me q̄ misit me pater

IN quattuor a euangelijs vel potius quattuor libris vniuss euāgelij / sanctus iohannes apostolus nō imerito fm intelligentiā spiritualem aqle comparatus / altius multoq̄ sublimi⁹ alijs tribus erexit predicationē suam: ⁊ in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit Nam ceteri tres euangeliste tanq̄ cum homine dño in terra ambulabant / de diuinitate eius pauca dixerunt: istum autem q̄si piguerit ī terra ambulare: sicut ipso exoz-

dio sui sermonis intonuit: erexit se non solum super terram ⁊ super omnem ambitū aeris ⁊ celi/sed super omnez etiam exercitum angelorum/omnēq; constitutionē invisibiliū potestatum: ⁊ peruenit ad euz ꝑ quem facta sunt omnia/ dicendo. In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apd̄ deum: ⁊ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omīa per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nihil. Huic tante sublimitati principij /etiam cetera ꝯgrua predicauit: ⁊ de dñi diuinitate quomodo nullus alius est locutus: Hoc ructabat: qd̄ biberat. Non enim sine causa de illo in isto euangelio narratur: quia ⁊ in conuiuio super pectus dñi discūbebat. De illo ergo pectore in secreto bibebat. Sed qd̄ ī secreto bibit/ ī manifesto eructauit. Ut ꝑueniat ad omnes gentes non solū incarnatio filij dei: passio ⁊ resurrectio: sed etiam qd̄ erat ante incarnationez/ vnicus patri: verbum patris/ coetern⁹ generanti/ equalis ei a quo missus est: sed in ipsa missione minor factus q̄ maior esset pater. Quicquid ergo humiliter positū auditis de domino iesu christo: suscipite carnis dispēsationē. Cogitate qualis factus est propter nos non qualis erat vt faceret nos. Quicquid autem sublime ⁊ supra omnes creaturas excelsum atq; diuinū ⁊ patri equale atq; coeternū de illo audieritis in euangelio poni vel legeritis: scitote vos hoc legere qd̄ ad formam dei pertinet nō qd̄ ad formam serui: Quia si istam regulam tenueritis qui capere potestis: non autē omnes capere potestis sed oēs credere debetis: Si ergo hanc regulam tenueritis aduersus calumnias tenebrarum hereticarū tanq; in lumine ambulantes securi pugnabitis. Non eni defuerūt qui sola euangelica testimonia legēdo sectarent̄ que d̄ humilitate christi posita sunt: qui aduersus ea testimonia que de diuinitate eius locuta sunt surdi fuerūt. Jō surdi vt male verbosi. Itē quidam illa sola attendētes que de dñi sublimitate dicta sūt: etiā ipsi mīaz eius qua homo factus est ꝓpter nos ⁊ si legerunt nō crediderūt: ⁊ ab hoīb⁹ inducta atq; falsa esse putauerūt: ꝯtendētes deuz tm̄modo fuisse dñm nostꝝ christū: nō etiā hoīem. Alij sic alij sic: vtriq; in errore. Catholica autē fides ex vtroq; verū tenens qd̄ tenet: ⁊ p̄dicans qd̄ credit: ⁊ deū christum intellexit: ⁊ hoīem credidit. Utrūq; enī scriptū est: ⁊ vtrūq; verū est. Si deum tm̄ dixeris christū: medicinā negas qua sanatus es. Si hoīem tm̄ dixeris christū: potentiā negas qua creat⁹ es. Utrūq; igitur tene aīa fidelis ⁊ cor catholicū /vtrūq; tene: vtrūq; crede: vtrūq; fideliter cōfitere. Et deus christ⁹ est: ⁊ hō christus. Qualis deus christus? Equalis patri: vn⁹ cū patre. Qualis hō christus? De virgine natus trahēs de hoīe mortalitatē: nō trahēs iniquitatē. Isti ergo iudei videbant hoīem: nec intelligebāt nec credebāt deū Atq; inter cetera audistis iam quēadmodū ei dixerūt. Tu de teipso testimoniū dicis: testimoniū tuū nō est verꝝ. ¶ Audistis etiam quid ille respōderit: cū hesterno die lectū esset ⁊ ꝓ nostris viribus disputatū. Hodie verba eius hec locuta sunt: **vos ſm carnem iudicatis.** Ideo inquit mihi dicitis: tu de te testimoniū dicis: testimonium tuū non est verū/quia ſm carnē iudicatis quia deū non intelligitis: ⁊ hoīem videtis. ⁊ hoīez ꝑsequendo /deū latentē offenditis: ergo ſm carnē iudicatis. Ideo vob̄ arrogans videor: quia ego testimoniū ꝑhibeo. Oīs enī homo quando de se ꝑhibere vult testimoniū laudabile: arrogans et superbus videtur. Ideo scriptū ē: Nō te laudet os tuū: sed laudet te os ꝓximi tui Sed hoc hoī dictū est/ infirmi enī sumus et apud infirmos loq̄mur: verum dicere ⁊ mentiri possumus: ⁊ si verꝝ dicere debem⁹ et mentiri tamē possum⁹ cū volum⁹. Lux mētiri nō potest: Absit vt ī lucis dīne splēdore: tenebre mēdacij repiant̄. Loquebatur ille tanq; lux. loquebat̄ tanq; veritas: sed lux ī tenebris lucebat ⁊ tenebre eā nō comp̄henderūt. Ideo ſm carnem iudicabant Vos inquit ſm carnē iudicatis: **ego nō iudico quemq;** Non ergo iudicat quemq; dñs iesus christ⁹? Nonne ipse est quem confitemur resurrexisse tertia die: ascendisse ī celū / ibi sedere ad dexteram patris: inde esse venturū ad iudicādos viuos ⁊ mortuos? Nonne ipsa est fides nr̄a d̄ qua dicit apl̄s. corde creditur ad iusticiam: ore autē cōfessio fit ad salutē? Ergo quādo ista ꝯfitemur: cōtra dñm loq̄mur?

Johan. j.

Johan. xiiij

B

Proū. xx

ij. Timo

cap.iij. Nos dicim⁹ venturū iudicē viuoz ⁊ moz
tuoz: ipse autē dicit/ego nō iudico quēq̄
id est. modo: sicut dicit alio loco: ego non
veni vt iudicē mundū sed vt saluū faciaz
mūdū: nō iudiciū suū negādo sed differē
do: Aut certe quia dixerat: vos fm carnē
iudicatis: ita subiūxit: ego ñ iudico quēq̄
vt subaudiaſ/fm carnē. Nullus ergo nob
contra fidem quā tenem⁹ ⁊ annūciam⁹ de
iudice christo scrupulus dubitatiōis ī coz
de remaneat. Venit christ⁹ sed primo sal
uare postea iudicare: eos iudicādo in pe/
nam q̄ saluari noluerūt: eos pducēdo ad
vitā qui credēdo salutē nō respuerūt. Pri
ma ergo dispēsatio dñi nr̄i iesu christi me
dicinalis ē nō iudicialis. Nā si primo ve
nisset iudicatur⁹: neminē inuenisset cui p̄
mia iusticie redderet. Qz ergo vidit omēs
peccatoz̄es ⁊ oīno neminē esse īmunem a
morte peccati: prius erat eius mia p̄ogā
da: ⁊ post exercendū iudiciū. Quia ō illo
ps.c. cantauerat psalmus. Miam ⁊ iudiciū can
tabo tibi dñe. Non enī iudiciū ait ⁊ mīaz.
Nā si primo esset iudiciū: nulla esset mīa:
Sed primo mīa/ postea iudiciū. Que est
primo mīa? Creatoz hoīs/hō esse dignat⁹
est: fact⁹ ē q̄ ō fecerat: ne piret q̄ fecerat.
Quid huic mīe addī potest? Et tamē ad
didit. Parū fuit ei hoīem fieri. sed etiā ab
hoībus reprobari. Parū fuit reprobari/⁊
exhonorari: Parū erat exhonorari/⁊ occi
di. Sed hoc pauz est/morte crucis? Nam ⁊
cū eius obediētiā vsq̄ ad mortē factā cō
C mendaret apl's: parū illi fuit dicere: fact⁹
philipen.ij obediens vsq̄ ad mortē: nō enī qualecūq̄
mortem: sed addidit/mortē autez crucis.
Illa morte peius nihil fuit: inī oīa genera
mortiū. Denicq̄ vbi doloz̄es acerrimi exa
gitant: cruciatus vocatur/a cruce noīat⁹.
Pendentes enī in ligno crucifixi: clauis
ad lignū pedibus manibusq̄ confixi: pdu
cta morte necabanť. Nō enī crucifigi hoc
erat occidi/sz diu viuebať ī cruce: Nō qz
longioz vita eligebať sed quia moz ipsa
p̄tendebať: ne doloz citius finireť: Abozi
voluit p nobis: parū dicim⁹ crucifigi dig
natus est: vsq̄ ad mortē crucis obediens
fact⁹. Elegit extremū ⁊ pessimū gen⁹ moz
tis: q̄ oēm fuerat ablatur⁹ mortē. De moz
te pessima: occidit oēm mortē. Pessima eī
erat nō intelligētib⁹ iudeis: nam a dño ele
cta erat. Ipsaz eī crucē suā signū habitur⁹
erat: ipsam crucē de diabolo supato tanq̄
tropheū in frontib⁹ fideliū posituř: vt di
ceret apl's. Mihi autē absit gloziari nisi in Gal.vj.
cruce dñi nr̄i iesu christi: p quē mihi mun
dus crucifixus est ⁊ ego mūdo. Nihil erat
tunc in carne intolerabili⁹: nihil est nūc in
fronte glozios⁹. Quid seruat fideli suo: q̄
talem honorē dedit suplicio suo? Denicq̄
modo in penis reoz̄ non est apud rhoma
nos. Ubi enī dñi crux honorata est: puta
tum est q̄ ō ⁊ reus honoraret si crucifigere
tur. Qui ergo ideo venit/neminē iudica
uit: et mala passus est. Pertulit iniustum
iudiciū: vt ageret iustū. Sed ī eo quod p
tulit iniustum: mīe fuit. Denicq̄ ita humi
lis factus est: vt peruenīret ad crucem. di
stulit quidem potentiā: sed publicauit mi
sericordiā. Unde distulit potētiā? Quia
de cruce noluit descendere: qui potuit de
sepulchro resurgere. Ut̄ publicauit mise
ricordiā? Quia pendens ī cruce dixit. Pa
ter ignosce illis: quia nesciūt quid faciūt
Siue ergo ꝓpter hoc quia non venerat iu
dicare mūdū sz saluare mūdū/dixit: ego
non quemq̄ iudico. siue quēadmodū cō
memoraui quō dixerat/vos fm carnē iudi
catis: addidit: ego ñ iudico quemq̄: vt in
telligam⁹ xp̄m nō fm carnē iudicare sicut
ab hoīb⁹ iudicat⁹ ē. Nā vt agnoscatis iā
iudicē xp̄m: audite q̄ sequtur. Et si iudi
co ego iudiciū meum verū est. Ecce
habes ⁊ iudicē. Sz agnosce saluatorē: ne
sentiaſ iudicē. Quare aūt dixit iudiciū su
um verū esse? Quia solus ingt ñ sum
sed ego ⁊ q̄ misit me p̄. Dixi vobis D
frēs: qz iohānes iste euāgelista sctūs mul
tū alte volat. Uix est eū mēte comp̄hēde
re. Mysteriū aūt altius volantis: op⁹ est
vt cōmemorē charitati vr̄e Et apud eze- Ezechiel'.j.
chielē ꝓphetā in apocalypsi ipsi⁹ iohānis Apocal'.iij.
ci⁹ ē h euāgeliū cōmemorať aīal q̄drupes
hñs q̄ttuoz̄ psonas: hoīs: vituli: leonis: aq̄
le. Qui añ nos scripturaz̄ scāruz mysteria
tractauerūt: plerīq̄ in h aīali: vel potius
in his animalibus quattuoz̄ euangelistas
intellexerunt Leonez ꝓ rege positū: quō
videtur leo rex esse quodāmodo bestiarū
propter potentiam ⁊ terribilem foztitudi
nem. Hec persona tributa est mattheo: qz
in generationib⁹ domini/regum seriem p

secutus est: quemadmodū esset dominus per stirpem regiam de semine dauid regis Lucas autem quō cepit a sacerdotio zacharie sacerdotis/faciens mentionem patris iohannis baptiste: vitulo deputatus ē quia magna victima vitulus erat in sacrificijs sacerdotum. Marco homo christus merito assignatus est: quia neq; de regia potestate aliquid dixit/neq; de sacerdotali cepit: sed tantum ab homine christo exorsus est. Hi omnes prope de terrenis. id est. de his que in terra gessit dominus noster iesus christus non recesserunt: De diuinitate eius perpauca locuti sunt tanq; ī terra cum illo ambulantes. Restat aquila ipse est iohannes sublimiū predicator: et lucis interne atq; eterne fixis oculis contemplator. Dicuntur enim ꝛ pulli aquilarum a parentibus sic probari: patris scilicz vngue suspendi ꝛ radijs solis opponi. q̄ firme contemplatus fuerit filius agnoscitur. Si acie palpitauerit: tanq; adulterinus ab vngue dimittitur E Jam ergo videte quā sublimia loqui debuit: qui est aquile comparatus. Et tamen etiam nos humi repentes/ infirmi ꝛ vix vllius momenti inter homines/audemus tractare ista ꝛ ista exponere. Et putamus nos aut capere posse cū cogitamus aut capi dum dicimus. Quare ista dixi? Forte enim post hec verba q̄s̄q; mihi iuste dicat: pone ergo codicez. q̄ excedit mensuram tuam: quid sumis in manum tuam? quid ei cōmittis linguaz tuā? Ad hoc respondeo. Multi heretici abundant: ꝛ ad hoc eos deus abundare permisit ne semper lacte nutriamur: ꝛ ī bruta infantia remaneamus. Quia enim non intellexerunt quomodo cōmendaretur diuinitas christi: sapuerunt sicut voluerunt. Nō autem recte sapiendo: fidelib⁹ catholicis questiones molestissimas intulerunt. Ceperunt exagitare ꝛ fluctuare corda fideliū Jam tunc necessitas facta est spiritualib⁹ viris qui aliquid fm diuinitatem domini nostri iesu christi non soluz legerant ī euāgelio sed etiaz intellexerant: vt contra arma diaboli christi arma proferrēt: ꝛ ō christi dīnitate aduersus falsos fallaceſq; doctores q̄tum possent virib⁹ apertissima cōflictatione pugnarent: ne cuz ipsi tacerēt: alij perirent. Quicunq; enim senserunt dominū nostrum iesum christum aut diuerse substantie esse q̄ pater est. aut tantuz esse christum solum vt ipse sit pater/ipse sit filius/ipse sit spiritussanctus: quicunq; etiam sentire voluerunt homineꝫ fuisse solū/ nō deum factū hominē. aut ita deū vt in sua diuinitate mutabilem: aut ita deuz vt nō et hominem: a fide naufragauerūt ꝛ ō portu ecclesie ꝓiecti sunt: ne inquietudīe sua naues secum positas frangerent. Quc res coegit vt etiam nos minimi ꝛ q̄tū ad nos pertinet prorsus indigni/q̄tum autem ad illius misericordiā in aliquo dispensatoꝝ eius numero constituti: non vobis taceamus qō aut intelligatis mecumq; gaudeatis: aut si intelligere nondum valetis/credendo securi in portu maneatis. Dicaz ergo/capiat qui potest: credat qui non potest. Tamen dicam quod ait dominꝰ: vos fm carnem iudicatis ego nō iudico quēq; aut modo aut fm carnem. Sed ꝛ si ego iudico: iudicium meum veruz est. Quare iudicium meum verum est? Quia solus non sum inquit: sed ego ꝛ qui misit me pater. Quid ergo domine iesu? Si solus esses F falsum esset iudicium tuum: ꝛ ideo verum iudicas quia solus non es/ sed tu ꝛ qui te misit pater. Quid responsurus sum: ipse respondeat. Verum est inquit iudiciū meum. Quare? quia solus non sum. sed ego ꝛ qui misit me pater mecuz est. Si tecum ē: quomodo te misit? Et te misit: ꝛ tecum est Ita ne ꝛ missus non recessisti: ita ne ꝛ ad nos venisti: ꝛ ibi māsisti? Quomodo istud creditur: quomodo capitur? Ad hec duo respōdeo. Quomodo capitur/ recte dicis Quomodo creditur/non recte dicis. Immo ideo bene creditur: quia non cito capitur. Nam si cito caperetur: non opus erat vt crederetur quia videretur. Ideo credis quia non capis. Sed credendo fis idoneus vt capias. Nam si non credis/nunq; capies: quia minus idoneꝰ remanebis. Fides ergo mundat te: vt intellectus impleat te. Verum est inquit iudicium meum: quia solus nō sum: sed ego ꝛ qui misit me pater. Ergo domine deus noster iesu christe: missio tua: incarnatio tua est. Sic video: sic intelligo. Postremo sic credo: ne arrogātie sit dicere sic intelligo. Prorsus et hic ē dīs nr̄ iesus xp̄s. Immo hic erat

ꝑm carnem: modo hic est ꝑm diuinitatem: et cum patre erat ⁊ a patre non recesserat Quod ergo dicitur missus venisse ad nos: incarnatio ipsi⁹ cõmẽdat̃. qꝛ pr̃ nõ ẽ incarnat⁹. Nã sabelliani dicti sũt quidã heretici qui vocantur ⁊ patripassiani: qui dicũt ipsum patrez passum fuisse. Noli tu catholice. Si enim fueris patripassianus: nõ erissanus. Ergo intellige missionem filij noĩatam/incarnationez filij. Patrem autẽ incarnatum esse non credas. Sed ⁊ a filio incarnato patrem recessisse non credas. Ille carnem portabat: ille autẽ cuz filio erat Si in celo pater/in terra filius: quomodo pater cum filio erat? Quia ⁊ pater ⁊ filius vbiqꝫ erant. Non enim ĩ celo sic est deus: vt non sit in terra. Audi illuz qui volebat fugere iudicium dei: ⁊ non ĩueniebat qua
xxxviij. Quo ibo inquit a spiritu tuo: ⁊ a facie tua q̃ fugiã? Si ascendero in celum tu ibi es. De terra erat questio: audi quod sequit̃: Si descendero in infernũ ades. Si ergo et in infernũ dicitur ꝙ assi: quid rerũ remanet vbi non sit? Vox enim dei est apd̃
c.xxiij. prophetaz. Celum ⁊ terram ego impleo. Vbiqꝫ ergo est: qui nullo clauditur loco. Noli ab illo auerti: ⁊ tecum est. Si vis ad eum peruenire: noli piger esse amare. Nõ enim pedibus sed affectib⁹ curris: vno loco manens venis / si credis ⁊ diligis. Ergo vbiqꝫ est. Si vbiqꝫ est: quomodo cũ filio non est. Ita ne cum filio non est: qui si credis ⁊ tecum est? Unde ergo verum est iudicium eius: nisi quia verus est filius? Hoc enim dixit. Et si iudico verũ est iudicium meum: quia solus non sum sed ego ⁊ qui misit me pater. Tanq̃ diceret. Veruz est iudicium meum: quia fili⁹ dei sum. Unde probas: quia filius dei es? Quia solus non sum: sed ego ⁊ qui misit me pater.

G Erubesce sabelliane. Audis filium: audis patrem. Pater pater est: Filius filius est. Non dixit ego suz pater ⁊ ego ipse suz filius: sed solus non sum inquit. Quare solus non es? Quia mecum est pater. Ego sum: ⁊ qui me misit pater. Audis ego sum et qui me misit. Ne perdas personam. distingue personas/distingue intelligentiaz noli separare perfidia: ne iterum quasi fugiens caribdim in scillam incurras. Vorabat enim te gurges impietatis sabellianorum: vt diceres ipsum esse patrẽ qui est filius. Modo didicisti/solus non sum: sed ego ⁊ qui misit me pater. Agnoscis qꝛ pater pater est: ⁊ filius filius est. Bene agnoscis: sed noli dicere: pater maior est/filius minor est. Noli dicere pater aurum est: filius argentum est. Una substantia ẽ /vna diuinitas: vna coeternitas: ꝑfecta equalitas: dissimilitudo nulla. Nam si tm̃modo alterum credideris esse christum: non euz qui pater ẽ: ⁊ ĩ aliquo tamen distantẽ ꝑm naturam esse putaueris: a caribdi quidez euasisti: sed in scilleis scopulis naufragasti. In medio nauiga: vtrunqꝫ ꝑiculosum latus euita. Pater pater est: filius filius ẽ Jam dicis pater pater est: filius filius est. bene periculum absorbentis gurgitis euasisti. Quid vis ire in alteram partem: vt dicas aliud est pater: filius aliud? Alius est recte dicis: aliud non recte. Alius enim filius/quia non est ipse qui pater: ⁊ aliu⁹ pr̃ quia non est ipse qui filius. Non tamẽ aliud sed hocipsum est ⁊ pater ⁊ filius. Quid est hocipsum est? Unus deus est. Audisti quia non suz solus. sed ego ⁊ qui misit me pater. Audi quomodo credas patrem ⁊ filium. Audi ipsum filium: ego ⁊ pater vnũ Johan.x.
sumus. Non dixit pater ego sum: aut ego et pater vnũ est. Sed cum dicit ego ⁊ pat̃ vnũ sumus: vtrunqꝫ audi/⁊ vnũ ⁊ sumus: ⁊ a caribdi ⁊ a scilla liberaberis. In duobus istis verbis. qd̃ dixit vnũ/liberat te ab arrio: qd̃ dixit sum⁹/liberat te a sabellio. Si vnũ: non ergo diuersuz. Si sumus: ergo ⁊ pater ⁊ filius. Sumus enim non diceret d̃ vno: sed vnũ non diceret de diuersis. Ergo ideo verum est inquit iudicium meum breuiter vt audias/quia filius dei sum. Sz sic tibi persuadeo inquit quia fili⁹ dei sum vt intelligas quia mecum est pater. Non sic sum filius: vt ipsuz deseruerim. Nõ ita hic sum vt cum ipso non sim: non ita ibi ille est vt mecum non sit. Formam serui accepi/sed formam dei non amisi. Solus ergo inquit non sum: sed ego ⁊ qui misit me pater. Dixerat de iudicio: de testimo- H
nio vult dicere. In lege inquit vestra scriptum est: quia duorum hominũ testimoniũ verum est: Ego sum qui testimoniũ ꝑhibeo de me ipso: et testimoniũ perhibet de me q̃ misit me pr̃. Exposuit ill̃ ⁊ legẽ: si in-

grati ñ eēn. Magna enī q̄stio ē frēs mei: ⁊ valde mihi videt̄ in mysterio res esse constituta: vbi deus dixit: in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Veritas queritur per duos testes? Ita plane: sic se habet humani generis consuetudo. Sed tamen fieri potest: vt ⁊ duo mentiantur. Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur. Nunquid quia duo erāt: ideo falsi testes non erant? De duobus dicim⁹ aut de tribus: vniuersus populus mentit⁹ est contra christum. Si ergo populus constans ex magna hominū multitudine/ falsus testis inuentus est: quomodo accipiēdum est/ in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum: nisi quia hoc modo per mysterium trinitas cōmendata est: In qua est perpetua stabilitas veritatis? Vis habere bonam causam? habeto duos vel tres testes: patrem ⁊ filium ⁊ spiritū sanctū Deniq; quando susanna casta femina fidelisq; coniūx/ duobus falsis testibus vrgebatur: trinitas illi in consciētia atq; in occulto suffragabatur. Illa trinitas de occulto vnū testem danielez excitauit: ⁊ duos conuicit. Ergo quia in lege vestra scriptum est duorum hominū testimoniū verum esse: accipite nostrum testimoniuz ne sentiatis iudicium. Ego enim inquit non iudico quemq̄: sed testimoniū perhibeo de me. Differo iudicium: non differo testimoniū. Eligam⁹ nob̄ frēs contra linguas hoīum: ꝯ īfirmas suspiciōes generis hūani/ deum iudicem: deum testem. Non enī dedignatur testis esse qui iudex est: aut ꝓmouetur cum sit iudex: quō qui testis est/ ipse iudex erit. Quare ipse testis? Qr nō querit aliuz vnde cognoscat qui sit. Quare ipse iudex? Quia ipse habet potestatē mortificādi ⁊ viuificādi: damnādi ⁊ absoluendi: in gehennaz precipitādi ⁊ in celos leuandi: diabolo ꝯiungendi ⁊ cum angelis coronādi. Cum ergo ipse habeat hanc potestatez/ iudex est. Quia v̄o vt te cog̊scat non querit alium testem: qui tunc iudicabit te modo videt te. Non est vnde illum fallas: cum ceperit iudicare. Nō eniz adhibes tibi aliquos falsos testes: qui iudicem illum possent circūuenire. Quando cepit iudicare deus: hoc tibi dicet. Qñ contēnebas ego videbam. ⁊ quando non credebas/ sententiaz meaz non frustrabā.

Daniel. xiij.

Math. xxvj

differebam non auferebam. Noluisti audire quod precepi: senties quod predixi. Si autez audias que precepi/ nō mala senties que predixi: sed bona percipies que promisi. Ne aliquem sane moueat qd̄ ait: verum est iudicium meum quia solus nō sum sed ego ⁊ qui misit me pater: cum alibi dixerit. pater ñ iudicat quemq̄ sed oē iudiciū dedit filio: Jam in eisdem verbis euangelij disputauim⁹ ⁊ nunc admonem⁹ non hoc iō dictū quia pater nō erit cū filio iudicante: sed quō bonis ⁊ malis in iudicio solus filius apparebit: in ea forma in qua passus est ⁊ resurrexit ⁊ ascendit in celum. Discipulis quippe tunc aspicientibus ascendentem vox angelica sonuit sic veniet quemadmodū vidistis eum euntem in celum. id est. in forma hominis in qua iudicatus est iudicabit: vt etiam illud ꝓpheticum impleatur: videbunt in quem pupugerunt. Cum v̄o euntibus iustis in vitam eternam videbim⁹ eum sicuti est: non erit illud iudiciuz viuorum ⁊ mortuorum: sed premium tantummodo viuorum. Itez ne moueat quod ait: in lege vestra scriptū ē: quia duorum hominū testimoniū verum est: Et ideo quisq̄ existimet non fuisse illam legē dei/ quia non dictum est in lege dei: sciat ita dictū esse ī lege vestra: tanq̄ diceret que vobis est data. A q̄ nisi a deo? Sicut dicimus: panem nostrum quotidianum: ⁊ tamen dicimus: da nobis hodie.

Johan.

Actuum

Explicit tractatus tricesimussextus: Incipit tractatus tricesimusseptimus: Ab eo quod dictum est: Dicebant ergo: Vbi est pater tu⁹: vsq; ad id quod dictum est: et nemo apprehendit eum quia nōdū venerat hora eius:

Quod in sancto euangelio breuiter dicit̄: non breuiter oportet exponi vt quod auditur intelligatur Verba eniz pauca domini sed magna sūt Non numero estimanda sed pondere: nec ideo contemnenda quia pauca: sed ideo querēda qr magna. Qui affuistis hester-

A

no die audistis: vt potuimus disputauim⁹ ex eo q̄ ait dominus: vos fm carnez iudicatis: ego non iudico quemq̄. Sed ⁊ si iudico ego / iudicium meum veruz est: quia solus non sum / sed ego ⁊ qui misit me pater. In lege vestra scriptum est: quia duorum hominū testimoniū verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me: ⁊ testimonium perhibet qui me misit pater. Ex his verbis hesterno vt dixi die / redditus est sermo auribus ⁊ mentibus vestris. Hec cum dominus dixisset: illi qui audierant: vos fm carnē iudicatis / mānifestauerunt qō audierunt. Responderūt ei dño loquenti de deo patre suo ⁊ dixerūt. dixerūt ei **Ubi est pater tuus?** Patrē christi carnaliter acceperunt: quia verba christi fm carnem iudicauerūt. Erat autē qui loquebatur in aperto caro: in occulto verbum. homo manifestus: deus occultus. Videbant indumētū: ⁊ ptemnebāt indutū. Cō temnebant: quia nesciebāt. Nesciebāt: q̄z non videbant. Non videbant: q̄z ceci erāt Ceci erant: quia non credebant. Videamus ergo: ⁊ ad hec dñs quid responderit. Ubi est inquiūt pater tuus? audiuim⁹ eī te dicere / solus non sum: sed ego ⁊ qui me misit pater. Nos solū te videmus: patrem tuū tecū non videmus. Quō te dicis solum non esse: sed cum patre tuo esse? Aut Rñdit ostende nobis tecū esse patrē tuū. **Et dominus.** Nunquid me videtis: vt patrem ostendā vobis? Hoc enī sequitur: hoc suis verbis ipse respondit: quoz verboz expositionem nos ante pmisimus. Videte enī quid dixerit. **Neq̄ me scitis: neq̄ patrem meum. Si me sciretis: forsitā et patrem meum sciretis.** Dicitis ergo vbi est pater tuus / quasi iaz me sciatis. quasi totum hoc sim qō videtis. Ergo q̄z me non nostis: ideo vobis patrem meum non ostendo. Me quippe hominē putatis: ideo patrem meū hominē queritis: q̄z fm carnem iudicatis. Quia ergo fm qō videtis aliud sum: ⁊ aliud fm qō non videtis. patrem autez meū loquoz occultus occultum. prius est vt me noueritis: tunc⁹ pfez meuz scietis. Si enim me sciretis: ⁊ pfem B meum forsitan sciretis. Ille qui oīa scit qñ dicit forsitan: non dubitat sed increpat Attende enī quō increpatiue dicatur ipsum forsitan: quod videtur esse verbū dubitationis. Sed dubitationis verbum est quando dicitur ab homine: ideo dubitante quia nescīēte. Cū vō dicitur a deo verbum dubitatiōis: cum deum nihil vtiq̄ lateat: illa dubitatione arguitur infidelitas non opinat diuinitas. Homines enī ō his rebus quas certas habent aliqñ increpatiue dubitant. id est: verbuz dubitatiōis ponunt / cuz corde non dubitent. Velut si in digneris seruo tuo ⁊ dicas. Contēnis me: considera: forsitan dñs tuus sum. Hinc et apostolus ad quosdam contēptores suos loquens ait. Puto autē q̄ ⁊ ego spiritum ſ. Lor. vij. dei habeo. Qui dicit puto: dubitare videtur. Sed ille increpabat nō dubitabat: Et ipse dñs christus alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani: cū venerit inquit filius hominis putas inueniet Luce. xviij. fidem in terra? Jam q̄tum existimo intellexistis quomodo sit positum forsitan: ne quis verborum appensor ⁊ syllabarū examinator veluti latine loq̄ sciēs / reprēdat vbū qō dixit dei vbū. ⁊ reprēdendo dei vbū: non eloquens sed mutus remaneat. Quis enī sic loquitur quomodo loquitur verbum quod erat in principio apud deum? Noli verba ista considerare: ⁊ ex his verbis assuetis illud verbum mentiri velle qō deus est. Audis enim verbum ⁊ contēnis: Audi deum ⁊ time. In principio erat Johan. j. verbum. Tu reuocas ad vsum sermocinationis tue: ⁊ dicis apud te. Quid ē verbum? Quid magnū est verbum? Sonat et transit. Verberato aere aurē percutit: postea non erit. Audi adhuc. Verbum erat apud deum. Manebat: non sonando trāsibat. Adhuc forte contēnis? De⁹ erat verbum. Apud teipsum o homo cum est ī coz de tuo verbum: aliud est q̄ sonus. Sz verbum qō est apud te vt transeat ad me: sonum quasi vehiculū querit. Assumit enīz sonum imponit se quodāmodo in vehiculum / transcurrit aerez: venit ad me non recedit a te. Sonus autem vt veniret ad me recessit a te: nec perstitit apud me. Verbum enim quod erat in corde tuo: nunqd sono pretereunte preterijt? Quod cogitabas dixisti: Sed vt ad me peruenīret qō apud te latebat / syllabas sonuisti. Sonus syllabarum perduxit ad aurem meam cogitatōnē tuā. Per aurē meā descēdit ī coz meū cogitatio tua: son⁹ medi⁹ trāsuolauit

Verbum vo illud qō assumpsit sonū: añq̄ sonares erat apud te: quia sonuisti/ē apō me ⁊ non recessit a te. Hoc attende quisquis es examiator sonoꝝ. Verbū dei contemnis: quia verbū hois non comphēdis Scit ergo oīa per quem facta sunt omnia et tamen dubitādo increpat: Si me sciretis: forsitan ⁊ patrem meū sciretis. ¶ Increpat infideles. Nam talem sententiā dixit discipulis suis: Sed ibi non est verbuz dubitationis/quia non fuit causa increpā de infidelitatis. Nam quō dixit iudeis: si me sciretis forsitan ⁊ patrē meum sciretis: dixit ⁊ discipulis suis: quando eum philippus interrogauit imo postulauit ⁊ ait: domie ostende nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Joban .xiiij Quasi diceret ⁊ ipse. Te iam nouim⁹/apparuisti nobis/videmus te: dignatus es elige re nos secuti sumus te: mirabilia tua vidimus/verba salutis audiuim⁹: precepta suscepimus: promissa speram⁹: multū nob cōferre p̄sentia tua ipse dignatus es. Sed tamen cum te nouerim⁹ quia patrez nondū nouimus: inflāmamur desiderio illius videndi quē nondū nouim⁹. Ac per hoc qz te nouimus sed non nobis sufficit donec ⁊ patrem nouerim⁹: ostende nobis patrez ⁊ sufficit nobis. Et dñs: vt scirent non se noscse qō se putabāt iam nosse: tanto tempore vobiscū sum ⁊ me nescitis? Philipe q̄ me Joban .xiiij videt videt ⁊ patrē meū. Nunquid habz ista sentētia verbū dubitatiōis? Nunqd dixit: qui me videt forsitan videt ⁊ patrē Quare? Quia fidelis audiebat non fidei persecutor: ideo non erat dñs increpator sed doctor. Qui me videt videt ⁊ patrem meū. Et h: si me sciretis. ⁊ patrez sciretis. Tollamus verbū quo notata est infidelitas audientiū: ⁊ ipsa sentētia est. ¶ Jā hesterno die cōmendauim⁹ charitati vestre: et diximus sentētias iohannis euangeliste quibus nobis narrat qō a dño didicit: nec discutiēdas fuisse si fieri posset: nisi hereticorum cōmenta compellerēt. Breuiter ergo hesterno die insinuam⁹ charitati vestre esse hereticos qui vocantur patripassiani vel a suo auctore sabelliani. Hi dicūt ipsum esse patrem qui est filius: noīa diuersa vnam vo esse personam. Cū vult pater est inquiūt. cuz vult filius: tamen vnus ē.

D Iterum sunt alij heretici qui vocantur arriani. Confitentur quidem vnicum patris filium dñm nostrum iesum christū: Illum patrem filij: istum filium patris. Eum qui pater est non esse filium: eum qui filiꝰ est non esse patrem. Confitenē generationem sed negant equalitatē. Nos. id est. catholica fides veniens de doctrina apostolorum/plantata i nobis/per seriem successionis accepta/sana ad posteros trāsmittēda: inter vtrosq̄. id est. inter vtrunq̄ errorem tenuit veritatē. In erroze sabellianorum vnus est solus: Ipse pater qui filius: In erroze arrianoꝝ alius est quidem pater alius filius: sed ipse filius non solū alius sed etiam aliud est. Tu i medio quid? Excluſisti sabellianū: exclude ⁊ arrianū. Pater pater est/filius filius est: alius non aliud. Quia ego ⁊ pater inquit vnū sum⁹ Joban Sicut etiam hesterno die ē̄tum potui cōmendaui. Cum audit sumus: abscedat cōfusus sabellianus. Cum audit vnū: abscedat confusus arrianus. Gubernet catholicus inter vtrunq̄ fidei sue nauigiū: quō iā cauendum est in vtroq̄ naufragiū. Dic ergo tu qō dicit euangeliū: ego ⁊ pater vnū sumus. Non ergo diuersum quia vnū: nō vnus quia sumus: Pauloante dixit: iudicium meum verum est: quia solus nō sum sed ego ⁊ qui misit me pater. Tanq̄ diceret. Jdeo iudiciū meū est verū /quia filiꝰ dei sum: quia verū loquoꝝ: quia ipse veritas ego sum. Jsti carnaliter intelligentes dixerunt. Vbi est pater tuus? Modo audi arriane: neq̄ me scitis neq̄ patrē meum Quia si me sciretis forsitan ⁊ patrē meum Joban. sciretis. Quid est si me sciretis ⁊ patrē meum sciretis: nisi ego ⁊ pater vnū sumus? Quando vides aliquez alicui similem: intendat charitas vestra/quotidiana locutio est: non sit vobis arduū qō esse aduertitis vsitatū: Quando q̄ vides aliquē alicui similem ⁊ nosti tu cui similis sit: admirans dicis. Quomodo iste homo simil est illi homini? Hoc non diceres: nisi duo essent. Hic ille qui euz ignoraz cui tu istū similez dicis. Ita ne inquit simil est. Et tu ad eū. Quid enī? Tu illū ñ nosti? At ille. Non noui inquit. Jam tu vt illū quē nescit ei notum facias: ex presente quem cernit respondes ⁊ dicis. Hunc vidisti: illum vidisti. Non vtiq̄ qz hoc dixisti: vnū esse asseueraſti ⁊ duos negasti: sed ꝓpter similitudinē tale dedisti responsum. Jstū

noſti ⁊ illū noſti: valde enī ſimilis eſt ⁊ nihil diſtat oīno. Hinc ⁊ dñs. Si me nḡt ſcireris ⁊ patrē meū ſcireris: Non q⁹ pater ē filius: ſed quia patri ſimilis eſt filius. Eruբeſcat arrianus. Gratias dño q⁹ ⁊ ipſe arrianus receſſit ab erroꝛe ſabelliano: ⁊ non eſt patripaſſian⁹. Non dicit ipſum patreꝫ indutū carne veniſſe ad hoīes/ipſum eſſe paſſum: ipſum reſurrexiſſe: ⁊ quodāmodo ad ſe aſcēdiſſe. Hoc ñ dicit. Agnoſcit mecum patrē patrē eſſe: ⁊ filiū filiū eſſe. Sed o frater euaſiſti illud naufragiū: quare tē dis in alterū? Si pater pater eſt: filius filius eſt. Quare dicis ſimilem? quare diuerſum? quare aliā ſubſtantiā? Si diſſimilis
ban .xiiij eſſet: nunquid diceret diſcipulis ſuis: qui me videt videt ⁊ patrē? Nunq̄d dicerꝫ iu deis: ſi me ſcireris ⁊ patrem meū ſcireris? Unde hoc verū eſſet: niſi ⁊ illud vex: ego
E et pater vnū ſumus? ¶ Hec verba locutus eſt in gazophilatio: docens in templo. Magna fiducia ſine timoꝛe. Non enī pateret qō nollet: qui nec naſceꝛetur ſi nollet. Deniq̄ qō ſequit ⁊ nemo apprehēdit eum: quia nōdū venerat hora eius. Hoc item nōnulli cū audiunt/ſub fato fuiſſe dñm chriſtū credūt ⁊ dicūt. Ecce chriſt⁹ habebat fatū. O ſi coꝛ tuū nō eſſet fatuū: nō crederes fatū. Si fatum ſicut nōnulli intellexerūt/a fando dictum eſt. id eſt. a loquēdo: verbū dei quō habet fatū: qñ in ipſo verbo oīa ſunt que cōdita ſunt? Nō enī aliq̄d deus conſtituannis. j. it: qō ante neſciuit. In verbo ipſi⁹ erat qō factum eſt. Nūdus factus eſt: ⁊ factus eſt et ibi erat: Quō ⁊ factus ē ⁊ ibi erat? Qꝛ domus quā edificat inſtructoꝛ prius in arte erat: Et ibi meliuſ erat ſine vetuſtate: ſine ruina. Tamen vt oſtendat artez/ fabricat domū ⁊ pceſſit quodāmodo dom⁹ ex domo: Et ſi domus ruat: ars manet. Ita apud dei verbū erant oīa que cōdita ſūt Quia oīa in ſapīa fecit deus: ⁊ cūcta nota fecit. Nō enī quia fecit didicit: ſed q⁹ nouerat fecit. Nobis q⁹ facta ſunt/nota ſūt Illi niſi nota eſſent/facta non eſſent. Pꝛeceſſit ergo verbum. Et quid ante verbum dei? Nihil oīno. Nam ſi eſſet aliquid anānis. j. te/non dictuz eſſet: in principio erat verbum: ſed in principio factum eſt verbum. Deniq̄ de mūdo quid ait moyſes? In pn.
ieſis. j. cipio fecit deus celum ⁊ terrā. Fecit quod non erat. Si ergo fecit quod non erat: ante quid erat? In principio erat verbū. Et vnde celum ⁊ terra? Omīa per ipſum facta ſunt. Tu ergo ponis chriſtum ſub fato Ubi ſunt fata? In celo inquis: in ordine ⁊ conuerſiōib⁹ ſiderum. Quō ergo fatum habet/per quez factuz eſt celum ⁊ ſidera: cum tua voluntas ſi recte ſapies tranſcendat ⁊ ſidera? An quia noſti chriſti carnem fuiſſe ſub celo: iō putas ⁊ poteſtatē chriſti ſubditam celo? Audi ſtulte: nondū venerat hoꝛa eius: Non quia cogereꝫ moꝛi: ſed quia dignareꝫ occidi. Mouerat enim ipſe quando deberet moꝛi. Intendit omnia que p̄dicta ſunt ō illo: ⁊ expectabat ſi niri oīa que p̄dicta ſunt ante eius paſſionem futura: vt cuz impleta eſſent: tunc veniret paſſio diſpoſitiōis oꝛdine: non fatali neceſſitate. Deniq̄ audite vt ꝓberis.

¶ Inter cetera que de illo ꝓphetata ſūt F
ſcriptuz eſt etiā hoc. Dederūt in eſcā meā fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto. Quō facta ſint / i euangelio nouim⁹. Prius dederunt fel: accepit: guſtauit ⁊ deſpuit: Poſtea in crucē pendens: vt oīa pdicta cōplereñ ait: Sitio: Acceperūt ſpongiā aceto plenam: in arundine ligauerunt ⁊ admouerunt pendēti. Accepit ille ⁊ ait: Perfectum eſt. Quid eſt perfectum eſt? Impleta ſunt oīa: que ante paſſionē meā fuerant ꝓphetata. Ergo adhuc q̄d hic facio? Deniq̄ poſtea quā dixit perfectum eſt: inclinato capite tradidit ſpiritū. Nunquid illi latroneſ iuxta confixi/quando voluerunt expirauerūt? Tenebañ vinculis carnis: quia non erant creatoꝛes carnis. Clauis confixi/diu cruciabañ: quia infirmitati non dñabañ. Dñs autem quando voluit: carnem in vtero virginali accepit: Quādo voluit ad hoīes proceſſit: q̄diu voluit inter hoīes vixit. q̄diu voluit a carne diſceſſit. Hoc eſt poteſtatis non neceſſitatis Hanc ergo hoꝛam ille expectabat non fatalem ſed opoꝛtunam ⁊ voluntariā: vt prius oīa complerentur que ante pāſſionem ipſius compleri opoꝛtebat. Nam quomodo ſub fati neceſſitate poſitus erat: q̄ alio loco dixit: poteſtatem habeo ponēdi ani- Johan. x.
mam meam: ⁊ poteſtatem habeo iterū ſumendi eaz? Nemo tollet eā a me: ſed ego ipſe pono eam a me: ⁊ iterum ſumo eam. Oſtendit hanc poteſtatē: quando euz iu-

dei querebāt. Quē queritis inquit? Et il-
li. Jesum. Et ille. Ego sum. Qua voce au
dita/redierūt retro ⁊ ceciderūt. Dicit ali-
quis. Si hec in illo potestas erat: quare cū
iudei insultarent pendēti ⁊ dicerēt/si filius
dei est descēdat de cruce/non descēdit: vt
eis suam potestatē descēdēdo mōstraret?
Quia patientiā docebat: ideo potentiam
differebat. Si enī cōmotus ad eoꝝ verba
descenderet: victus ꝯuitioꝝ dolore puta-
retur. Prorsus non descēdit: fixus ꝑman-
sit: quando voluit abscessur⁹. Nam quid
ei magnū fuit de cruce descēdere: q̄ potu-
it de sepulchro resurgere? Intelligam⁹ er
go nos quibus hoc ministratū est/potēti-
am dñi nostri iesu christi occultā tunc ma-
nifestam futurā in iudicio: de quo dictum
est. Deus manifest⁹ veniet: deus noster et
ps̄. xlix. non silebit. Quid est manifestus veniet?
Quia venit occult⁹ veniet manifest⁹ de⁹
noster: hoc est christus: ⁊ non silebit. Quid
est non silebit? Quia primo siluit. Ubi si-
luit? Quando iudicatus ē: Ut etiam hoc
impleret̄: qđ ⁊ ꝓpha p̄dixerat. Sicut ouis
ad īmolandū ductus est: ⁊ sicut agnus co
ram tondēte se sine voce: sic nō aperuit os
suū. Si ḡ pati nollet/nō pateret̄: Si nō pa
teret̄: sanguis ille nō funderet̄. Si sanguis
ille non funderet̄: mūdus non redimeret̄.
Agamus itaq; gratias ⁊ potestati diuini-
tatis: ⁊ miserationi infirmitatis eius: ⁊ de
occulta potentia quā iudei non nouerant
vnde illis modo dictū est: neq; me nostis
neq; patrem meum: et de carne suscepta
quā iudei nouerāt ⁊ eius patriam sciebāt
Vnde illis alio loco dixit: ⁊ me scitis ⁊ vn
de sim scitis. Vtrunq; nouerimus in chri-
sto: ⁊ vnde equalis est patri: ⁊ vñ illo ma-
Joha. xiiij. ior est pater. Illud verbum est: illud caro
Illud deus est: illud homo: Sed vn⁹ chri-
stus deus ⁊ homo.

Explicit tractatus tricesimusse-
ptimus: Incipit tractatus tricesi-
musoctauus: Ab eo quod dictum
est: Dixit ergo eis iesus: Ego vado
et queritis me: vsq; ad id quod di
ctum est: Dixit eis iesus: Principi
um q̄ et loquor vobis.

A Lectio sancti
euangelij que p̄cessit hodie
nam ita ꝯclusa erat: quia locutus est do-
cens ī gazophilatio dñs que voluit ⁊ que
audistis: ⁊ nemo apprehendit eum qr non-
dum venerat hora eius. Hinc disputatum
est dñico die: qđ ipse donare dignat⁹ est.
Intimauim⁹ charitati vestre quare dictū
sit: nonduz venit hora eius: ne positū chri
stuz sub aliq̄ necessitate fatali: vlla impie
tas auderet improbe suspicari. Nondum
enim venerat hora qua ex ordine suo ꝑm
ea que predicta sunt đ illo/non mori coge
retur inuitus: sed occideret̄ paratus. Mo
do autem de ipsa passione sua que posita
erat non in eius necessitate sed potestate:
locutus est iudeis dicens. Ego va Text⁹ hz
do. Christo enī dño mors ꝓfectio fuit/il- xit ḡ eis i
lo vnde venerat: ⁊ vnde non discesserat. rum iesus
Ego inquit vado ⁊ queritis me: Nō
desiderio sed odio. Nam illuz postea quā
abscessit ab oculis hominū inq̄sierūt ⁊ qui
oderant ⁊ qui amabant. Illi ꝑsequēdo. il
li habere cupiēdo. In psalmis ait ipse do-
minus per ꝓphetam. Perijt fuga a me: et ps̄. xlj.
non est qui requiret animā meam. Et ite-
rum ait alio psalmo. Confundant̄ ⁊ reue- ps̄. xxxix
reant̄: requirētes animā meam. Culpauit
qui non requirerent: damnauit req̄rentes
Bonū est eniz querere animā christi: sed
quomodo eam quesierūt discipuli. Et ma
lum est querere animā chtisti: sed quō eā
iudei quesierūt. Illi enim vt haberēt: illi
vt perderent. Deniq; isti quia sic quere-
bant more malo: corde peruerso: quid se-
cutus adiunxit? Queritis me: ⁊ ne pute-
tis quia bene me queritis: in peccato ve
stro moriemini? Hoc est christum ma
le querere: in peccato suo mori. Hoc ē il-
lum odisse: per quem posset solum saluus
esse. Cum enim homines quorum spes in
deo est/non debeant mala reddere nec ꝓ
malis. reddebant illi mala pro bonis. Pre
nunciauit ergo illis dñs dixitq; sententiaz
prescius: quod in suo peccato morerent̄.
Deinde adiūxit. Quo ego vado: vos
non potestis venire. Hoc ⁊ dñs disci-
pulis suis alio loco dixit: nec tamen eis di
xit: in peccato vestro moriemini. Quid āt Johan. xi
dixit? Quod ⁊ istis. Quo ego vado: vos
non potestis venire. Non abstulit spem: sz
predixit dilationē. Quando enim hoc di-
scipulis dñs loquebat̄: tūc nō poterāt ve-
nire q̄ ille ibat: sz postea venturi erāt. Isti
autem nunq̄ qui b⁹ prescius dixit: in pec-

cato vestro moriemini. His auditis verb quomodo solent carnea cogitantes ⁊ ꝑm carnem iudicantes: ⁊ totum carnaliter audientes atq; sapientes dixeruut. Nunquid interficiet semetipsum quia dixit quo ego vado vos non potestis venire. Stulta v̄ba ⁊ oīno insipiētie plena. Quid enī? nō poterāt illo veuire quo ille prexisset: si interficeret semetipsuz. Nunq̄d ipsi nō erāt morituri? Quid ē ergo nunq̄d interficiet semetp̄m qr dixit q̄ ego vado vos ñ potestis vēire. Si d̄ morte hoīs diceret: q̄s hō non moriť? Ergo q̄ ego vado dixit: non cum itur ad mortem/ sed quo ibat ipse post mortem. Illi itaq; ñ intelligētes: ista responderūt. Et dñs ad eos qui terram sapiebāt quid ait? Et dicebat eis. Vos deorsum estis: ideo terram sapitis quia sicut serpentes terraz manducatis. Quid est terraz māducatis? Terrenis pascimini: terrenis delectamini terrenis inhiatis: sursum corda non habetis. Vos deorsum estis: ego de supernis sum. vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mūdo. Quō eī erat de mūdo: per quē factus est mūdus? Oēs de mūdo post mūdū: quia prius mūdus ⁊ sic homo de mūdo. Prius aūt christus/ deinde mundus: Quō ante mūdum christus. ante christum nihil? Quia ī principio erat verbum: oīa per ipsuz facta sūt Si ergo erat ille de supnis: de quib⁹ supnis? De aere? Absit: Ibi ⁊ aues volitant. De celo qd̄ videmus? Et hoc absit. Ibi et stelle ⁊ sol ⁊ luna circūeunt. De angelis? neq; hoc intelligatis. Per illum ⁊ angeli facti sunt: per quem omnia facta sunt. De quibus ergo supernis christ⁹? Ab ipso patre. Nihil illo deo supius qui verbum genuit equale sibi: coeternū sibi: vnigenitum sine tempore: per quem conderet tempora. Sic ergo accipe christum de supnis/ vt excedas cogitatione tua omne qd̄ factum est: vniuersam oīno creaturam: omne corpus: omnem conditum spiritum: omnē rē quoquō mutabilē. Totū excedē. Si c̄ excessit iohannes: vt contingeret in principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbum. Ego ergo inquit de supernis sum. Vos de hoc mūdo estis ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Exposuit nobis fratres quid intelligi voluerit/ vos de hoc mūdo estis: qr peccatores erant: quia iniqui erant: quia infideles erant: quia terrena sapiebant. Nam quid vobis videtur de sanctis apostolis? Q̄tum intererat inter iudeos ⁊ apostolos? q̄tum inter tenebras ⁊ lucem: q̄tum inter fidem ⁊ infidelitatem: q̄tū inter pietatem ⁊ impietatem: q̄tum inť spez ⁊ despationē: q̄tum inter charitatem ⁊ cupiditatem. Multum ergo intererat. Quid ergo quia tantuz intererat. apostoli d̄ mūdo non erant? Si cogites quō nati sint et vnde venerint: quia omnes ex adam venerant: de hoc mūdo erant. Sed quid eis ait ipse dñs? Ego vos de hoc mundo elegi. Qui ergo de mundo erant/ facti sunt non de mūdo: ⁊ pertinere ceperunt ad eum ꝑ quem factus est mūdus. Isti autem remāserunt esse de mūdo: quibus dictū est: moriemini in peccatis vestris. Nemo ergo dicat fratres: de hoc mūdo non sum. Quisquis es homo: de hoc mūdo es. Sed venit ad te qui fecit mundū: ⁊ liberauit te d̄ hoc mūdo. Si delectat te mūdus: semper vis esse īmūdus. Si aūt iā nō te delectat hic mundus: iam tu es mūdus. Veruntamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus: habitet in te qui mundat ⁊ eris mundus. Si autem fueris mundus: non remanebis in mūdo: nec audies qd̄ audierunt iudei: moriemini ī peccatis vestris. Omnes enim cum peccato nati sumus. Omnes viuendo ad id qd̄ nati eramus: addidimus: magisq; de mundo facti sumus q̄ tunc quando de parentib⁹ nr̄is nati sumus. Et vbi essemus: si ille non veniret qui non habebat oīno peccatum vt solueret omne peccatum? In quem iudei quia non credebant merito audierūt: moriemini in peccatis vestris. Quia non habere peccatum nullo modo potuistis qui cum peccato nati estis. Sed tamen si ī me inquit credideritis: cum peccato quidem nati estis sed in peccato vestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas iudeoruz ipsa erat: non peccatum habere sed in peccatis mori. Hoc est qd̄ debet fugere omīs christian⁹. Propť h̄ ad baptismū curriť: ꝓpter hoc qui egritudine vel aliunde periclytantur sibi desiderant subuenire: pro-

Johan. xv.

pter hoc etiam sugens paruulus a matre
pijs manibus ad ecclesiā fertur: ne sine ba
ptismo exeat ⁊ in peccato quo natus est
moriatur. Infelicissima conditio: misera
sors istorum: qui de ore veridico audierūt
D in peccatis vr̄is moriemini. ¶ Unde tam̄
hoc eis ꝯtingat exponit. Si enī nō cre-
dideritis: † moriemini in pctis † ve-
stris. Credo fratres in illa multitudine q̄
dn̄m audiebat: ⁊ eos fuisse qui credituri
erant. Quasi aūt in oēs ꝓcesserat seueris-
sima illa sententia: in peccato vr̄o morie-
mini. ac per hoc ⁊ illis qui credituri erant:
spes erat ablata Illi seuiebāt: illi timebāt
Immo non timebāt sed etiam desperabāt
Reuocauit eos in spem: adiūxit enī. Si n̄
credideritis quia ego suz: moriemini ī pec
catis vestris. Ergo si credideritis qr ego
sum: non moriemini in peccatis vr̄is. Red
dita est spes desperātib⁹: excitatio facta ē
dormientib⁹: cordibus euigilauerūt inde
plurimi: crediderūt sicut euāgelij ipsi⁹ cō-
sequentia testat̄. Erant enī illic membra
christi: que nondū adheserāt corpori chri
sti. Et in illo populo a quo crucifixus est:
a quo in ligno suspēsus est: a quo pendēs
irrisus est: a quo lancea vulnerat⁹ est: a q̄
felle ⁊ aceto potatus est: erant mēbra chri
sti pro quibus dixit. Pater ignosce illis:
Luce .xxiij. quia nesciunt q̄d faciūt. Quid autem cō-
uerso non ignoscit̄: si fusus christi sanguis
ignoscitur? Quis homicida desperet: si in
spem redditus est a quo etiam christus oc
cisus est. Crediderūt inde multi: donatus
est eis sanguis christi: vt magis eum bibe-
rent quo liberarent̄ q̄ꝫ rei de illo effuso te
nerentur. Quis desperet? Et si in cruce la
tro saluatus est ante paululum homicida:
Luce .xxiij. post paululū accusatus: ꝯuictus: damna-
tus: suspensus: liberatus. Noli mirari: vbi
ꝯuictus ibi damnat⁹: sed ibi liberatus vbi
mutatus. In hoc ergo populo cui dn̄s lo-
quebatur/erant qui in peccato suo fuerāt
morituri: erant etiā qui in ipsuz q̄ loque-
batur fuerant ctedituri: ⁊ ab oī peccato li-
E berandi. ¶ Tamen hoc attende q̄d ait do
minus christus. Si non credideritis quia
ego sum: moriemini ī peccatis vr̄is. Quid
est si non credideritis quia ego sum? Ego
sum. Quid? Nihil addidit. Et quia nihil
addidit: multum est q̄d cōmendauit. Ex-
pectabatur enī vt diceret quid esset: nec
tamē dixit. Quid expectabat̄ vt diceret?
Forte nisi credideritis quia ego sum chri
stus: nisi credideritis quia ego sum dei fili
us: nisi credideritis quia ego sum verbuz
patris: nisi credideritis quia ego sum con
ditor mūdi: nisi credideritis quia ego sum
hoīs formator ⁊ reformator: creator ⁊ re-
creator: factor ⁊ refactor. Nisi hoc credi-
deritis quia ego sum: moriemini in pecca-
tis vestris. Multum est q̄d ait ipse ego suz
Quia sic dixerat dn̄s moysi. Ego sum qui Exodi .iii
sum. Quis digne eloq̄tur: q̄d sit sum. Mit
tebat deus per angelum suū/seruū suum
moysen: ad liberandū ex egypto populū
suū. Legistis q̄d audistis ⁊ nostis. Cōme-
moro tamen: mittebat trementē/excusan-
tem sed obedientem. Cum ergo excusaret
ait deo quez loqui in angelo intelligebat
Si dixerit mihi populus: quis est deus q̄
misit te: quid dicam eis? Et dn̄s ad eum.
Ego sum qui sum. Et repetiuit. Dices fi- Exodi .iii
lijs israel. Qui est misit me ad vos. Non
ait ⁊ ibi ego sum deus/aut ego mūdi fabri
cator/aut ego sum oīum rerū creator/aut
ego sum ipsius populi liberādi ꝓpagator
sed hoc tantū/ego sum qui sum: ⁊ dices fi
lijs israel qui est. Non addidit: qui est de
us vester: qui est deus patrū vestroꝝ: sed
tm̄ hoc dixit: qui est misit me ad vos. For
te multū erat ⁊ ad ipsum moysen/sic̄ mul
tum est ⁊ ad nos: ⁊ multomagis ad nos in
telligere quid dictum sit/ego sum q̄ sum:
et qui est misit me ad vos. Et si forte cape
ret moyses: illi ad quos mittebat quando
caperent? Distulit ergo dn̄s q̄d cape ho-
mo non posset: ⁊ addidit: q̄d capere possz.
Adiūxit enim ⁊ ait. Ego sum deus abraā
et deus ysaac: ⁊ deus iacob. Hoc potes ca
pere. Nam ego sum qui sum/que mēs po
test capere? Quid ergo nos? Audebimus
ne aliquid dicere ex hoc q̄d dictū est/ego
sum qui sum: Vel potius ex hoc q̄d dn̄m
dicere audistis/nisi credideritis quia ego
sum moriemini in peccatis vestris? Ita ne
his verbis meis tantillis ⁊ pene nullis au
debo disputare quid sit q̄d ait dn̄s christ⁹:
nisi credideritis quia ego sum? Audebo
ipsum dn̄m interrogare: audite me inter-
rogantem potius q̄ꝫ disputātē: Magis q̄-
rentem q̄ꝫ presumentē: Potius discentem
q̄ꝫ docentē: ⁊ certe in me vel per me etiam
vos interrogate. Presto est etiaz ipse dn̄s

† Tex. hz qr ego sum
† Al'. in pctō vestro

qui vbiq; est. Audiat interrogãdi affectũ et intelligẽdi p:estet effectũ. Nam ꝛ ego quibus verbis ꝛ forte aliquid capio/pducere possum qđ capio ad corda vra? Quis naz sufficit sonus: que suppetit eloquẽtia: que vires intelligẽdi: que facultas ꝓferẽdi. F Dicam ergo dño nro iesu christo: dicam ꝛ audiet me. Credo pſentẽ: oino non dubito. Ipse enĩ dixit. Ecce ego vobiscuz sum: vsq; ad ꝓsumationẽ seculi. O dñe ds noster. quid est qđ aisti: nisi crediderit is quia ego sum? Quid enĩ non est eoz que fecisti? nunqd celum non est? nunqd terra non est? Nunqd non sunt ea que in terra et in celo sunt? Nunqd homo ipse cui loq̃ris non est? Nunqd angelus quem mittis non est? Si oĩa sunt hec q̃ per te facta sũt: quid est qđ tibi ꝓpriũ quiddã tenuisti ipsum esse: qđ alijs ñ dedisti vt tu solus esses Nam quõ audio ego sum qui sum: quasi alia non sint? Et quõ audio: nisi crediderit is quia ego sum? Illi non erant qui audiebant? Et si peccatores erant: homines erant. Quid ergo facio? Quid sit ipsuz eẽ dicat corda: intus dicat: intus loquat. Homo interior audiat: mens capiat vere esse: est enim semper eodez modo esse. Res eĩ quelibet omnino quasi cepi disputare: et destiti querere. forte qđ audiui volo loqui. auditui meo det exultationẽ ꝛ vestro cum loquor: Res enĩ quelibet ꝓsus qualicunq; excellentia si mutabilis est/nõ vere est. Non enim est ibi verum esse: vbi est et non esse. Quicqd enĩ mutari potest: mutatũ non est qđ erat. Si nõ est quod erat: mors quedam ibi facta est. Peremptũ est aliquid ibi qđ erat: ꝛ non ẽ. Nigredo mortua est in capite albescẽtis senis: Pulchritudo mortua est in corpe fessi ꝛ incurui senis: mortue sunt vires in corpe languẽtis: mortua est statio in corpe ambulãtis: mortua est ambulatio in corpore stantis: mortua est ambulatio ꝛ statio in corpe iacẽtis mortua est locutio ĩ lingua tacẽtis. Quicquid mutatur ꝛ est qđ non erat: video ibi quandã vitam in eo qđ est: ꝛ mortez in eo qđ fuit. Deniq; de mortuo cum dicit: vbi est homo ille? Respondet: fuit. O veritas que vere es. Nam ĩ oĩbus actionib9 ꝛ motibus nostris ꝛ in omni prorsus agitatiõe creature duo tpa inuenio: preteritũ ꝛ futurum. Presens quero. nihil stat. Qđ dixi iã non est: Qđ dicturus sum nõdum est. Qđ vixi iam non est: qđ victurus sum nonduz est. Preteritũ ꝛ futurũ inuenio in oi motu rerum. In veritate que manet: preteritum ꝛ futurũ non inuenio sed solum pſens et hoc incorruptibilit qđ in creatura nõ ẽ. Discute rerũ mutatiões: inuenies fuit ꝛ erit Cogita deuz: inuenies est: Vbi fuit ꝛ erit esse non possit. G Sit ergo ꝛ tu sis: trãsce de tempus. Sed quis transcẽdet viriq9 suis? Leuet illuc ille qui patri dixit. Volo vt vbi ego sũ: ꝛ ipsi sint mecũ. Hoc itaq; ꝓmittens ne moriamur in peccatis nris: nihil aliud dñs iesus christus mihi videt his verbis dixisse nisi: nisi crediderit is qz ego sum. Prorsus nihil aliud mihi videt his ẋbis dixisse q̃ ẞ: nisi crediderit is quia deus ego suz. moriemini ĩ peccatis vris. Bene deo gratias: quia dixit: nisi crediderit is non dixit: nisi ceperit is. Quis enĩ hoc capiat? Aut vere quia ausus sum dicere ꝛ visi estis intelligere: aliquid de tanta ineffabilitate cepistis? Si ergo non capis: fides te liberat. Ideo ꝛ dñs non ait: nisi ceperit is qz ego sum: sed qđ poterãt dixit. Nisi crediderit is qz ego sum: moriemini in peccatis vestris: Et illi semp terrena sapientes et semp fm carnẽ audiẽtes ꝛ rñdentes: q̃d ei direrũt? Tu q̃s es? Non enĩ cũ dixisti nisi crediderit is qz ego sum: addidisti q̃d esses. Quis es vt credam9? Et ille Principiũ. Ecce qđ est eẽ: pncipiũ mutari nõ potest. Principiũ in se manet: ꝛ innouat oĩa. Principiũ est: cui dictũ est Tu aũt idẽ ipse es: ꝛ ãni tui nõ deficiẽt. Principiũ ait: q̃ ꝛ loquor vobis. Principium me credite ne moriamini in pctis vris Tanq; enĩ in eo qđ dixerũt tu q̃s es? Nihil aliud dixerũt q̃ q̃d te esse credimus. Rñdit. pncipiũ: id ẽ: pncipiũ me credite. In greco nanq; eloquio discernit: qđ non põt ĩ latino. Apud grecos eĩ feminini generis est principium. Sicut apud uos lex generis feminini ẽ: q̃ apud illos ẽ masculini. Sicut sapiẽtia ꝛ apud nos ꝛ apud illos: generis feminini ẽ. Cõsuetudo locutionis iõ p diũsas linguas variat genera vocabulor: qz ĩ ipsis reb9 nõ inuenis sexum Nõ enĩ sapia vere femina ẽ: cũ christus sit dei sapia: ꝛ christ9 apellet genere masculino/sapia feminino. Cũ ergo dicerent iudei tu q̃s es: Ille q̃ sciebat esse ibi quos-

Al'. dicebãt ergo ei

Al'. dicit eis iesus

ps. cj.

dam crediturosꝫ inde dixisse/tu quis es: vt scirēt quid illū credere deberēt: rñdit: principiū. Nō tanꝯ diceret p̄ncipiū sum: sed tanꝯ diceret: p̄ncipiū me credite. Qđ in sermone greco vt dixi euidenter aparꝫ vbi feminini generis est p̄ncipiū. Velut si vellet dicere se esse veritatē: ꝫ dicentib⁹ tu quis es: rñderit veritatē. cum videretur ad id qđ dictū est tu quis es: rñdere debuisse: veritas: id est. veritas sum: Sed altius respondit: cū videret eos ita dixisse tu qs es/ac si dicerēt. Qm̄ abs te audiuim⁹/ nisi crediderit⁹ qꝫ ego sum: quid te esse credimus? Ad hoc rñdit: p̄ncipiū. Tanꝯ diceret. P̄ncipiuꝫ me credite: Et addidit: q̄ et loquoꝫ vobis. id est. qꝫ humilis p̄p̄ vos fact⁹ ad ista verba descēdi. Nam si p̄ncipium sicuti est ita maneret apud p̄em ꝫ ñ acciperet formā serui ꝫ homo loqueretur hoīb⁹/quō ei crederēt: Luꝫ infirma cordis intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint. Ergo inquit credite me esse p̄ncipiū: quia vt credatis non solum sum sed ꝫ loquoꝫ vobis. Sed de hac re iā multū est loqui vobis. Placeat itaꝯ charitati vestre: vt qđ restat/illo adiuuāte seruemus crastino reddituri.

Explicit tractat⁹ triceſimuſocta uus: Incipit tractatus triceſimus nonus: Ab eo qđ dictū est: Multa habeo de vobis loq̄ et iudicare sed qui misit me verax est: vsq̄ ad id qđ dictū est: Et nō cognouerūt quia patrem eis dicebat deum:

Erba dñi no

eū. Et dixit ei iesus. Modo dies ille ē
inter lucem ⁊ tenebras discernēs. In iu-
diciū ego in hunc mundū veni vt
qui nō vident videat: et qui videt
ceci fiant. Quid ē hoc dñe? Magnā que
stionē fessis intulisti: sed erige vires no-
stras vt possimus intelligere quod dixisti
Venisti vt q̄ nō vidēt videant: Recte q2
lumē es: recte q2 dies es. recte q2 de tene-
bris liberas. Hoc oīs anīa accipit. oīs in-
telligit. Quid est h̄ qđ sequit̄: et q̄ vidēt
ceci fiant? Ergo ne quia venisti: ceci fiunt
qui videbant? Audi quid sequit̄: et forta
sis intelliges Cōmoti sūt ergo verbis istis
quidā ex ꝑhariseis: et dixerunt ei.
Nunquid et nos ceci sumus? Audi
iā quid est quod mouebat: et qui vident
ceci fiant. Dixit eis iesus. Si ceci es-
setis nō haberetis peccatū: cū sit ce
citas ipsa peccatū. Si ceci essetis. id est. si
vos cecos aduerteretis / si vos cecos dice-
retis ⁊ ad medicū curreretis: si ergo ita ce
ci essetis non haberetis peccatū: quia ve
ni ego auferre peccatum. Nunc vero
dicitis quia videmus: peccatū ve
strū manet. Quare? Quia dicendo vi-
demus / medicum non queritis: in cecitate
vestra remanetis Hoc est ergo quod pau
loañ non intellexeramus qđ ait: ego veni
vt qui non vident videant. Quid est vt q̄
non vident videant? Qui se nō videre cō
fitentur: et medicum querunt vt videant
et qui vident ceci fiant. Quid est q̄ vidēt
ceci fiant? Qui se putant videre et medi-
cum non querunt: et in sua cecitate per-
manent. Ergo istā discretōem vocauit iu
dicium cū ait: in iudiciū veni in hunc mū
dū: quo discernit cām credētiū ⁊ ꝯfitētiū
a superbis se videre putantib⁹: ⁊ ideo gra
ui⁹ excecatis Tanq̄m dixerit ei peccator
confitens et medicum querēs: iudica me ps̄: xlij
deus et discerne causam meam de gente
non sancta: illorum scilicet: qui dicūt / vi-
demus et eorum peccatum manet. Nō au
tē illud iudiciū iam intulit mūdo: quo de
viuis ⁊ mortuis ī fine seculi iudicabit. Se
cundū hoc enim dixerat: ego non iudico
quemquā: quoniā prius venit non vt iudi Joh. viij
cet mundum: sed vt saluetur mundus per
ipsum.

Explcit tractatus q̃dragesimus quartus Incipit tractat⁹ .xlv. Ab eo quod scriptũ est. amen amen dico vobis qui non intrat per ostium in ouile ouiũ sed ascẽdit aliũde ille fur est ⁊ latro. vsq; ad id quod ait. Ego veni vt vitam habeant et abundantius habeant

A

De illumĩato il/lo q̃ cec⁹nat⁹ ẽ: ꝑmo ad iudeos dñi exortus ẽ. Huic itaq; lectiõi hodiernã esse contextã/scire debuit ⁊ con moneri caritas vestra. Cum em̃ dominus dixisset: ĩ iudicium eniz ego veni in hunc mundũ/vt qui nõ vident videãt et qui vident ceci fiant/quod eo tpe quãdo lectuz est vt potuim⁹ exposuimus: quidã ex phariseis dixerũt. Nunq̃d et nos ceci sumus Quibus respondit dñs. Si ceci essetis: nõ haberetis peccatũ. Nunc autẽ dicitis/qꝛ videmus. peccatũ vestrũ manet. His verbis subiunxit ea que hodie cũ recitarent̃/audiuimus. Amen amen dico vobis qui nõ intrat per hostium in ouile ouium/sed ascẽdit aliunde: ille fur est et latro. Dixerunt enim se cecos non esse: videre autem tũc possent si oues xp̃i essent: Unde sibi vsurpabãt lumẽ: q̃ furebant ꝯtra diem? Propt̃ illorũ ergo vanã et superbã et insanabilẽ arrogantiã: dominus iesus ista contexuit: in quibus salubriter nos si aduertamus admonuit. Multi enĩ sunt qui scd̃m quãdã vite huius cõsuetudinẽ dicũtur boni homĩes/boni viri bone femine: innocẽtes/et quasi obseruãtes ea que in lege p̃cepta sunt: deferentes honorẽ parentibus suis/nõ mechãtes/nõ homicidium perpetrãtes/non furtũ faciẽtes/nõ falsum testimoniũ aduersus quem quã perhibentes/et cetera que in lege mãdata sunt/velut obseruantes: xp̃iani non sunt/et plerũq; se iactant quomõ isti. Nũ quid et nos ceci sum⁹? Quia vero ista omnia que faciũt/et nesciũt ad quẽ finem referant/inaniter faciunt: Dominus de grege suo et de ostio qua intratur ad ouile. si militudinẽ ꝓposuit ĩ hodierna lectiõe Dicant ergo pagani. Bene viuim⁹. Si ꝑ ostium non intrant: quid ꝓdest eis vnde gloriantur Ad hoc enĩ debet vnicuiq; ꝓdesse viuere: vt detur illi semꝑ viuere. Nã cui non datur semper viuere: quid prodest bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi sunt: qui finem bene viuendi vl' cecitate nesciũt/vel inflatione cõtempnũt. Nõ est autẽ cuiquã spes vera et certa semper viuendi/nisi agnoscat vitã quod est xp̃s: et per ianuam intret in ouile. Querunt ergo plerũq; tales hoĩes etiam persuadere hominib⁹ vt bene viuant: et xp̃iani nõ sint Per aliam partẽ volũt ascendere/rapere et occidere: nõ vt pastor ꝯseruare atq; saluare. Fuerũt ergo quidã philosophi de virtutibus et vicijs/subtilia mlta tractantes/diuidẽtes/definiẽtes/raciocinatiões acutissimas concludẽtes/libros inplẽtes/suam sapientiã buccis crepantibus ventilãtes: qui etiã dicere auderẽt hõinib⁹: nos sequimini: sectã nr̃am tenete/si vultis beate viuere. Sed non intrant per ostiũ: perdere volebant: mactare et occidere. Quid de istis dicam? Ecce ipsi pharisei legebãt et in eo quod legebant/xp̃m sonabãt: venturum sperabãt/et presentẽ non agnoscebãt. Iactabãt se etiã ip̃i int̃ videntes/hoc est inter sapiẽtes: et negebant cristũ et nõ intrabant per ostium. Ergo et ipsi si quos forte seducerẽt. mactandos et occidẽdos/non liberandos seducerẽt. Et hos dimittamus: videamus illos si forte ipsi intrãt per hostiuz: qui ipsi⁹ christi noĩne gloriantur. Innumerabiles enim sunt qui se vidẽtes non solum iactant: sed a christo illũinatos videri volunt. Sunt autẽ heretici. Forte ipsi per ianuã intrauerunt? Absit. Sabellius dicit. Qui fili⁹ est: ipse est pater Sz filius non est pater. Non intrat per hostiũ/qui filiũ dicit patrem. Arrianus dicit. Aliud est pater: aliud est filius Recte diceret si diceret alius/non aliud. Quando enim dicit aliud/ei cõtradicit a quo audit: ego et pater vnũ sum⁹. Nec ipse ergo per ostium intrat. Predicat enĩ christũ qualẽ sibi fingit: non qualem veritas dicit. Nomen habes: rem nõ habes. Alicui⁹ rei nomẽ est christus Tene ipsam rẽ: si vis ꝓd esse tibi nomẽ. Alius nescio vnde sit/sic̃ Fotinus:

Capitulũ.x.

Exodi.xx.

B

Joh.x.

Christus homo est inqt/deus nō est. Nec ipse intrat per hostium: qz christꝰ homo et deus est. Et quid opus est multa percurrere: et mlta vana heresum enūerare Hoc tenete: ouile xpi esse catholicā ecclesiam. Quicūq; vult intrare ad ouile /per ostiuz intret: xpm verū p̄dicet: non solū christū verū predicet: sz xpi gloriā q̄rat non suā. Nam multi querendo gloriaz suam: oues xpi sparserunt potius quā congregauerunt Humilis est enī ianua xps dominus. Qui intrat per hanc ianuā/oportet humilē esse vt sano capite possit intrare. Qui autē se nō hūiliat sed extollit: per macerīā vult ascendere. Qui autē per macerīā ascendit ideo exaltatur vt cadat. Tecte tamen ad huc loquitur dominus ihesus: nondum intelligitur. Nominat hostiū/nomīat ouile/ nominat oues/commendat hec omīa: sed nondum exponit. Legamus ergo: quia vē turus est ad ea verba/in quibus nobis aliqua que dixit dignetur exponere: ex quorum expositiōe dabit nobis fortasse etiaz illa que nō exposuit itelligere. Pascit em manifestis. exercet obscuris. Qui nō itrat per hostiū in ouile ouiū sed ascēdit aliunde. ve misero quia casurꝰ est. Sit ergo humilis: per ostiū intret: plano pede veniat/ z ñ offendat Ille inqt fur ē z latro/q̄ oues suas vult dicere oues alienas/ ad hoc suas. ideſt. furto ablatas: vt nō saluet sed vt occidat. Ergo fur est: quia qō alienum est suū dicit. latro quia et quod est furat⁹ occidit. **Qui autē intrat per ostium pastor est ouiuz. Huic ostiariꝰ aperit** De ostiario isto tunc queramꝰ: quando ab ipso dño audierimus qō sit ostiuz: et q̄ sit pastor. **Et oues vocē eiꝰ audiūt: et pprias oues vocat nominatim** Habet enī nomīa eoruz scripta in libro vite. Propas oues vocat nominatim. Hinc dicit apostolus. Novit dñs qui sunt eius. **Et adducit eas: et cū pprias oues emiserit āte eas vadit: et oues illū sequūtur: qa sciūt vocē eius. Alienum autē nō sequūtur: sed fugiūt ab eo: quia non nouerūt vocē alienoꝝ** Tecta sūt xba hec/plena questiōibus: grauida sacramentis. Sequamur ergo et audiamus magistrū ex his obscuris aliquid aperientē: et per id qō aperit/nos forte intrare fatientē. **Hoc prouerbiū dixit illis ihesus: illi autem non cognouerūt quid loqueret eis.** Forte nec nos. Quid ergo interest inter illos et nos: ante q̄ ista verba agnoscamꝰ et nos: Quia nos pulsamus vt apiatur nobis: illi autē xpm negādo nolebant intrare seruādi: sed foris remanere perdēdi. Quod ergo nos audimus hec pie: quod antequam illa intelligamus: credimus vera esse atq; diuina. magna ab istis diuersitate distamꝰ Cum enī duo audiūt verba euāgelij: vnꝰ impius/alter piꝰ: et talia sunt vt forte ambo nō intelligāt: vnus dicit nihil dixit/alius dicit verū dixit/et bonū est quod dixit: sed nos ñ intelligimꝰ. Iste qa credit ia pulsat/et dignus est cui apiatur si pulsare persistat: ille vero adhuc audiat: nisi credideritis nō intelligetis. Quare ista cōmendo: Quia etiā cū verba hec obscura sicut possum exposuero: aut qz valde sunt abdita vl ego eoz non apprehēdere intelligentiam: vel explicādi qō intelligo nō habuero facultatē: vel tam fuerit quisq; tardꝰ vt etiā exponentē nō sequat: nō de se desperet: maneat in fide: ambulet in via: audiat aplm dicētē: et si qd aliter sapitis: hoc q̄ vobis deus reuelabit: verūtamē in quod peuenimus: in eo ambulemꝰ. Incipiamꝰ ergo audire exponentē: quē audiuimus proponentē. **Dixit ergo iteruz eis ihesus Amen amē dico vobis: qa ego sum hostium ouium.** Ecce ipsum hostiū qd clausum posuerat aputt. Ipe est hostium: Agnouimꝰ / imtremꝰ: vt nos intrasse gaudeamus. **Omēs quotquot venerūt fures sunt et latrōes** Quid est hoc dicis mune: omnes quotqt venerūt: Quid em: Tu ñ inueniſti: Sed itellige. Omēs quotquot venerūt dixit: vtiq; preter me: Recolamus ergo Ante aduentū ipius venerūt pphete: nunquid fures z latrōes fuerunt: Absit. Non preter illum venerūt. quia cum illo venerūt. Venturus precones mittebat: sed eoz corda qs miserat possidebat Multis nosse quia cū illo venerūt: Qui ē ipse semper: carnem qppe accepit ex tēpore. Quid est ergo semp: In principio erat verbum. Cum illo ergo venerūt: qui cum

Thi.ij.

Esaie.vij:

Phil.iij.

Joh.j:

Joh.xiiij. verbo dei venerũt. Ego sum inquit via ⁊ veritas et vita. Si ipse est veritas. cum illo venerunt qui veraces fuerunt. Quotq̊t ergo preter illũ: fures sunt et latrões. i. ad furandũ et occidendum. **Sed non audierunt eos oues** Maior hec questio est: non audierunt eos oues. Ante aduentum domini nr̃i iesu xp̃i: quo humilis venit in carne: precesserunt iusti: sic in eum credentes venturũ: quomõ nos credimus in eum qui venit. Tempora variata sunt: non fides: quia et ipsa v̄ba ꝓ tempore variantur: cum varie declinantur. Aliũ sonũ habet venturus est: aliũ sonum habet venit. Mutatus est sonus: venturus est ⁊ venit. Eadem tamen fides vtrosq̃ coniũgit: et eos qui venturũ esse: et eos qui eũ venisse crediderunt Diuersis quidẽ temporibus: sed vtrosq̃ per vnuz fidei hostium: h̄ est per xp̃m videmus ingressos. Nos credimus dominum iesum xp̃m natũ ex virgine. venisse in carne: passum esse/resurrexisse/in celum ascendisse. Totũ hoc sicut verba auditis preteriti temporis: inpletũ esse iaz credimus. In eius sunt fidei societate nobiscum et illi patres qui crediderũt de v̄gine nasciturũ/passurum/resurrecturum/in celum ascensurũ. Illos enim ostẽdit apostolus: vbi ait. Habentes aũt eundem spiritũ fidei sicut scriptũ est: credidi propter qd̄ locutus sum: et nos credimus ꝓpter quod et loquimur. Propheta dixit. credidi ꝓpter qd̄ locutus sum: apostolus dicit: et nos credimus ꝓpter quod et loquimur. Ut scias autẽ qd̄ vna sit fides: audi dicentẽ. Habentes eundẽ spũm fidei et nos credim⁹. Sic et alio loco. Nolo enim vos ĩq̊t ignorare fratres: q̊a pr̃es nr̃i omnes sub nube fuerunt. et omnes mare trãsierunt: et omnes in moyse baptisati sunt ĩ nube et in mari. et omnes eandẽ escã spiritualẽ manducauerũt: et omnes eũdez potum spiritualẽ biberunt. Mare rubrum significat baptismũ Moyses ductor per mare rubrum: significat xp̃m. Populus transiens: significat fideles Mors egyptiorũz: significat abolicionẽ peccatorũ. In signis diuersis eadem fides: sic in signis diuersis quõ in v̄bis diũsis: qr v̄ba sonos mutãt ꝑ tp̄a: ⁊ vtiq̃ nihil aliđ sunt v̄ba q̃ signa. Significando enĩ verba sunt. Tolle significationẽ verbo: strepitus inanis est. Significata sunt ergo om̃ia. Nunq̊d nõ eadẽ credebant: per quos hec signa ministrabant̃: per quos eadẽ que credimus prophetata p̃nũciabant̃? Utiq̃ credebãt Sz illi vẽtura esse: nos autẽ venisse. Ideo autẽ sic ait. Eũdẽ potũ spiritualẽ biberunt. Si spiritualẽ eundem: nam corp̄alẽ nõ eundẽ Quid enĩ illi bibebãt? Bibebant enĩ đ spirituali sequente petra: petra autẽ erat xp̃s Uidete ergo: fide manente/signa variata. Ibi petra xp̃s: nobis christus qd̄ in altari dei ponitur. Et illi pro magno sacremẽto eiusdẽ christi biberunt aquã ꝓfluentẽ de petra: nos quid bibamus norunt fideles. Si speciem visibilẽ intendas: aliud est. Si intelligibilẽ significationẽ. eũdẽ potũ spũalez biberũt. Quotq̊t ḡ illo tp̄e crediderũt vel abrae vl̄ ysaac vl̄ iacob. vl̄ moysi: vl̄ alijs patriarchis: alijsq̃ ꝓphetis xp̃m prenunciantibus: oues erant. et christũ audierunt: Non alienã vocẽ: sz ip̄i⁹ audierũt. Iudex fuerat in precone: quia et quãdo iudex loquit̃ ꝑ preconẽ: exceptor nõ facit: p̃co nõ dixit: sz iudex dixit. Alij sunt ergo quos non audierũt oues: in q̊bus non erat vox xp̃i: errantes/falsa dicẽtes/ inania garriẽtes: vana fingentes: miseros seducentes.

ij.Cor.iiij. ps̃.xv j.Cor.x.

Quid est ergo quod dixi? Maior hec questio ẽ Quid habet obscurũ: et ad ĩtelligendũ difficile? Audite obsecro. Ecce dñs ipse iesus xp̃s venit: p̃dicauit. Utiq̃ multo magis vox pastoris erat: exp̃ssa ipso ore pastoris. Si enĩ per prophetas vox pastoris erat. quanto magis vocem pastoris proferebat lingua ipsa pastoris? Non omnes audierunt. Sed q̊d putam⁹? Qui audierunt oues erũt? Ecce audiuit iudas et lupus erat. Sequebatur. sed pelle ouĩa tectus: pastori insidiabatur. Aliq̊ vero eorum qui christum crucifixerũt: non audiebant et oues erãt Ipsos enĩ videbat ĩ turba: quãdo dicebat. Cum exaltaueritis filium hominis: tũc cognoscetis quia ego sũ Quomõ ista soluitur questio? Audiũt nõ oues: et non audiunt oues. Sequũtur vocem pastoris quidã lupi/et ei quedam cõtradicunt oues: postremo pastorem occidunt oues. Soluitur questio: Respondit

enim aliquis et dicit. Sed quãdo non au-
diebant oues nõduz erant: tũc lupi erant
Vox audita eos mutauit: ⁊ ex lupis oues
fecit. Quãdo autẽ facte sunt oues: audie
runt: et pastorez inuenerunt: pastorẽq; se-
cute sunt. Pastoris promissa sperauerunt
quia iussa fecerũt. Soluta est vtcũq; ista
questio: et cuiq̃ forte sufficiat. Me autem
adhuc mouet: et quid me moueat cõmuni
co vobiscũ: vt quodãmõ q̃rens vobiscũ
reuelante illo vobiscuz merear inuenire.
Quid ḡ me moueat accipite? Per ezechi
.xxxiiij. elem ꝓphetam dominus obiurgat pasto-
res: et dicit inter cetera de ouib⁹ Errantẽ
ouez non reuocastis: Et errantẽm dicit et
ouẽ appellat. Si quãdo errabat ouis erat.
cuius vocez vt erraret audiebat? Procul
dubio eniz non erraret: si vocẽ pastoris au
diret. Sed ideo errauit: quia vocem au-
diuit alieni: vocem furis et latronis audi-
uit. Certe latronũ voces nõ audiũt oues
Qui venerunt inquit/ ⁊ intelligim⁹ preter
me. idest. qui venerũt preter me. fures sũt
et latrones: et non audierũt eos oues. Do
mĩe si non audierũt eos oues: quomõ er-
rant oues: si oues non audiũt nisi te? Tu
autẽ veritas es. Quisq̃s veritatẽ audit: ñ
Joh. xiiij: vtiq; errat. Illi autẽ errant: et oues appel-
lantur. Nam si in errore ipso oues nõ ap-
pellarentur: nõ diceret̃ per ezechielẽ pro-
phetã. Errantẽ ouem nõ reuocastis. Quo
modo ei errat: ⁊ ouis est? Vocẽ alieni au
diuit? Certe nõ audierunt eos oues. De-
inde mõ multi colligunt̃ ad ouile christi: ⁊
ex hereticis fiunt catholici: A furibus tol
luntur: pastori reddunt̃: Et alieni qñ mur
murãt: tediũ paciunt̃ ad reuocãtẽ: ⁊ nõ in
telligũt iugulãtẽ. verũtñ etiã cũ renitẽtes
venerũt que oues sũt: agnoscũt vocẽ pa
storis: et se venisse letantur: et errasse cru-
bescunt. Quando ergo in illo errore tanq̃
in veritate gloriabant̃: et vtiq; non audie
bant vocem pastoris: ⁊ alienũ ideo seque
bantur: oues erant an non erant? Si oues
erant: quomodo alienos oues audiunt?
Si oues non erant: quare obiurgantur illi
quibus dicit̃: errantẽ ouem non reuocastis
Ipsis etiam iam factis catholicis christia-
nis/ bone spei fidelib⁹/ aliquãdo mala cõ-
tingunt: seducunt̃ in errorem: et post erro
rem renocant̃. Quando seducti sunt in er
rorẽ ⁊ rebaptisati sunt: aut post ouilis do
minici societatẽ rursus in errorẽ pristinuz
reuoluti sunt: oues erãt an non erãt? Uti
q; chatolici erãt. Si catholici fideles erãt
oues erãt. Si oues erãt: quomõ vocẽ alie
ni audire potuerunt: cũ dominus dicat/ nõ
audierũt eos oues? Audistis fratres alti f
tudinem questiõis. Dico ergo: Nouit do-
min⁹ qui sunt ei⁹. Nouit prescitos: nouit
predestinatos. De illo quippe dicit̃: quos
autẽ presciuit et predestinauit: cõformes Thi. ij.
fieri imaginis filijs sui: vt sit primogenit⁹
in multis fratrib⁹. Quos autẽ predestina
uit: ipsos et vocauit. Et quos vocauit: ip-
sos et iustificauit/ quos aũt iustificauit: ip
sos et glorificauit. Si de⁹ pro nobis: quis-
contra nos Adde adhuc: qui proprio filio
suo non pepcit: sed pro nobis omnib⁹ tra- Rho. ij.
didit eum: quomõ etiã nõ cum illo omnia
nobis donauit? Sed quib⁹? Nobis presci
tis: et predestinatis/ iustificatis. glorifica-
tis: de quibus sequit̃. Quis accusabit ad-
uersus electos dei? Nouit domin⁹ qui sũt
eius: ipse sunt oues. Aliqñdo se ipe nesci
unt: sed pastor nouit eas. Secundũ istam
predestinatõem. secundũ istaz dei presciẽ
tiam: secundũ electiõem ouiũ: ante consti
tutiõem mundi. Secundũ istam ergo pre
sciẽtiam dei: et predestinatiõem: quã mul
te oues foris: quã multi lupi intus Et quã
multe oues intus: et quam mlti lupi foris
Quid est quod dixi. Quam mlte ones fo
ris? Quam multi modo luxuriant̃: casti fu
turi. Quam multi blasphemãt christũ: cre
dituri in christũ. Quã multi se inebriãt: fu
turi sobrij: Quam multi rapiũt res alienas
donaturi suas. verũtamẽ modo vocẽ alie
nam audiũt. alienos sequũtur. Itez quaz
multi intus laudãt/ blasphematuri. Casti
sunt/ fornicaturi. Sobrij sũt/ se vĩo postea
sepulturi. Stãt/ casuri: ⁊ nõ sunt oues. De
predestĩatis em̃ loquimur De his loq̃mur
quos nouit domin⁹ qui sunt ei⁹. Et tamẽ
ipsi quãdiu recte sapiunt: christi vocez au
diunt. Ecce audiũt ipsi: non audiunt illi.
et tamen secundũ predestĩationẽ nõ oues
isti/ oues illi: Adhuc manet questio: q̃ mi-
hi interim nunc videtur ita posse dissolui.
Est aliqua vox: est inquã vox aliqua pa-

storis: in qua oues nõ audiunt alienos: in qua non oues audiunt christum. Que est ista vox? Qui perseuerauerit vsq̃ in finẽ: hic saluus erit. Hanc vocem non negligit proprius: non audit alien⁹. Nã et ille hoc ei predicat: vt perseueret apud ipsuz vsq̃ in finem Sed non apud eum perseuerãdo non audit hanc vocem. Uenit ad christũ: audit alia/et alia verba/illa et illa: omnia vera: sana omnia: inter que omnia est et illa vox: qui perseuerauerit vsq̃ in finem hic saluus erit: istam qui audierit ouis est Sed audiebat illam nescio quis: ⁊ desipuit/refriguit/audiuit alienã. Si predestinatus est: ad temp⁹ errauit: in eternũ nõ perijt: redit vt audiat qđ neglexerit: faciat qđ audiuit. Si enĩ de his est q̃ predestĩati sunt: et errorez ipsius deus presciuit: et cõuersionẽ futuraz Si aberrauit: redit vt audiat illã vocem pastoris: ⁊ sequatur dicẽtem: qui perseuerauerit vsq̃ in finẽ hic saluus erit. Bona vox fratres/vera/pastoralis: ipsa est vox salutis in tabernacul' iustorum. Naz facile est audire christũ: facile ẽ laudare euãgeliũ: facile est acclamare disputatori. Perseuerare vsq̃ in finem. hoc est ouiuz vocẽ pastoris audientiũ. Temptatio accidit: perseuera vsq̃ in finẽ: quia temptatio non ꝑseuerat vsq̃ in finẽ. Usq̃ in quem finem perseuerabis? Quousq̃ finies viam. Quãdiu enĩ non audis christũ aduersarius tuus est in ista via: hoc est in ista mortali vita. Sed quid dicit. Concorda cũ aduersario tuo cito: dum es cum eo in via Audisti/credidisti/concordasti. Si aduersabaris concorda: si tibi prestitũ est concordare Si aduersabaris cõcordia: noli vlteri⁹ litigare. Quãdo enĩ finiatur via nescis: sz tñ scit ille. Scit ille si ouis es: ⁊ si ꝑseueraueris vsq̃ in finẽ salu⁹eris Ac per hoc istam vocem non cõtempnunt sui. nõ audiunt alieni. Ut potui vt ipse donauit profundã multum questionẽ: aut exposui vobis: aut tractaui vobiscuz. Si qui min⁹ intellexerunt/maneat pietas: et reuelabit̃ veritas. Qui autẽ intellexerunt. non se extollant quasi celeriores sup tardiores: ne extollendo se exorbitent: et facili⁹ perueniant tardiores. Omẽs autẽ perducat cui dicimus. Deduc me domĩe ĩ via tua: ⁊ ambulabo in veritate tua. Per h̃ ergo quod exposuit dñs q̃a ipse est hostiũ: ĩtrem⁹ ad ea que proposuit: nec exposuit. Et pastor quidem quisnam sit: quãuis non dixerit in ista lectione que hodie recitata est: tamen in ea que sequitur apertissime dicit. Ego sum pastor bonus. Quod et si non diceret: quem aliũ preter ipsum intelligere deberemus in eis verbis vbi ait/qui ĩtrat per hostiũ/pastor est ouium/huic ostiari⁹ aperit: et oues eius vocẽ audiunt: et ꝓprias oues vocat nominatiz et educit eas: et cum ꝓprias oues emiserit. ante eas vadit et oues eum sequunt̃ quia sciũt vocẽ ei⁹? Quis enĩ alius oues ꝓprias vocat nomĩatim: et educit eas hinc ad vitam eternam: nisi qui nouit nomina predestinatoꝝ. Unde ait discipulis suis. Gaudete: quia noĩa vestra scripta sunt in celo. Hinc enĩ vocat eas noĩatim. Et quis alius eas emittet: nisi qui earũ peccata dimittit: vt eum sequi duris liberate vinculis possint? Et q̃s eas precessit quo eum sequant̃: nisi qui surgẽs a mortuis iam non moritur. et mors ei vltra non dñiabit̃? Et cũ hic conspicu⁹ esset ĩ carne: ait. Pr̃ q̃s đdisti mihi volo vt vbi ego sum: et ipsi sint mecũ Uñ illđ qđ ait.

G Math. v.

Luce. x.

Rho. vj.

Joh. xvij

Ego sum ostium: per me si quis introierit saluabitur: et ingredietur et egredietur et pascua inueniet.

In hoc euidenter ostendit: non solũ pastorem sed etiã oues intrare per ostiũ. Sz quid est ingredieť et egredietur ⁊ pascua inueniet? Ingredi quippe in ecclesiam per hostiũ christum valde bonũ est: exire aũt de ecclesia sicut ait iste ipse iohãnes euangelista in epistola sua: ex nobis exierũt: sz non erant ex nobis: non est vtiq̃ bonum. Talis ergo egressus non posset a bono pastore laudari: vt diceret ⁊ ĩgredieť et egredietur: et pascua inueniet. Est ergo aliq̃s non solũ ingressus verumetiã egressus bonus: per hostium bonũ quod est christus. Sed quid sit iste laudabilis ⁊ beat⁹ egressus? Possem quidẽ dicere ingredi nos qñ interius aliquid cogitamus: egredi autez quãdo exterius aliq̃d operamur. Et quoniaz sicut dicit apostol⁹: per fidez habitat christus in cordib⁹ nostris: ĩgredi per xp̃z esse secundum ipsam fidem cogitare: egredi autem per christum secundum ipsam fi-

H

j. ioh. ij.

Eph. iij.

dem etiam foris. idest. coram hominibus operari. vnde et ī psalmo legitur: exiet homo ad op⁹ suum. et ipse domin⁹ dicit. Luceant opa vestra coram hominibus. Sed plus me delectat: quod ipsa veritas tanq̄ pastor bonus. et ideo bonus doctor quodammodo nos admonuit quēadmodū intelligere debeam⁹: quod ait: ingredietur et egredietur ⁊ pascua inueniet: cōsecut⁹ adiunxit. **Fur non venit: nisi vt furetur et mactet et perdat: ego veni vt vitam habeant et abundancius habeant.** videtur eniz mihi dixisse vt vitam habeant ingrediētes: et abundantius habeant egredientes. Non autem potest quisq̄ per hostiū. idest. per christū egredi ad vitā eternam que erit et specie. nisi per ipsuz hostiū: hoc est per eundē christuz in ecclesiam eius que est ouile eius intrauerit ad vitam tēporalē que est in fide. Ido ait: ego veni vt vitam habeant: hoc est fidem que per dilectionē opatur. Per quā fidem in ouile ingrediunt̄ vt viuant: quia iust⁹ ex fide viuit: ⁊ abundancius habeāt qui perseuerando vsq̄ in finē per illud hostium. i. per fidem christi egrediuntur: qm̄ veri fideles moriuntur: ⁊ abundantius habebunt vitam/ veniēdo quo pastor ille p̄cessit: vbi nunq̄ deinde moriantur Quamuis ergo et hic in ipso ouili non desint pascua: quoniā ad vtrumq̄ possimus intelligere qd̄ dictū est et pascua īueniet. i. ⁊ ad ingressum et ad egressum: tamen tunc vera pascua inuenient vbi saturentur q̄ esuriunt et sitiunt iusticiam: qualia pascua inuenit cui dictum est: hodie mecum eris in paradiso. Quomodo autē ipse sit hostiuz ipse pastor: vt per seipsuz quodamō etiā ipse ingredi et egredi intelligatur: et quis nam sit hostiarius: longum est hodie querere: et disserendo sicut ipse donauerit explicare.

Ps. ciij. Math: v. Gal. v. Ro: j. Math. x. Math. x. Luc: xxij.

Explicit tractatus q̄dragesimus q̄nt⁹. Incipit tractat⁹ q̄dragesim⁹ sextus. Ab eo qd̄ dictuz est Ego sū pastor bonus: bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis Vsq̄ ad id quod ait: mercēnarius autem fugit quia mercēnarius est: et non pertinet ad eum de ouibus

A

Loquens dominus iesus ouibus suis ⁊ presentibus ⁊ futuris: que tunc aderāt que erant ibi iam oues eius: erātq̄ que future erant eius oues: itē presentib⁹ ⁊ futuris/ ⁊ illis et nobis: ⁊ q̄tq̄t etiā post nos fuerit oues eius: quis ad eas missus esset ostendit. Omnes ergo audiunt vocem pastoris sui dicentis. **Ego sum pastor bonus.** Non adderet bonus: nisi essent pastores mali. Sz pastores mali: ipsi sunt fures et latrones: aut certe vt multū mercēnarij. Omnes enī hic p̄sonas quas posuit requirere/ distinguere nosse debem⁹. Apuit enim iā duas res dn̄s: quas quodāmō clausas p̄posuerat. Jam scim⁹ quia hostium ip̄e ē: scimus q̄a pastor ipse est Fures et latrones qui sint: in hesterna lectiōe patefactū est. Hodie aūi audiuim⁹ mercēnarium: audiuim⁹ et lupū: heri noīatus est et hostiarius. In bonis ergo hostiū est et hostiari⁹/ pastor et ouis: In malis fures ⁊ latrones/ mercēnarij/ lupus. Ostiū dominum christū accipim⁹: ip̄m pastorez/ ip̄m hostiariū Quia em̄ hec duo ip̄e exposuit: hostiariū nobis reliquit querendū Et q̄d ait de hostiario? Huic inq̄t hostiari⁹ aperit. Cui aperit? Pastori. Quid apit pastori? Hostiū. Et q̄s ē ipsū hostiū? Ipse pastor. Nunq̄d si dominus christus nō exposuisset: non ipse dixisset: ego sum pastor ⁊ ego sum hostium: auderet quisq̄ nostruz dicere quod ipse xp̄s sit et pastor ⁊ ostiuz Si enī diceret ego sum pastor et non diceret ego sum hostiuz: quesituri eram⁹ quis esset hostiū: ⁊ forte aliud putātes ante hostium remansuri: gratia illius et misericordia nobis exposuit pastorē: seipsuz dixit: exposuit hostium: seipsum dixit. hostiarium querendum nobis reliquit. Quem nos dicturi sumus hostiariū? Quemlibet inuenirem⁹. Cauendū est ne maior existimet̄ q̄ ip̄m hostiū: q̄a hostiari⁹ in domib⁹ homīū maior ē ostio. Ostiari⁹ enī hostio/ nō ostiū preponitur ostiario: q̄a ostiarius ostiuz/ non ostium custodit ostiariuz. Nō audeo dicē aliquē hostiariū maiorē Audi

ui enī iam q̄d sit ostiuz. Non me latet: nō
suz dimissus p̄iecture mee: nō mihi huma-
na est relaxata suspicio. Deus dixit/ve-
ritas dixit: mutari non potest quod immu
tabilis dixit. Dicā ergo in huius p̄ofū di-
tate questiōis: quid mihi videtur. Eligat
vnusquisq; quod placet: pie tñ sentiat sic
Sapiē.j. scriptum est. Sentite de domino in boni-
tate: et in simplicitate cordis querite illuz
B Ostiarium forte ipsum dominū debemus
accipere. Multo sunt enim inter se di-
uersa in rebus hūanis/ pastor et ostiuz/q̄
ostiarius et ostium: et tñ dominus t pasto
rem se dixit: et ostium. Cur ergo non itel-
ligamus ipsum et hostiariū? Si enī consi-
remus ꝓp̄rietates / dominus xp̄s nec pa-
stor est sicut cōsueuim⁹ nosse et videre pa
stores. nec hostiū est: non enī euz faber fe
cit Si autē secundū aliquam similitudinē
et hostiū et pastor est: audeo dicer t ouis
est. Quis nempe sub pastore est. Tamen
ille et pastor est et ouis. Ubi est pastor?
Ecce hic habes: lege euangeliū: Ego sum
pastor bon⁹. Ubi ē ouis? Interoga ꝓpbe-
tā. Sic ouis ad īmolādū duct⁹ ē Ubi ē ag
Esa.xxiij u⁹? Interroga amicū sponsi. Ecce agnus
Joh.j. dei: ecce qui tollit peccata mundi: Adhuc
aliquid secundū istas similitudines mira-
bilius sum dictur⁹. Et agnus enī et ouis t
pastor: inter se amica sunt. Contra leones
aūt a pastorib⁹ oues custodiri solent: t ta
Apo.v. men de xp̄o cum sit ouis et pastor legimus
dictum: vicit leo de tribu iuda. Hec omia
fratres secundū similitudies accipite: nō
secundū ꝓp̄rietates. Solemus videre pa
stores sedere supra petraz: t inde commis
sa sibi pecora custodire. Utiq; melior pa-
stor quā petra/ super quam sedet pastor:
et tamen christus/et pastor et petra. To-
tum hoc secundū similitudiem: Proprie-
tatem autē si queras a me: in p̄ncipio erat
Joh.j. verbum: et verbū erat apud deum: et de⁹
erat verbum. Si queras a me ꝓp̄rietatez:
filius vnicus de patre in eteruū ab eterno
genitus: equalis gignenti: per quem facta
sunt omnia: cū patre incōmutabilis: et ac-
cepta forma hominis nō mutatus: ex ica
natiōe homo: filius hominis et filius dei.
Hoc totū quod dixi: nō similitudo sz res
est. Non ergo pigeat nos fratres secundū
q̄sdā similitudies ipm accipē hostiū: ipm
hostiariū? Quid ē em̄ hostiū? Quo intra-
m⁹ Quis ē hostiari⁹? Qui apit. Quis g̃ se
aperit: nisi qui seipsum exponit? Ecce do
minus dixerat hostiū: non intellexeramus
Quādo nō intellexim⁹ clausuz erat: qui
aperuit ipseest hostiari⁹. Nulla ē ergo ne
cessitas aliq̄d aliud querere: nulla neces-
sitas: sed fortasse est voluntas. Si est vo-
luntas: noli exorbitare Noli a trinitate di
scedere. Si personam aliquam queris ho
stiarij: spiritussanctus occurrat. Non enīz
dedignabitur hostiari⁹ esse spiritussanct⁹
quando ipm hostiū eē dignatus est filius.
Vide hostiariū: forte spiritūsanctū. Ipe
dominus discipulis suis de spiritusancto
dicit. Ipse vos docebit omnem veritatem Joh.xv
Ostium quid est? Christ⁹. Quid est chri-
stus? Veritas. Quis aperit ostiū: nisi qui
docet omnē veritatē? De mercennario C
autem quid dicim⁹? Non in bonis hic cō-
memoratus est. **Pastor bonus ait:
animam suam dat pro ouibus su-
is. Mercennarius et qui non est
pastor cuius non sunt oues ꝓprie
videt lupum venientem: et dimit-
tit oues et fugit: et lupus rapit et
dispergit oues.** Non hic bonam perso
nam mercennarius gerit: et tamen in aliq̄
vtilis est. Nec mercēnarius diceretur: nisi
acciperet a conducende mercedem. Quis
est ergo iste mercēnarius: et culpabilis et
necessarius? Hic xo fratres luceat nobis
ipse domin⁹: vt et mercēnarios intelliga-
mus. et mercēnarij non simus. Quis est g̃
iste mercēnari⁹? Sūt q̄dā ecclesie p̄positi viij.q.i
quibus paulus apostol⁹ dicit: sua queren Cor.iij.
tes non que iesu christi. Quid est sua que
rentes? Non christuz gratis diligētes: nō
deuz ꝓpter deū querentes: tempozlia cō
moda sectantes/ lucris inbiātes: honozes
ab hominib⁹ apetentes. Hec quādo amā
tur a p̄epositō et ꝓpter hoc seruitur deo:
quisq̄s est talis mercēnarius est: int filios
se non cōputet. De talib⁹ enim et domi-
nus dicit. Amen amē dico vobis: percepe Matb.vi
runt mercedez suam. Audi dē thimotheo
sancto. quid dicat apostolus paul⁹. Spe- Phil.ij.
ro autem in domino iesu thimotheū cito
me mittere vobis: vt et ego bono animo

sim: cum cognouero que circa vos sint. Neminē enī habeo tam vnanimē/ qui germane de vobis sollicit⁹ sit: omnes enī sua querunt:non que iesu christi Inter mercēnarios pastor ingemuit:Quesiuit aliquez qui sinceriter diligēt gregē xp̄i: et circa se in eis qui cum illo eo tpe fuerāt non inuenit. Non enī in ecclesia christi tunc preter paulū apostolū et thimotheū nemo erat qui germane de grege sollicitus esset: sed contigerat vt eo tempore quo thimotheū misit:circa se aliū de filijs non haberet: sz soli mercennarij cū illo essent:sua querentes non que iesu christi.Et tamē ipse germane de grege sollicitus :maluit filiū mittere.et inter mercennarios remanere. Inuenimus et mercēnarios. Non eos discutit nisi dñs:qui cor ispicit ipse discutit: Tamen aliqñ itelligunt a nobis. Non enī frustra dixit ipse domin⁹ etiā de lupis:ex fructibus eor congnoscetis eos Multos iterrogant tēptatiōes:z tunc aparent cogitationes:multi autē latent: Habet ouile domini prepositos: et filios et mercennarios Prepositi aūt qui filij sunt: pastores sunt Si pastores sunt:quomō vnus pastor:nisi quia sunt illi oñes vnius membra pastoris:cuius sunt oues proprie ? Nam et ipsi membra sunt ipsius vnius ouis.quia sicut ouis ad immolandum ductus est: Audite autē quia et mercēnarij necessarij sunt.

D Multi q̄pe in ecclesia cōmoda terrena sectātes xp̄m tamē predicat: et p eos vox xp̄i auditur:et sequūtur oues non mercenariū:sed vocem pastoris per mercennarium. Audite mercēnarios: ab ipso domīo demōstratos. Scribe inq̄t et pharisei cathedrā moysi sedēt: que dicūt facite que aūt faciunt facere nolite. Quid aliud dixit:nisi per mercēnarios vocē pastoris audite ? Sedēdo enī cathedrā moysi : legē dei docent:ergo per illos deus docet. Sua vero illi si velint docere: nolite audire/nolte facere. Certe enim tales sua querūt nō que iesu xp̄i. Nullus tū mercēnarius ausus est dicere populo xp̄i :tua quere nō que iesu christi. Qui enim male facit:non predicat de cathedra xp̄i.inde ledit vnde male facē non vnde bona dicit. Botrū carpe/spinā caue: Bene q̄a intellexistis:sed propter tardiores dicā hoc idem plani⁹. Dō mō dixi botrum carpe spinaz caue: cum dominus dicat:nunq̄d colligūt ō spinis vuā aut de tribulis ficus? Verū est omnino:et etiam verū ego dixi/botrum carpe/spinaz caue: quia botrus aliqū de radice vitis exortus pendet in sepe:crescit palmes: inserit spinis.et portat fructū spina non suum: Non enī spinaz vitis attulit : sed spinis palmes īcubuit. Noli introgare nisi radices :Que re radicē spine:extra iuēies a vite .Quere originē vue: vitis hanc ptulit ex radice Catedra ergo moysi/vitis erat: pharisei malos:palmes in sepe Botrū inter spinas caute lege:ne dum queris fructū/laceres manū.Et cum audis bona dicentē:ne imiteris mala faciētē : Que dicūt facite.legite vuas:que autez faciūt facere nolite.cauete spinas:Etiā per mercēnarios vocem pastoris audite.Sed nolite esse mercennarij:cū sitis membra pastoris: Ipse aūt paulus apostolus sctūs qui dixit: neminez habeo qui tam germane de vobis sollicitus sit:omnes enī sua querūt nō que iesu xp̄i. alio loco inter mercēnarios filiosq̄ distinguens:videte quid dixerit.Quidam per inuidiam et contentionē:quidā vero et per bonam voluntatē xp̄m predicāt:quidā ex caritate:scientes quia in defēsione euāgelij positus sum : quidā vero et per contumaciam christum annunciant : non caste existimantes tribulatōem suscitari vinculis meis. Isti mercēnarij erant : paulo apostolo inuidebāt.Quare inuidebāt:nisi quia temporalia requirebāt: Sed quid adiungit attendite.Quid enīz? Cum omnino siue occasiōe siue veritate xp̄s annūcietur:et in hoc gaudeo : sed et gaudebo. Veritas est christus. veritas a mercēnariis occasione anūcietur :veritas a filijs veritate anuncietur. Filij eternam hereditatem patris pacienter exspectant: Mercennarij temporalem mercedē conducentes: festinanter exoptant. Mihi humana gloria cui mercēnarios īuidere video minuatur:et tamē per linguas mercennarior et filiorū diuina xp̄i gloria diffamet: cū siue occasione siue veritate xp̄s annuncietur.

E Videmus qui sit etiā mercēnari⁹ Quis

Joh. xxiij. Matth. vij. Matth. vij. Phil. j.

est lupus nisi diabolꝰ? Et quid dictum est de mercennario? Cum viderit lupũ veniẽtẽ fugit: q̃a nõ sunt eius oues ꝓprie/nec ei cura est de ouibꝰ. Nunq̃d talis erat apl's paulus? Absit. Nunq̃d talis petrus? Absit. Nunq̃d tales ceteri apostoli: excepto iuda filio ꝑditiõis? Absit Pastores ḡ illi? Plane pastores. Et vñ vnꝰ pastor? Jã dixi pastores/ qꝛ mẽbra pastoris illo capite gaudebãt: sub illo capite ꝯcordabãt: vno spũ ĩ vniꝰ corꝑis ꝯpage viuebãt: ac per h̃ om̃es ad vnũ pastorẽ ꝑtinebãt Si ḡ pastores non mercẽnarij: quare fugebant quan persecutionem paciebant̃? Expone nobis

ij. Chor. x. O dñe: vidi in epistola fugientẽ paulum: per murum in sporta submissus est: vt manus persequẽtis euaderet. Non ergo illi cura fuit de ouibꝰ: quas lupo veniẽte deserebat? Fugit plane/sed eas pastori ĩ celo sedenti orationibus conmendabat. Se autẽ vtilitati earũ fugiẽdo seruabat: sicut quodã loco ait. Manere in carne necessa-

Phil. j. rium duxi ꝓpter vos. Ab ip̃o nanq̃ pastore: omnes audierãt. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam. Hanc nobis questionẽ dñs dignet̃ exponere Domine tu dixisti eis quos fideles pastores esse vtiq̃ volebas: quos tua membra esse formabas: si vos ꝑsecuti fuerint fugite In iuriam ergo illis facis quãdo reprehẽdis

Math. x. mercẽnarios: q̃ vidẽt lupũ veniẽtẽ ⁊ fugiunt Rogamꝰ indices nobis: q̃d habeat altitudo questiõis: Pulsemꝰ: aderit qui apiet se/hostiarius hostij quod est ip̃e Quis est mercenarius? Qui vidit lupũ et fugit:

Col. iij. qui sua querit nõ que iesu christi: Peccã-

j. Thi. v. tem nõ libere audet redarguere. Ecce nescio quis peccauit/grauiter peccauit: ĩcrepandus est: excomũicandus est. Sed exconmunicatus inimicus erit: insidiabitur: nocebit cum potuerit. Jam ille q̃ sua querit nõ que iesu xp̃i ne ꝑdat q̃d sectatur humane amicicie cõmoditatẽ: et inimiciciaꝝ humanarũ incurrat molestiã: tacet nõ corripit. Ecce lupꝰ oui gutt̃ app̃rehẽdit: diabolus fideli adulterium persuasit: Tu taces nõ increpas: O mercẽnarie: lupum venientẽ vidisti et fugisti: Respõdet forte et dicet Ecce hic sum non fugi. Fugisti: quia tacuisti: Tacuisti: quia timuisti Fuga animi timor est: Corꝑe stetisti: spiritu fugisti: Quod ille non faciebat qui dicebat: et si corꝑe absens sum: spiritu vobiscũ sũ Quo modo em̃ spũ fugebat: qui etiã corꝑe absens fornicatores litteris arguebat. Affectiões nostre motꝰ animorũ sunt: Leticia animi diffusio. Tristicia/animi cõtractio: Cupiditas ãimi progressio. Timor animi fuga est. Diffunderis em̃ animo/cũ delectaris. Contraheris animo/cũ molestaris Progrederis animo/cũ appetis. Fugis animo/cũ metuis. Ecce vnde ille mercẽnarius viso lupo dicit̃ fugere. Quare? Qꝛ non est ei cura de ouibus Quare nõ est ei cura de ouibꝰ? Quia mercẽnarius est. Quid est mercẽnariꝰ est? Tẽporalem mercedẽ querit: et in domo ineternuꝫ non manebit. Sunt adhuc h̃ querẽda: ⁊ discucienda vobiscũ: sed onerare vos non ẽ consilij. Dñica enĩ cybaria cũ seruis ministramus: in pascuis dñicis oues pascimus et simul pascimur. Sicut nõ est neganduꝫ quod necessariũ est: sic nõ est cor infirmuꝫ pabuli multitudĩe pregrauandũ. Non sit ergo molestũ caritati vr̃e: quia om̃ia que hic adhuc discuciẽda arbitror/ hodie non discutio: sed iterũ nobis in nomĩe dñi diebus reddendi sermõis/eadem lectio recitabitur: et diligent̃ illo adiuuãte tractabit̃

Col. ij.

Textus bet merc rius aut git qꝛ me narius e non pert ad eũ de bus.

Explicit tractatꝰ. xlvj. Incipit tractatus. xlvij. Ab eo quod dictum ẽ Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas et cognoscunt me mee. vsq̃ ad id quod ait: Nunq̃d demoniũ põt cecorũ oculos apire:

A Qui sermonẽ dñi dei nostri non solũ libenter sed etiã diligent̃ audistis promissiõis nostre ꝓculdubio meministis. Jp̃a quippe lectio euãgelica et hodie lecta est: que lecta fuerat proximo dñico die. Propterea qm̃ in quibusdam necessitatibꝰ ĩmorati: non potuimus oĩa discutere: que vr̃is sensibꝰ debebamꝰ Proĩde que iã dicta atq̃ tractata sũt hodie ñ q̃rimꝰ: ne adhuc eadẽ repetẽdo/ad illa q̃ nõdũ dicta sũt ꝑuenire minĩe ꝑmittamur. Nostis iã ĩ noĩe dñi q̃ sit bonꝰ pastor et quẽadmod̃ pastores bõi: mẽbra sint eiꝰ

et ideo pastor sit vnus. Hostis qui sit mercennarius ferendus: quis lupus et fures & latrones cauendi: q̄ sint oues/qō sit hostium quo et oues igrediunt: & pastor quomō sit itelligēd⁹ hostiari⁹ Hostis etiā qm̄ quisq̄s non per ostiū intrauerit/fur ē et latro: nec venit nisi vt furetur et occidat et perdat: Hec omnia dicta: sufficienter quantū existimo pertractata sunt. Hodie debemus dicere quantū adiuuat dominus: quoniā ipse iesus cristus saluator noster/ et pastorem se esse dixit et hostium: et pastorem bonum dixit intrare per hostiū. Quomodo ipse per se ipsum intrat? Si enīz nemo pastor bonus est/nisi qui per ostiū intrat/ et ipse est precipue pastor bonus. & ipse ē ostium: intelligere non possum nisi et ipsum per se ipsum ad oues suas intrare/et vocem suā illis dare vt sequātur eum: easq̄ intrantes et exeuntes pascua inuenire/ quod est vita eterna Cito ergo dico. Ego querens intrare ad vos. idest. ad cor vestruz: christū predico. Si aliud predicem: per aliam partē conabor ascendere x̄pus itaq̄ mihi ianua est ad vos/ per x̄pm itro non ad parietes vestros sed ad corda vestra Quid ē per x̄pm itro? x̄pz ī me libenē audistis. Quare cristum in me libenter audistis? Quia oues x̄pi estis/sanguine x̄pi comparate estis: agnoscitis preciū vestrū quod non ad me datur sed per me predicatur: Ille q̄pe emit: qui pretiosum sanguinem fudit. Pretiosus sanguis est illius sine peccato Fecit tamē ipse etiā suorū sanguinem preciosuz: proquibus dedit sanguinis precium. Nam si suorū sanguinē nō faceret preciosum/nō diceret. preciosa in conspectu domini inors sanctor eius. Itaq̄ etiā quod ait/pastor bonus animā suaz ponit pro ouibus: nō ipse vnus fecit: & tñ si illi qui fecerūt membra eius sunt/idem ipse vnus hoc fecit. Ipse enī potuit facere sine illis/ipsi sine illo vnde potuerūt: cum ipe dixit: sine me nihil potestis facē? Hic autē ostendim⁹ quod et alij fecerūt: q̄ ip se apostolus iohānes qui hoc quod audistis/euangeliū predicauit/in epla sua dixit Sicut pro nobis anima suā posuit: sic et nos debemus animas pro fratribus ponere: Debemus dixit. debitores nos fecit/q̄ prim⁹ exhibuit: Ideo quodā loco scriptū est. Si sederis cenare ad mensam potētis sapienē intellige que apponunt tibi et mitte manum tuā: sciens quia talia te oportet preparare. Mensa potentis que sit nostis: vbi est corpus et sanguis christi. Qui accedit ad talem mensam: preparet talia. Et q̄d est preparet talia? Quomodo ipse pro nobis animā suā posuit: sic et nos debem⁹ ad edificandā plebem: ad asserendā fidez animas pro fratribus ponere. Ideo petro quem facere volebat pastorem bonum/ non in ipso petro sed in corpe suo: ait. Petre amas me? Pasce oues meas. Hoc semel/hoc iterū/hoc tercio: vsq̄ ad ei⁹ tristiciam: Et cum tantum interrogasset dominus/ quantum interrogandum est indicauit: vt ter confiteatur qui ter negauerat. & ei suas oues pascendas tertio commendasset: ait illi. Cum iunior esses cingebas te & ambulabas vbi volebas: cū autē senueris extendes manus tuas/et alter te cinget et ducet quo tu non vis. Et exposuit euāgelista quid dominus dixerit. Hoc autem inquit dixit: significans qua morte clarificaturus esset deū. Ad hoc ergo pertinet pasce oues meas: vt ponas animam tuā pro ouibus meis Jam illud quod ait. **Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem.** Quis nescit B. Ipse enim agnoscit patrem per se: nos per illū. Quia ipse per se cognoscit/nouimus: quia et nos per illum etiaz hoc nouimus: quia et hoc per illum nouimus. Ipse enim dixit. Deum nemo vidit vnquā nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. Ergo et nos per ipsum quibus enarrauit. Itē alibi ait. Nemo nouit filium nisi pater: Nec patrem quis nouit nisi filius: et cui voluerit filiꝰ reuelare Sicut ergo ipse per se nouit patrem/nos autem per illum nouimus patrem: sic intrat in ouile per semetipsum et nos per ipsum. Hostiū dicebamus per christū nos habere ad vos Quare? Quia x̄pm predicamus. Nos x̄pm predicamus: et ideo intramus per ostiū. X̄ps autē christum p̄dicat/quia se ipsum predicat: & ideo pastor per seipsum intrat. Lumen cū alia monstrat que videntur in lumine: nunq̄d aliquo alio indiget vt mōstretur? Lumē

Proū.xxiij.

Joh.xxi.

B

Joh.j.

Math.xj

ergo et alia demõstrat ⁊ seip̃m. Quecunq; intelligim⁹: intellectu intelligimus: Et ip̃m intellectũ vnde nisi intellectu intelligimus Nunquid sic oculo carnis ⁊ alia vides et ipsum? Quamuis enim videant homines oculis suis: nõ tamẽ vident oculos suos. Oculus carnis alia videt: se nõ potest: Intellectus aũt ⁊ alia intelligit: et se ipsum. Quomodo intellectus videt se: sic et xp̃s predicat se. Si predicat se ⁊ p̃dicãdo intrat ad te: ꝑ se intrat ad te ⁊ ad pr̃em Ipse est hostiũ qꝛ non est qua veniat̃ ad patrẽ nisi ꝑ ipsum. Unus enĩ deus et vn⁹ mediator dei ⁊ hominũ: homo xp̃s iesus. Verbo multa dicunt̃. Hec ipsa que dixi: vtiq; verbo dixi. Si velim dicere et ipsum verbum: vnde dico nisi verbo? Ac ꝑ hoc ꝑ verbũ ⁊ alia dicunt̃que non sunt. Quod verbum: ⁊ ipsũ verbum dici nõ potest nisi per verbum. Adiuuante domino exẽplis habundauimus. Tenete ergo quomodo dñs ihesus christ⁹ et hostiuꝫ sit et pastor: Hostiũ pãdẽdo se: pastor intrãdo ꝑ se. Et quidem fratres quod pastor est: dedit et mẽbris suis. Nam et petrus pastor ⁊ paulus pastor: et ceteri apostoli pastores et boni ep̃i pastores. Hostium vero nemo nostrũ se dicit. Hoc sibi ipse ꝓprium tenuit: qua intrãt oues. Deinqꝫ paulus boni pastoris implebat officiũ quando xp̃m p̃dicabat quia per hostium ĩtrabat. At vbi oues indisciplinate ceperũt facere scismata ⁊ alia hostia sibi ponere: nõ qua ĩtrarẽt vt ꝯgregarẽt̃: sꝫ q̃ errarẽt vt diuiderẽt̃ dicẽtes. alij ego sũ pauli. alij ego sũ cephe: alij ego apollo. alij ego cristi: expauescẽs ad eos qui dixerunt ego suꝫ pauli/tãquã clamãs ad oues. misere qua itis. non sum hostiũ: Nũquid paulus inquit ꝓ vobis crucifixus est: Aut ĩ noĩe pauli baptisati estis. Qui vero dicebant: ego sum cristi: inuenerunt hostium. De vno autem ouili et vno pastore: iã quidem assidue soletis audire Multum enĩ conmẽdauim⁹ vnum ouile predicãtes vnitatem: vt ꝑ cristum omnes oues ingrederẽtur: et donatũ nulla sequeret̃. verũtñ vnde hoc ꝓprie dixerit dñs ad ip̃os/ satis apparet. Loquebat̃ enĩ apud iudeos missus autẽ fuerat ad ipsos iudeos: nõ ꝓpt̃ quosdã immani odio ꝑtinaces et perseuerãtes in tenebris: sed ꝓpter quosdã ĩ ipsa gẽte quas dicit oues suas: de quib⁹ dicit: non sum missus nisi ad oues q̃ perierunt dom⁹ israel: Nouerat etiã eas in turba furẽtium ⁊ p̃uidebat in pace credentiũ Quid est ergo non sum missus nisi ad oues q̃ ꝑierũt dom⁹ israel? nisi qꝛ p̃sentiam suam corporalem nõ exhibuit nisi ppl̃o israel: Ad gẽtes non perrexit ipse sed misit: ad populũ vero israel et misit et venit ipse. vt qui contemnebãt maius iudiciũ sumerẽt qꝛ etiam presentia est illis exhibita Ipse domin⁹ ibi fuit: ibi matrez elegit: ibi cõcipi: ibi nasci: ibi sãguinem fũdere voluit: ibi sunt vestigia eius: modo adorant̃ vbi nouissĩe stetit. vñ ascẽdit ad celũ. Ad gẽtes ãt misit Sꝫ forte aliqui arbitrant̃ quoniã non ipse ad nos venit sed misit ad nos: nõ nos audisse vocẽ ipsius sed vocem eorũ quos misit. Absit. Pellatur ista cogitatio de cordibus vestris. et in his quos misit ipse erat. ipsum paulũ audi quẽ misit. Ad gentes enĩ p̃cipue paulũ misit apostolũ. Et ait ipse paulus terrẽs nõ de se sꝫ ꝺ illo. An vultis accipere exꝑimentuꝫ eius qui in me loquitur cristus. Audite et ipsũ dominũ. **et alias oues habeo.** i. in gentibus **que nõ sũt de hoc ouili.** id ẽ: de ppl̃o israel. **oportet me et illas adducere.** Ergo per suos non per alteros adducit: adhuc audi: **Et vocem meam audient.** Ecce et ꝑ suos ipse loquitur ⁊ per suos quos mittit vox eius audit̃ **vt sit vnũ ouile ⁊ vn⁹ pastor** De duob⁹ istis gregib⁹ tãq̃ duobus parietibus: factus est lapis angularis Ergo et hostium est et lapis ãgularis. omnia ꝑ similitudinẽ: nihil hoꝝ ꝓprie. Jam enĩ dixi et comẽdaui vehemẽter. ⁊ q̃ capiunt sapiũt immo qui sapiũt capiũt: et qui nondũ intellectu sapiũt/fide teneãt qꝺ intelligere nondum possunt. Per similitudines cristus multa est: que ꝑ ꝓprietatem nõ est Per similitudinẽ et petra ẽ christ⁹ et hostium est christus: et lapis angularis est christus: et pastor est christus: ⁊ agnus est xp̃s: et leo ẽ xp̃s. Q̃ mlta per similitudines et alia: que commemorare longum est. Si aũt ꝓprietates discutias rerũ q̃s videre cõsuesti Nec petra est qꝛ dur⁹ et sine sensu non est. nec hostiũ quia faber eum nõ fecit. nec lapis angularis est quia nõ est ab structore composit⁹: nec pastor est qꝛ custos ouiũ quadrupedũ nõ ẽ: nec

j. Thimo. ij.

j. Cor. j.

C Textus et aĩam meam pono ꝓ ouibus meis

Math. xv

ij. Cor.

leo est: quia fera non est. nec agn⁹ est: qa pecus non est Omia ergo ista per similitudinez. Quid ergo ppie? In principio erat verbū: et verbū erat apud deū: ⁊ de⁹ erat verbū. Quid de homine qui apparuit? Et verbum caro factū est: et habitauit in nobis (Audi et cetera. **Propterea me pater diligit** inquit: qa **ego pono animam meam: vt iterum sumam eam** Quid ait? ppterea me pater diligit: quia morior vt resurgā. Cum magno enī ponō re dictū est ego: qa ego pono inqt aniam meā Ego pono. Quid est ego pono? Ego inquit illā pono. Non glorienī iudei. Seuire potuerunt: potestatē habere non potuerunt. Seuiant quantum possunt. si ego noluero animā meam ponere: quid seuiē do facturi sunt? Una respōsione pstrati sunt. quando eis dictuz est: quē queritis: dixerunt/iesum. Et ait eis. Ego sum. Redierūt retro: et ceciderūt in terrā: Qui ceciderūt ad vnā vocē xpi morituri: quid facient sub voce iudicaturi. Ego inquā pono animam meam: vt iterum summā eam. Non glorienī iudei quasi qui preualuerit Ipse posuit animā suaz. Ego dormiui dicē Nostis psalmū: Ego dormiui et somnū cepi: et exsurrexi: quoniā dominus suscipiet me. Modo psalmus ipse lectus est: modo audiuimus. Ego dormiui et somnū cepi: ⁊ surrexi: quoniā dñs suscepit me. Quid ē ego dormiui? Quia volui dormiui. Quid est dormiui? Mortuus suz. Nonne dormiuit: qui quando voluit de sepulcro tanq̄ de lecto surrexit? Sed amat dare gloriam patri: vt nos edificet gloriā dare creatori: Nam quod addidit exsurrexi: quoniā dominus suscipiet me: putatis hic quasi virtutez eius defecisse: vt per potestatē suam mori potuerit: et per potestatē suam resurgere non potuerit? Sic enī videnī sonare verba: non intentius intellecta: Ego dormiui: idest quod volui dormiui: ⁊ exsurrexi. Quare? Quia dñs suscipiet me. Quid enim? Tu a teipso resurgere non valeres Si enim non valeres: non diceres. **Potestatem habeo ponendi animā meam: et potestatē habeo iterū sumēdi eam.** Audi alio loco i euangelio: qa non solū pater suscitauit filiū: sed etiaz filius seipsum. Soluite inqt templū hoc: et in triduo suscitabo illud. Et euangelista: hoc autē inqt dicebat de templo corporis sui. Hoc enī suscitabaī: quod morieba tur. Nam verbū non est mortuū: anima illa non est mortua. Si nec tua morit: dominu morietur? Unde scio inqs si mea non morītur? A te non occidatur: et non morītur. Quomō inquis ego possum occidere animā meam? Ut alia peccata interī tacēam: os quod mentit occidit animaz. Quo modo inquis securus sum: quia non morītur? Ipm dñm audi: dantē seruo securitatem. Nolite timere eos qui occidūt corp⁹ et postea non habent quid faciant. Sz plane quid ait? eum timete qui habet potestatem corpus et animā occidere in gehenam. Ecce quia morītur: ecce quia nō moritur. Quid est mori ipsius? Quid est mori carni tue? Mori carni tue: est amittere vitam suam: mori anime tue/est amittere vitaz suā. Vita carnis tue anima tua: vita anime tue deus tuus. Quomō morit caro amissa anima que vita est eius: sic morit anima amisso deo qui vita est eius. Certe ergo immortalis est aīma? Plane immortalis est: quia viuit et mortua est. Quod enim de vidua delicioſa dixit apls: de aīa etiā si deū suū amiserit dici potest: viuēs mortua est. Quomō ergo ponit animā suam dñs? (Fratres queram⁹ hoc paulo attentius: non nos artat hora que solet: die dominico vacat nobis: hoc lucrenī qui ad uerbum dei etiā die hodierna conueniunt Pono inqt animā meā. Quis pōit? Quā ponit? Xps. Quid est xps? Verbū ⁊ hō: nec sic homo vt sola caro Sed quia homo constat ex carne et anima: totus est homo in christo. Non enī partem deteriorem suscepisset: et partē meliorez deseruisset. Et pars q̄pe hominis melior est anima. quā corpus Quia ergo totus hō in xpo: qd est christus? Verbū inquā et homo. Quid ē verbū et homo? Verbū: aīa/cāro. Tenete hoc: quia nō defuerunt heretici et ī ista sententia: pulsi quidē iam olim a veritate catholica: sed tamē vt fures et latrōes nō intrantes per hostiū: insidiari ouili nō desinunt. Apollinariste heretici dicti sunt: quia ausi sunt dogmatisare quod christ⁹ non sit nisi verbū et caro: et animā humanam non eum assumpsisse contendūt. Nā et aliqui eox fuisse in xpo animaz negare nō potuerūt. Videte absurditatē et insa

s

D

Ps. xvij.

Ps. iij.

E

Joh. ij.

niã non ferendã. Animã irrationalẽ cũ habere voluerunt: racionalẽ negauerũt. Dederũt illi aĩam pecoris: sbtraxerũt aĩam hominis. Sed illi abstulerũt xp̃o rationẽ: nõ tenẽdo rationẽ. Absit hoc a nobis in fide catholica nutritis atq; fundatis. Ex hac ḡ occasione admõuerĩ caritatẽ vestrã: vt q̃modo supioribus lectiõibus satis vos instruximus: aduersus sabellianos et arrianos. Sabellianos qui dicũt ipse est pater qui filius. arriãos qui dicũt aliud est pat̃ alius est filiꝰ: quasi non sint eiusdẽ substãcie pater er filius. Instruximꝰ etiã quantum meministis et quantũ meminisse debetis contra hereticos fotinianos: qui solum hominẽ xp̃m esse dixerũt. Cõtra manicheos qui solũ sine homine deũ: ex hac occasione de anima instruamus vos: et cõtra appollinaristas: qui dicunt dñm nostrũ iesum xp̃m non habuisse animã hũanã. id est animã rõnalez: animã intelligentẽ: animam inq̃ in qua distamus a pecore quod homines sumꝰ. Quomõ ergo hic dixit dominus: potestatẽ habeo ponendi animam meam? Quis ponit animã: et iteruz sumit eam? Christꝰ ex eo quod verbũ est: ponit animã: et sumit eam iterũ. An ex eo quod anima hũana est ipsa se ponit: et iterũ ip̃a se sumit. An ex eo qd̃ caro est/caro animã ponit: et iterũ sumit? ¶Tria ꝓposui: omnia pertractemus: et hoc eligamꝰ qd̃ conueniat regule veritatis. Si em̃ dixerimus quia verbũ dei posuit animã suam/et iterum sumpsit eam: metuendũ est ne subintret praua cogitatio: et dicatur nobis. Ergo aliquãdo anima illa separata est a verbo: et aliquãdo v̄bum illud exquo suscepit animã illã fuit sine anima. Uideo eniz fuisse sine anima hũana verbũ: sed cum in principio erat verbũ: et verbũ erat apud deum: et deus erat verbũ. Exquo enĩ verbum caro factũ est vt habitaret in nobis: ⁊ susceptus est a verbo homo: idest. totus homo anĩa et caro: quid fecit passio: quid fecit mors: nisi corpus ab annima separauit? Animã vero a verbo nõ separauit. Si enĩ mortuꝰ est dñs immo quia mortuus ẽ dominꝰ: mortuꝰ ẽ enĩ pro nobis in cruce: sine dubio caro ipsius expirauit animã. Ad tempus enĩ exiguũ anima deseruit carnẽ: sed redeunte anima resurrecturã. A v̄bo autẽ animã separatã esse non dico. Latronis anime dixit: hodie mecũ eris in paradiso. Fidelẽ latronis animã nõ deserebat: et deserebat suã? Absit. Sed illius vt dñs custodiuit: suam vero inseparabilit̃ habuit. Si autẽ dixerimꝰ quia ipsa se anima posuit: et iterũ ipsa se sumpsit: absurdissimus sensus est. Non enĩ que a v̄bo non erat separata: a seipso poterat separari. Dicamꝰ ergo et quod verũ est: ⁊ quod facile intelligi potest. Ecce homo quilibet non constans ex verbo et anima et carne: sz ex aĩa et carne. De isto homĩe ĩrerrogemꝰ. Quomodo ponat animã suam quicũq̃ homo? an forte nullus homo ponit animã suam? Potes mihi dicere: nullꝰ homo habet potestatẽ ponere animã suaz et iterũ sumere eam? Ponere autẽ animã suaz nisi posset homo: non diceret iohãnes apostolꝰ. Sic christus animã suã pro nobis posuit: sic et nos debemus animas pro fratribus ponere: Ergo et nobis licet/si et nos ĩpleamur virtute ipsius: qr sine illo nihil facẽ possumꝰ: possumꝰ ponẽ ꝓ frĩbꝰ aĩas nr̃as. Quãdo martyr quilibet sanctꝰ posuit pro fratribus animã suã: quis posuit et quã posuit? Hoc si ĩtellexerimus: ibi videbimꝰ quẽ admodũ a xp̃o dictũ sit: potestatẽ habeo ponendi animã meam. O homo: paratus es pro xp̃o mori? Paratus inq̃t. Dicã hoc alijs v̄bis. Paratus es pro xp̃o animã tuam põere? Et ad ista verba sic mihi respõdet Paratꝰ suz. quomõ mihi rñderat: cũ dicerẽ: paratus es mori. Hoc ergo est ponere animã: quod est mori. Sed pro quo? Ubi est certamẽ? Omẽs em̃ homĩes quãdo moriũtur ponunt animã: sed non omnes pro xp̃o ponũt. Et nemo habet potestatẽ summẽ qd̃ posuerit: xp̃s aũt ⁊ ꝓ nobis posuit: ⁊ qñ voluit posuit: ⁊ qñ voluit sumpsit. Põere ergo animã/mori est. Sic et apostolus petrus domĩo dixit: animaz meã pro te ponã. idest. pro te moriar. Carni hoc tribue. Caro ponit animã suam: et caro iterũ sumit eam: non tamẽ sua potestate caro: sed potestate inhabitãtis carnẽ Caro ergo ponit aĩam suã expirãdo. Uide ipsuz dominũ in cruce. Scio dixit. illi qui aderant: tinxerunt spongiã in aceto alligauerũt harũdini: et apposuerũt ori eiꝰ. Quod cum accepisset ait. Perfectum est. Quid est perfectum est? Impleta sũt omnia que ante mortẽ futura de me fuerant

Joh. j.

j. Joh. iij.

Joh: xiij.

iij. se. di. x. ca. sicut.

Joh. xix.

ꝓphetata: quia et poteſtatē habebat quā do vellet ponēdi animā ſuā. Poſtea quā dixit perfectū eſt: quid ait euāgeliſta? Et inclinato capite tradidit ſpirituꝫ. Hoc eſt ponere animā. ¶ Modo hic attendat caritas veſtra. Inclinato capite tradidit ſpiritum. Quis tradidit? Quem tradidit? Spiritū tradidit: caro illū tradidit Quid ē caro illum tradidit? Caro illū emiſit: caro illum expirauit. Ideo dicitur enim expirare: extra ſpiritum fieri: quomō eſt exulare extra ſolū fieri: exorbitare/extra orbitam fieri: ſic expirare extra ſpiritū fieri: qa ſpiritus anima eſt. Cum ergo exit ania a carne: et remanet caro ſine anima: tūc homo ponere animā dicitur. Quando xps aniaꝫ poſuit? Quando x̄bum voluit. Principatus eñ in x̄bo erat: ibi poteſtas erat quā do poneret caro animā: ꝛ quādo ſumeret. Si ergo caro animā poſuit: quomō chriſtꝰ animā poſuit? Non enī caro chriſtus? Ita plane et caro chriſtus: et ania chriſtus: et verū chriſtus: nec tamē tria hec tres chriſti: ſed vnus chriſtus. Hominē interroga: et de teipſo fac gradum ad ea q̄ ſupra te ſunt: et ſi nondū intelligenda ſaltez credēda. Quomō eſt enī vnꝰ hō aīma ꝛ corpus: ſic vnus chriſtus verbū et hō. videte quid dixerī: et intelligite. Anima et corpꝰ due res ſunt: ſed vnus homo. Verbū et homo due res ſunt: ſed vnus chriſtus. Ergo ō homine quere. Vbi eſt paulꝰ apoſtolꝰ? Modo ſi quis reſpōdeat/in requie cū chriſto: verum dicit. Ita ſi quis reſpōdeat/rome in ſepulcro: et ipſe verum dicit. Illud mihi de anima: hoc de eiuſ carne reſpondit. Nec tamē ideo duos dicimus apoſtolos paulos: vnū qui requieſcit in chriſto: alium qui poſitꝰ eſt in ſepulcro: quāuis apoſtolū paulum dicamus viuere in chriſto: eundēq; ap'm paulū dicamus mortuū iacere in ſepulchro. Morīē aliquis: dicimus bonus homo: fidelis homo: in pace eſt cuz domino: et continuo eamus ad exequias ipſius et ſepeliamꝰ illū: eum ſepulturꝰ es quem iā dixeras in pace eſſe cum deo: cuz aliud ſit anima que īmortaliter viget: aliud corpus quod corruptibiliter iacet. Szexq̄ conſortiū carnis et anime homīs nomē accipit: ita et ſingulū atq; ſeparatū: vtrumlibet eoꝝ nomē hōinis tenuit. Nemo ergo titubet quādo audit dominū dixiſſe: pono animam meam et iterū ſummo eā: potnit eam caro ſed ex poteſtate verbi. ſumit eam caro: ſed ex poteſtate x̄bi. Et ipſe dominus chriſtus dictus eſt ſola caro. Quomodo inquit probas? Audeo dicere. et ſola caro chriſti dictus eſt chriſtus. Credimus certe non in ſolū deum patrē: ſed ꝛ in ieſum chriſtū filiū eius vnicū dominū noſtrum. Modo totū dixi: in ieſum chriſtū filium eius vnicū dominū noſtrū. Totū ibi intellige: et verbū et animā et carnē. Sed vtiq; confiteris etiā illud quod habet eadem fides: in eum chriſtum te credere qui crucifixus eſt et ſepultus Ergo etiā ſepultum chriſtū eſſe nō nagas: et tamē ſola caro ſepulta ē. Si enī erat ibi anima: nō erat mortuus. Si autē vera mors erat et eiꝰ vera ſit reſurrectio: ſine ania fuerat in ſepulcro: et tamē ſepultꝰ eſt chriſtus. Ergo chriſtus erat etiā ſine anima caro: quia non ē ſepulta niſi caro: Diſce hoc etiā in apoſtolicis verbis. Hoc ſentite īquit in vobis: qō et in chriſto ieſu Qui cū in forma dei eſſet non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo. Quis niſi chriſtus ieſus: quantū attinet ad id quod eſt verbū: deus apud deū Vide autē quod ſequit. Sed ſemetipſuꝫ exinaniuit formā ſerui accipiēs: in ſimilitudinē hominum factus et habitu inuentus vt homo. Et hoc quis: niſi idē ipe chriſtus ieſus? Sed hic iā omnia ſunt: et x̄bū in forma dei q̄ accepit formā ſerui: et ania et caro in forma ſerui: q̄ accepta eſt a forma dei: humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem. Jam in morte ſola caro eſt a iudeis occiſa. Si enim diſcipulis dixit: nolite timere eoſ qui occidūt corpus: animā aūt nō poſſunt occidere nūq̄d in ipſo potuerunt pluſq̄ corpuoſ ccidere? Et tamē carne occiſa: chriſtus occiſus eſt Ita cum caro animam poſuit: chriſtꝰ animam poſuit: et cum caro vt reſurgeret animam ſumpſit: chriſtus animā ſumpſit. Nec tamē poteſtate carnis hoc factum eſt: ſed eius qui et animā et carnem vbi hec adimplerentur aſſumpſit. Hoc inquit mandatum accepi a patre meo. Verbum nō a verbo accepit mandatū: ſed in verbo

Phi. ij.

Math. x.

vnigenito patris est omne mandatū. Cum autē dicit filius a patre accipe quod substantialit habet: quomō dictū est. Sic habet pater vitā in semetipso: sic dedit filio
Joh. v. habere vitā in semetipso: cum filius ipse sit vita: Non potestas minuit: sed generatio eius ostendit: quoniā pater non quasi ei filio qui ipfectus est nat⁹ aliqd addidit: sed ei quē perfectū genuit: omnia gignendo dedit. Ita illi dedit suam equalitatē: quē non genuit inequalē. Sed hec loquēte domīo quoniā lux lucebat i tenebris: et
Joh. j. tenebre eam nō comprehendebāt: Dissensio iterum facta est inter iudeos ꝓpter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis Demoniū habet ⁊ insanit Quid eū auditis? Iste furūt dēsissime tenebre Alij dicebāt: hec verba non sunt demoniū habentis. Nunqd demoniū potest cecorum oculos aperire? Jam istorū oculi ceperant aperiri.

Explicit tractatus q̄dragesimus septimus. Incipit tractatus q̄dragesimusoctauus. Ab eo quod ait. Facta sunt encenia i iherosolimis Usq; ad id qđ ait. omnia autē que cumq; dixit iohānes de hoc vera erant et multi crediderunt in eum.

A Vod iam cō mendaui dilectiōi vestre: stabiliter meminisse ōbetis sanctum iohānem euangelistaz nolle nos semper lacte nutriri: sed solido cibo vesci. Quisqs autē ad sumendū solidum cibū verbi dei adhuc minus idoneus est: lacte fidei nutriat: et quod intelligere non potest: credere non cunctetur. Fides enim meritū est: intellectus premiū. In ipso labore intētionis desudat acies mentis nostre: vt ponat sordiculas nebule mentis humāe: et serenet ad verbū dei. Nō ergo recusetur labor. si adest amor. Nostis enim quoniā qui amat non laborat. Omīs enim labor non amantibus grauis est. Si tantos labores cum auaris portat cupiditas: nobiscū non portet caritas? Euangelium intendite. Facta sunt encenia in iherosolimis. Encenia festiuitas erat dedicationis templi. Grece enim cenon dicitur nouū. Quādocūq; nouū aliqd fuerit dedicatū. encenia vocant Jā et vsus habet verbū. Si quis noua tunica induat. enceniare dicitur. Illū enim diem quo templū dedicatū est: iudei solēnit celebrabāt. Ipse dies festus agebat: cū ea que lecta sunt locut⁹ est domin⁹. Hyems erat: et ambulabat iesus in tēplo i porticu salomonis. Circūdederunt ergo eū iudei: et dixerunt ei. Quousq; animam nostram tollis? Si tu es xp̄s dic nobis palam. Non veritatē desiderabant: sed calumniā preparabāt. Hiems erat: et frigidi erant. Ad illū enim diuinum ignem accedere pigri erant. Si accedere est credere. Qui credit/accedit: qui negat/recedit. Nō mouetur anima pedibus sed affectibus. Frigerant diligendi caritate: et ardebant nocēdi cupiditate. Lōge aberant: et ibi erant. Nō accedebāt credendo: et premebāt persequēdo. Querebant audire a dño: ego suz xp̄s: et fortasse de christo secundū hominē sapiebāt. Prediceuerūt enim ꝓphete christū: sed diuinitatem christi et in ꝓphetis et in ipso euangelio: nec heretici intelligūt: quātominus iudei quādiu velamē est sup cor eor? Denicq; quodā loco sciens domin⁹ iesus eos de christo secundū hominē sape: non secūdum deū. secundū id quod homo erat: nō secundū id quod deus etiā assumpto homine permānebat: ait illis. Quid vobis videtur de christo? Cui⁹ fili⁹ sit? Respōderunt secundū opinationem suam. Dauid. Sic enim legerūt: et hoc solū tenebāt: quia diuinitatem eius legebāt: sed non intelligebāt. Domin⁹ aūt vt eos suspenderz ad querendā eius diuinitatē cui⁹ cōtempnebant infirmitatē: respondit eis: Quomodo ergo dauid in spiritu dicit eum dominum dicens: dixit dñs domino meo sede a dextris meis: donec ponaz inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo dauid in spiritu dicit eum dñm: quomō filius ei⁹ ē? Nō negauit sed interrogauit: ne quis hoc cū

audierit putet: quod dominus ieſus negauerit ſe filium eſſe dauid. Filiū dauid dominus ieſus ſi ſe negaret :cecos ſic eum ĩuocantes non illūinaret. Trānſiebat enĩ aliquādo:et duo ceci ſedentes iuxta viaz clamauerūt. Miſerere nr̄i fili dauid:Qua voce audita:miſeratus eſt: ſtetit et ſanauit. Rom. j. Lumē dedit:quia nomē agnouit. Dicit et apoſtolus paulus :Qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſecundū carnem. Et ad thimotheū. Memor eſto ieſū chriſtū reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid ſecūdum euangeliū meum. Quia de ſemīe dauid originē maria virgo ducebat:inde dominus de ſemine dauid erat. Thi. ij. B Hoc p magno iudei a chriſto querebāt: vt ſi diceret ego ſum chriſtus: ſecundū quod illi ſoluz ſapiebant de ſemine dauid :calumniarentur quod ſibi arrogaret regiā poteſtatez: Plus eſt quod eis reſpondit. Illi de filio dauid volebāt calūniari: ille filiuz dei ſe eſſe reſpōdit. Et q̄mō? Audite. **Reſpōdit eis ieſus. Loquor vobis:et nō creditis Opera que ego facio ĩ nomine patris mei: hec teſtimonium perhibent de me. Sed vos nō creditis:quia non eſtis ex ouibꝰ meis.** Jā ſupra didiciſtis que ſint oues :eſtote oues. Oues credendo ſūt:oues paſtorē ſequendo ſunt: oues redemptorem non contempnēdo ſunt: oues per hoſtiū intrādo ſunt: oues exeūdo et paſcua inueniendo ſunt:oues eterna perfruēdo ſunt Quomodo ergo iſtis dixit/non eſtis ex ouibus meis? Quia videbat eos ad ſempiternum interitū predeſtinatos. non ad vitā eternaz ſui ſanguinis p̄cio cōparatos **Oues mee vocem meam audiunt: et cognoſco eas et ſequuntur me: et ego vitam eternam do eis.** Ecce ſunt paſcua. Si recolitis:ſupius dixerat:et ingredietur et egredietur. et paſcua inueniet. Jngreſſi ſumus credendo:egredimur moriendo. Sed quomō per hoſtiū fidei ĩgreſſi ſumꝰ: Sic fideles de corpe exeamꝰ. Sic eñ per iſtud hoſtiū egredimur: vt paſcua inuenire poſſimꝰ. Bona paſcua vita eterna dicitur. Jbi nulla herba areſcit:totum viret:totum viget. Solet quedā herba dici ſemp viua. Eſt herba que ſemper dicitur viuere: ibi ſolū viuere inuenitur. Ui tam eternam inquit dabo eis: ouibꝰ meis Vos calūnias ꝓpterea queritis: quia de vita preſenti cogitatis. **Et nō peribūt in eternum:** ſubaudis:tanq̄ eis dixerit Vos peribitis ineternū:quia non eſtis ex ouibus meis. **Non rapiet eas q̄ſquā de manu mea.** Intentius accipite: **Pater meus quod dedit mihi:maius eſt omnibus.** Quid poteſt lupus? Quid poteſt fur et latro? Nō perdunt:niſi ad interitū predeſtinatos. De illis aūt ouibus de quibꝰ dicit apls. Nouit dominus q̄ ſunt eius. et quos preſciuit ipſos t predeſtiauit:quos autē predeſtinauit:ipſos et vocauit. quos autē vocauit:illos et iuſtificauit: quos aūt iuſtificauit: ipſos et gloꝛificauit. De ouibus iſtis nec lupus rapit:nec fur tollit:nec latro interficit. Securus eſt de numeto earū qui pro eis nouit quod dedit: t hoc eſt quod ait non rapiet eas quiſq̄ de manu mea. Et itē ad partē: Pater meus qꝰ dedit mihi: maius eſt omnibus. Quid dedit filio pater maius omnibus: niſi vt ipſe ille eſſet vnigenitus filiꝰ? Quid eſt ergo quod dedit? Jā erat cui daret. an gignēdo dedit? Nam ñ erat cui daret vt filius eſſet:aliquādo erat: et filiꝰ nō erat. Abſit vt aliquādo dominus chriſtus fuerit. et filius nō fuerit. De nobis hoc dici poteſt. Aliquādo filij boīm eramus: filij dei non eramus. Nos enī filios dei gratia fecit:illū natura quia nō natꝰ eſt Et nō eſt vt dicas:non erat anteq̄ natꝰ erat. Nū quā enī non natus erat: qui patri coeternuſ erat Qui ſapit capiat:qui nō capit credat:nutriatur et capiet. Uerbū dei ſemp cum patre: et ſemp varbū :et quia verbuz ideo filius. Semper ergo filius:et ſemper equalis: Non eñ creſcēdo: ſed naſcendo equalis eſt. Qui ſemper natꝰ eſt de patre filius de deo deꝰ:de eterno coeternꝰ. Pater autē nō de filio deꝰ: filiꝰ de patre deꝰ Jdeo pater filio gignendo dedit vt deus eſſet: Gignendo dedit vt ſibi coeternꝰ cēt Gignēdo dedit vt eq̄lis eſſet: Hoc eſt qꝰ maius eſt omnibus quomō vita filius. et habens vitā filiꝰ: quod habet hoc eſt. Tu aliud es.aliud habes. Uerbi gratia. Habes ſapientiā Nunq̄d tu es ipſa ſapiētia?

C Pater meus quod dedit mihi:maius eſt omnibus. ij. Thi:ij. Ro. viij.

Deniq; quia non es tuipse quod habes: si amiseris quod habes: reddis vt ñ habeas Et aliquãdo resumis. aliqñ amittis: quomodo oculus noster non ĩ seipso habet ĩse parabiliter lucẽ: aperitur et capit: claudit̃ et amittit. Non sic est deus dei filius: non sic est verbũ patris: non sic est verbuz q̃d non sonando transit: sed nascendo manet Sic habet sapientiã: vt ipse sit sapiẽtia. faciatq; sapientes. Sic habet vitam: vt sit ipse vita: faciatq; viuentes. Hoc est qđ maius est omnib⁹. Attendit iohãues ip̃e euãgelista celũ et terram volens dicere de filio dei. Attendit et transcẽdit. Cogitauit supra celũ/milia exercitus angeloꝝ: cogitauit et transcẽdit vniuersa. Sicut aquila nubes: sic sua mente creaturã: transcendit magna omĩa: peruenit ad illud quod maius est omnibus: et dixit In principio erat verbum. Sed quia ille cuius est verbum non est de verbo: verbũ autẽ de illo cuius est verbum: ido ait. Quod dedit mihi pr̃ mai⁹ est oĩb⁹. i. vt sim verbũ eius/vt sim vnigenit⁹ fili⁹ eius: vt sim splendor lucis eius: maius est omnibus: Ideo nemo rapit inquit oues meas đ manu mea: **Nemo potest rapere de manu patris mei:** De manu mea: et de mãu patris mei Quid est hoc: nemo rapit de manu mea: ⁊ nemo rapit de manu patris mei? Utrum vna manus est patris et filij: an forte ipse filius manus est patris sui? Si manum intelligamus potestatem/vna est patris ⁊ filij potestas: q̃a vna est diuinitas. Si autẽ manuz intelligamus sicut dictum est ꝑ ꝓphetam: Et brachiuz domini cui reuelatũ est: manus patris ipse est filius. Quod nõ ita dictum est tanq̃ deus habeat humanã formam et quasi corporis membra: sed qđ per ipsum facta sunt omnia. Nam solẽt et homines dicere manus suas esse alios homines: per quos faciunt quod volũt: Aliquando et ipsum opus hominis/man⁹ hominis dicit̃/quod fit per manũ: sicut dicitur quisq; agnoscere manũ suam: cum id quod scripsit agnoscit. Cum ergo multis modis etiam hominis dicatur manus qui ꝓprie manum habet in sui corporis membris: quantomagis non vno modo intelligendum est cuz legitur manus dei cui forma corporis nulla est? Ac per hoc melius hoc loco manum patris et filij intelligim⁹ potestatem patris et filij: Ne forte cuz hic manum patris ipsum filium dictum acceperimus: incipiat carnalis cogitatio etiaz ipsius filij querere filiũ: quẽ similiter credat christi manũ. Ergo nemo rapit de manu patris mei: hoc est nemo rapit mihi. Sz ne forte adhuc titubes: audi quid sequit̃: **Ego et pater vnum sumus.** Huc vsq; iudei tolerare potuerunt. Audierunt ego et pater vnum sumus: et non pertulerunt: ⁊ more suo duri ad lapides currerũt Tulerunt lapides: vt lapidarẽt eũ. Dominus quia non paciebat̃ quod nolebat pati: ⁊ non est passus nisi quod volebat pati: adhuc eos lapidare cupientes alloquit̃. **Sustulerũt lapides iudei: vt lapidarent illum. Respondit eis iesus et dixit. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter qđ eorum opus me lapidatis? Et illi responderunt. De bono opere nõ lapidamus te: sed de blasphemia: et quia tu homo cum sis facis teipsum deum.** Ad illud hoc responderunt quod dixerat Ego et pater vnũ sum⁹. Ecce iudei intellexerũt: quod non intelligũt arriani. Ideo enim irati sunt quoniã senserunt non posse dici ego et pater vnũ sumus: nisi vbi equalitas est patris et filij. Dominus autem videte quid respõderit tardis. Uidit eos non ferre splendorẽ veritatis: et eos temperauit in verbis. **Nonne scriptum est in lege vestra:** idest: vobis data: q̃a ego dixi dij estis? De⁹ dicit per prophetam in psalmo hominib⁹: ego dixi dij estis. Et legẽ appellauit dominus generaliter omnes illas scripturas quãuis alibi specialiter dicat legẽ/a ꝓphetis eam distinguẽs: sicuti est lex ⁊ ꝓphete vsq; ad iohannem. Et in his duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Aliquando autez in tria distribuit easdẽ scripturas: Ubi ait. Oportebat impleri omnia que scripta sunt in lege et prophetis ⁊ psalmis de me: Nunc vero psalmos etiaz legis noĩne nuncupauit. Ubi scriptuz est ego dixi dij estis. **Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est et nõ potest solui scriptura: quem pater**

Joh. j. D

Esaie. liij

Textus bet resp rũt ei iu

Ps. lx

E

Joh. xv

Math.

Luce. x

sanctificauit et misit ī mundū: vos dicitis quia blasphemas: quia dixi filius dei sum? Si sermo dei factus est ad homines vt dicerentur dij: ipsuz verbum dei quod est apud deū / quomō non est deus? Si per sermonē dei fiunt homines dij: si participando fiunt dij: vnde participant / non est deus? Si calefacti q̄dāmodo igne salutari dij efficiuntur: vnde calefiunt nō est deus? Si lumnia illumiata dij sunt: lumē quod illuiat / non est deus? Accedis ad lumē et illūinaris: et inter filios dei numeraris. Si recedis a lumie obscuraris: et in tenebris computaris. Illud tñ lumē nec accedit adse / q̄ nō recedit a se. Si ergo vos deos facit sermo dei: quomō non est deus verbum dei? Pater ergo sanctificauit filium suum: et misit in mundum Forte aliquis dicat. Si pater eum sanctificauit: ergo aliquando non erat sanctus? Sic sanctificauit: quomō genuit: Vt enim sanctus esset gignendo ei dedit: quia sanctum eum genuit. Nam si quod sanctificatur: ante non erat sanctum: quomō dicum⁹ deo patri / sanctificetur nomē tuum? **Si non facio opera patris mei: nolite mihi credere. Si autem facio: et si mihi non vultis credere operibus credite: vt cognoscatis et credatis: quia in me est pater et ego in illo.** Non sic dicit filius / in me est pater et ego in illo: quomō possunt homies dicere. Si enim bene cogitem⁹ in deo sumus: et si bene viuamus deus in nobis est: fideles participantes eius gratiā / illuminati ab ipso in illo sumus et ipse in nobis. Sed non sic vnigenitus filius. Ille in patre: et pater in illo: tanquā equalis in eo cui est equalis. Denicq̄ nos aliquādo possumus dicere. in deo sumus et deus in nobis: ego et deus vnum sumus. Nunquid possum⁹ dicere? In deo es: quia deus cōtinet te Deus est in te: quia templū dei factus es. Sed nunquid quia in deo es ⁊ deus est in te: potes dicere / qui me videt deum videt: quomodo vnigenitus dixit: qui me videt videt et patrem. Et ego et pater vnū sum⁹? Agnosce proprīū deum: et munus serui. Proprium domini est equalitas patris. Num⁹ serui / est participatio saluatoris. **Quere**

bant ergo eum apprehendere. Vtinam apprehēderent: sed credendo et intelligendo: non seuiendo et occidēdo. Nam modo fratres mei quādo talia loquor infirmus fortia: paruus magna / fragilis solida: et vos tanquā ex eadē massa vnō sū et egoipse qui vobis loquor: simul omēs apphendere volum⁹ christū. Quid est apprehēdere? Intellexisti / apprehēdisti: sed nō sic iudei. Tu apphēdisti vt habeas: illi apphendere volebant vt non haberēt. Et quia sic volebāt apphēdere: quid eis fecit? **Erijt de manibus eoruz.** Nō eum apphenderūt: quia manus fidei non habuerunt. Verbū caro factū est: sed nō erat verbo magnū / eiscere carnem suaz de manib⁹ carnis. Mente vbū apphendere: hoc ē christū recte apphēdē. **Et abijt iterum transiordanē: in eum locū vbi erat iohannes baptisans primuz: et mansit ibi Et multi venerunt ad eum: et dicebant: quia iohannes q̄dem signum fecit nullum.** Meministis vobis dictum de iohāne: quia lucerna erat: et diei testimoniū perhibebat. Quid ergo isti apud se dixerūt: Johānes signū fecit nullū? Nullum inquint miraculū ostēdit iohānes. Non demonia fugauit: Non expulit febrē: nō cecos illūinauit: nō mortuos suscitauit: non tot milia hominuz de quicq̄ vt septē paīb⁹ pauit: nō supra mare ābulauit. Nō ventis ⁊ fluctib⁹ impauit: nihil horum fecit iohānes. Et totū quicq̄d dicebat: huic testimoniuz phibebat. Per lucernā veniamus ad diē. Johannes nullum signum fecit. **Omnia autem que cumq̄ dixit iohannes de hoc: vera erant.** Ecce quid apphenderum. Non q̄ mō iudei volebāt apprehendere discedentem: apphenderūt isti permanentē. Deniq̄ quid sequitur? **Et multi crediderūt in eum:**

Explicit tractatus q̄dragesimus octauus. Incipit tractatus q̄dragesimusnonus. **Ab eo quod ait: Erat autem quidam languens lazarus. Usq̄ ad id quod ait: Abijt ī regionē iurta desertum in ciuitatē que dicitur effrem: et ibi morabatur cum discipulis suis.**

A Nter omnia miracula que fecit dominꝰ noſter ieſus chriſtꝰ: lazari reſurrectio p̄cipue p̄dicaꝝ. Sz ſi attendamus quis fecerit: delectari debemus potius quam mirari: Ille ſuſcitauit hominez: qui fecit hominē Ipe eſt eñ vnicus patris: p quem ſiē nostis facta ſunt omīa Si ergo per illū facta ſunt omīa: quid mirū eſt ſi reſurrexit vnꝰ per illuz: cum tot quotidie naſcantur per illum? Plus eſt homīes creare quam reſuſcitare. Dignatus eſt tamē et creare et reſuſcitare. Creare omēs: reſuſcitare q̄ſdam Joh. xxj. Nam cum multa feciſſet dominꝰ ieſus: nō omnia ſcripta ſunt: ſicut idemipſe ſanctus euangeliſta teſtaꝝ: multa dominū chriſtuz et dixiſſe et feciſſe q̄ ſcripta nō ſunt. Electa ſunt autē que ſcriberent: q̄ ſaluti credētium ſufficere videbant. Audiſtis enī: q̄a dominus ieſus mortuū ſuſcitauit. Sufficit tibi vt ſcias: quia ſi vellet omnes mortuos ſuſcitaret. Et hoc quidem ſibi ad finez ſeculi reſeruauit. Nam quē audiſtis magno miraculo quadriduanū mortuū ſuſcitaſſe de ſepulcro: vēiet hora ſicut ipſe ait Joh. v. quando omnes qui ſunt in monumentis: audient vocē eius et procedent. Reſuſcitauit putentē: ſed tamen in cadauere putente/adhuc erat forma membroꝝ Ille in nouiſſimo die ad vnam vocē: cineres ē reuocaturus ī carnē: Sz oportebat vt mō aliqua faceret quibus datis velut ſue virtutis indicijs: credam⁹ in eum: z ad illā reſurrectionem preparemur: que erit ad vitam non ad iudiciū. Ita quipe ait: Vēiet hora: quando omnes qui in monumētis ſunt audient vocem eius: et procedent qui bona fecerunt ad reſurrectiōez vite: qui mala egerunt ad reſurrectōez iudicij B Tres tamen a domino reſuſcitatos mortuos: in euangelio legim⁹. Et forte nō fruſtra. Domini quipe facta: nō ſunt tantūmodo facta ſed ſigna. Si ergo ſunt ſigna: preter id quod mira ſūt aliquid profecto ſignificāt Quorum factorum ſignificatiōem inuenire aliquātō eſt operoſius: quaz ea legere vel audire. Admirantes audiebam⁹: tanquā magni miraculi ſpectaculo ante nſos oculos conſtituto: cū euangeliū legeretur quēadmodū reuixerit lazarus: Si attēdamus mirabiliora opera chriſti: oīs q̄ credit reſurgit. Si attendam⁹ omnes et ītelligamus deteſtabiliores mortes: omnis q̄ peccat moritur: Sed mortē carnis oīs homo timet: mortē anime pauci. Pro morte carnis que ſine dubio quādoq; ventura ē curāt oēs ne veniat. inō ē qō laborāt. Laborat ne moriaꝝ hō moriturus: et nō laborat ne peccet hō in eternū victurus: z cuz laborat ne moriaꝝ: ſine cauſa laborat. Id enim agit vt multū moꝛs differatur: non vt euadatur. Si autē peccare nolit: nō laborabit et viuet in eternū. O ſi poſſemus excitare homīes mortuos: et cum ipſis pariter excitari: vt tales eſſem⁹ amatores vite permanētis: quales ſunt homīes amatores vite fugiētis. Quid non facit homo ſub mortis periculo conſtitut⁹? Gladio ī pendente ceruicib⁹: pdiderunt homines quicq̄d ſibi vñ viuerent reſeruabāt. Quis non continuo prodidit ne percuteret? Et poſt ꝓditionē fortaſſe pcuſſus eſt. Quis non vt viueret continuo pdere voluit vnde viueret: eligēs vitā mendicantē quā celerem mortē? Cui dictū eſt /nauiga ne moriaris: et diſtulit? Cui dictū eſt: labora ne moriaris: et piger fuit? Ecce deus iubet vt in eternū viuamus: et obedire negligimus. Non tibi deus dicit: pde quicq̄d habes vt viuas exiguo tempe in labore ſolicitus: ſed da paupi vnde habes vt viuas ſemper ſine labore ſecurus. Accuſant nos amatores vite tēporalis: quā nec cuz volunt nec quādiu volunt habent. z nos īuicem non accuſamus. tam pigri / tam tepidi/ ad capeſſendā vitā eternā. Quā ſi voluerim⁹ hēbim⁹. cū habuerim⁹ ñ amittē⁹.

C Hanc autē mortem quā timemus: etiā ſi noluerimus habebimus. Si ergo dominus magna ſua gratia z magna ſua miſericordia animas ſuſcitat ne moriaꝝ ineternum: bene intelligim⁹ tres illos mortuos quos in corporib⁹ ſuſcitauit. aliquid ſignificare: et figurare de reſurrectiōibus animarum: que fiunt per fidem: Reſuſcitauit filiā archiſinagogi adhuc in domo iacentem. Reſuſcitauit iuuenē filiū vidue. extra portam ciuitatis elatum. Reſuſcitauit

Concor. de pe. di. ſicut trib.

Math. ix. Luce. vij

lazaruz sepultũ quadriduanũ. Intueatur quisq; animã suaz: si peccat/moritur. Peccatum: mors est anime Sed aliquãdo ĩ cogitatiõe pectatur. Delectauit quod malũ est: consensisti/peccasti: consensio illa occidit te. Sed intus est mors: quia cogitatũ malum nondũ processit ad factuz: Talem animã resuscitare se significans domin⁹: resuscitauit illam puellã que nondũ erat foras elata: sz qr ĩ domo mortua iacebat: q̃ si peccatũ latebat. Si autẽ non solũ male delectationi consesisti sed etiã ipsum malum fecisti: quasi mortuũ tuũ extra portã tulisti. Jam foris es: et mortuus elatus es Tamẽ et ipsum dñs resuscitauit. et reddidit vidue matri sue: Si peccasti/peniteat te/et resuscitet te domin⁹: et reddat te ecclesie matri tue. Tertius mortuus/lazarus est. Genus mortis immane. mala ꝯsnetudo appellat̃ Aliud ẽ em̃ peccare: aliud peccandi consuetudinẽ facere. Qui peccat et continuo corrigit̃ cito reuiuiscit. quia nõdum est implcatus/cõsuetudĩe non est sepultus. Qui autẽ peccare cõsueuit: sepultus est. Et bene de illo dicit̃/fetet Incipit enĩ habere pessimã famã. tanquã odorẽ te terrimũ. Tales sunt omnes asueti sceleribus: perditis morib⁹. Dicis ei: noli facere. Quando te audit: quẽ terra sic premit: et tabe corrũpitur: et mole cõsuetudinis pregrauatur: nec ad ipsuz tamẽ resuscitãdũ: minor fuit virtus christi. Nouimus/videmus quotidie/videmus homĩes pessima consuetudine permutata viuere melius: quam viuãt qui reprehendebãt: Detestabaris hominẽ. Ecce ipsa soror lazari si tamen ipsa est que pedes domini vnxit vnguento et tersit capillis suis q̃s lauerat lacrimis: melius suscitata est quã frater ei⁹. De magna male cõsuetudinis mole est liberta Erat eĩ famosa peccatrix: ⁊ d̃ illa dictum ẽ: Dimittunt̃ ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Uidemus multos/nouimus mltos: nemo d̃speret: nemo de se presumat: et desperare malũ est et de se presumere. Sic noli desperare: vt eligas de q̃ debeas presumẽ. Ergo dominus ⁊ lazarũ suscitauit. Audistis qualẽ: idest. quid significet lazari resurrectio: Legam⁹ itaq; iã et quoniã multa in hac lectione manifesta

Luce. vij.

sunt: expositionem in singulis non queramus: vt necessaria pertractemus. Erat aũt q̃dã lãguẽs lazar⁹ a bethania: de castello marie et marthe sororũ eius. In supiori lectione meministis quod dominus exiens de manibus eoruz qui lapidare illũ voluerant: discessit trãsiordanem: vbi iohãnes baptisabat. Ibi ergo domĩo constituto ĩfirmabat̃ in bethania lazarus: quod castelluz erat ꝓximum iherosolimis. Maria autem erat: que vnxit dominuũ vnguento: et extersit pedes eius capillis suis cui⁹ frater lazarus infirmabat̃ Miserunt ergo sorores eius ad eum dicẽtes Jam intelligimus quo miserunt: vbi erat iesus: quoniã absens erat transiordanẽ scilicet. Miserunt ad dñm munciantes quod egrotaret frater eaꝝ: vt si dignaretur veniret: et eum ab egritudine liberaret. Ille distulit sanare: vt possit resuscitare: Quid ergo nunciauerũt sorores eius: Domĩe: ecce quem amas infirmatur: Nõ dixerunt veni: Amanti em̃ tantumõ nunciãdum fuit: Non ause sunt dicere veni et sana: non ause sunt dicere ibi iube: et hic fiet Cur enĩ non et iste: si fides illius centurionis inde laudatur? Ait em̃: Non sum dignus vt intres sub tectũ meũ: sed tantũ dic verbo: er sanabit̃ puer meus: Nihil horuz iste: sed tantumõ: domine ecce quẽ amas ĩfirmatur. Sufficit em̃ vt noueris: non eniz amas et deseris. Dicit aliq̃s. Quomõ per lazarum peccator significabat̃: et a domĩo sic amabat̃? Audiat eũ dicentẽ. Nõ enim veni vocare iustos: sed peccatores Si em̃ peccatores deus nõ amaret: de celo ad terraz non descenderet. Audiens autem iesus: dixit eis: Infirmitas hec nõ est ad mortẽ: sed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei. Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit: sed nobis ꝓfuit. Hoc est ergo quod ait. non est ad mortem: quia et ipsa mors nõ erat ad mortez sed potius ad miraculũ. quo facto crederent hoĩes in xp̃m: et vitarẽt verã mortẽ. Sane videte: quẽadmodũ tanq̃ ex obliq̃ dñs deũ se dixit: ꝓpt̃ q̃sdã q̃ negant filiũ deũ esse. Nã sunt heretici qui hoc negãt

D Capitul. xi

Math. viij.

quod filius dei non sit deus: Ecce audiāt Infirmitas hec inquit non est ad mortem: sed pro gloria dei. Qua gloria? Cui⁹ dei? Audi quod sequit̄. vt glorificetur fili⁹ dei Infirmitas ergo hec non est ad mortem sed pro gloria dei: vt glorificetur fili⁹ dei per eam. Per quam? Per illā infirmitatem. Diligebat autē domin⁹ iesus martam ⁊ sororem eius mariā ⁊ lazarum. Ille languens: ille tristes: omnes dilecti: sed diligebat eos ⁊ languentiū saluator: immo etiā mortuorū suscitator: et tristiū cōsolator. Ut ergo audiuit q̄a infirmabatur: tunc quidem māsit in eodem loco duobus dieb⁹. Nūciauerunt ergo illi: mansit illic ille. Tamdiu tempus ductū est: quousq; quatriduum compleretur. Nō frustra: nisi quia forte: immo quia certe et ipse numerus dieruz intimat aliquod sacramentū: Deide post hec dicit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum: vbi pene fuerat lapidatus. Qui propterea inde discessisse videbatur: ne lapidaret̄. Discessit em̄ vt hō: sed in redeūdo quasi oblitus infirmitatem: ostendit potestatē. Eam⁹ īquit in iudeam. Deniq; hoc dicto: videte quēadmodū discipuli territi fuerint. Dicūt ei discipuli: Rabbi. Nūc querebāt te iudei lapidare: et iterum vadis illuc? Respōdit iesus: Nōne duodecim sunt hore diei. ? Quid sibi vult ista responsio? Illi dixerunt. Modo te lapidare volebant iudei: et iterū illuc vadis vt te lapident. Et domin⁹. Nonne duodecī hore sunt diei? Si quis ābulauerit in die non offendit: q̄a lucem huius mundi videt. Si autez ambulauerit ī nocte offendit: qui lux non est in eo. De die quidē locut⁹ est: sed in nostra intelligētia quasi adhuc nox est. Inuocemus diē vt expellat noctem et cor lumine illustret. Quid enī dn̄s dicē voluit? Quātū mihi videtur quātū sublucet altitudo ꝓfunditasq; sentētie: redarguē voluit illoꝝ dubitatiōez: et infidelitatē. Voluer̄t enī ꝯsiliū dare dn̄o ne moreret̄: q̄ venerat mori ne ip̄i morerent̄ Sic etiā quodā alio loco: petrus sanctus diligens dominū: sed adhuc non plene intelligens cur venisset: timuit ne moreretur: et vite displicuit. idest. ipsi domino. Nā cū indicaret discipulis quod esset iherosolimis passurus a iudeis: respōdit petrus int̄ ceteros et ait: Absit a te dn̄e: ꝓpicius tibi esto: non fiet istud. Et cōtinuo dn̄s. Redi post me satanas: non enī sapis que dei sūt sed que hominū. Et pauloāte ꝯfitens dn̄z laudem meruerat. Audierat enī: Btūs es symō bariona: quta non tibi reuelauit caro et sanguis: sz parer me⁹ qui in celis est Cui dixerat beatus es: illi dicit redi retro me satanas: quia beatus a se nō erat. Sed vnde? Quia non tibi reuelauit caro et sanguis: sed pater meus qui in celis est. Ecce vnde beatus es non de tuo sz de meo. Nō quia pater ego: sed quia omnia que habz pater mea sunt: Si beatus est ille petr⁹ de ipsius domini: satanas de cuius? Ibi dicit Rationē quippe reddidit btītudinis cū diceret: ñ caro et sanguis tibi reuelauit h̄: sz pater meus qui in celis est: Hec est causa beatitudinis tue. Qd̄ v̄o dixit/redi post me satanas. audi etiā hui⁹ rei causam. Nō enim sapis que dei sunt: sed que sunt hominis. Nemo ergo se palpet. de suo satanas est: de dei beatus est. Quid est enī de suo: nisi de peccato suo? Tolle peccatum quod ē tuū: iusticia inq̄t de meo ē: Quid enī habes quod nō accepisti? Cum ḡ vellent dare ꝯsiliū hoīes deo: discipl̄i mgr̄o: serui dn̄o: egroti medico: corripuit eos et ait. Nōne duodecī hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit. Me seq̄mini si non vultis offendere: Nolite mihi consiliū dare: quos a me cōsilium oportet accipe. Quo ergo pertinet. nōne duodecim hore sūt diei? Quia vt diē se esse ostēderet: duodecī discipl̄os elegit. Si ego sū inquit dies et vos hore: nunq̄d hore diei consiliū dant? Hore diē sequūtur: non dies horas: Si ergo illi hore: q̄d ibi iudas? Et ipse inter duodecim horas: qui si hora erat: lucebat. Sed dominus in hoc verbo non ipsum iudam: sed successorem ipsius preuidebat. Iuda enim cadente. successit mathias: et duodenarius numerus mansit. Non ergo frustra duodecim discipulos elegit domin⁹: nisi q̄a ip̄e spūalis ē

Math. xvj

i. Cor. iiij

dies. Sequātur ergo hore diē/ p̄dicent hore diem/ hore illustrent̄ a die. hore illuminent̄ a die: et p horaꝝ predicatōem credat mundus in diē. Hoc ergo ait de cōpendio. Me sequimini: si nō vultis offendere

f Et post hec dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Verum dixit: sororibus mortuus erat: domino dormiebat Hominib⁹ mortuus erat: qui cum suscitare non poterāt. Nam dn̄s tanta eum facilitate excitabat de sepulcro: quāta tu nō excitas dormientē de lecto. Ergo secundum potentiā suā dixit dormientē: quia et alij mortui dicti sunt in scripturis sepe dormientes: sicut apostolus dicit. De dormientibus autē nolo vos ignorare fratres: vt nō contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Ideo et ipsos dormiētes appellauit: quia resurrecturos prenūciauit. Dormit ergo omnis mortuus: et bonus et malus Sed quomō interest in ipsis qui quotidie dormiunt ⁊ exurgunt: quid quisq̄ videat in somnis: alij sentiunt leta somnia: alij torquētia ita vt euigilans dormire timeat ne ad ipsa iterum redeat: sic vnusq̄sq̄ hominū cum causa sua dormit/ cum causa sua surgit: et interest quali custodia q̄sq̄ recipiatur/ ad iudicē postea producendus. Nam et receptiōes in custodia ꝓ meritis causarū adhibentur. Alios iubentur custodire lictores/ humano et miti officio atq̄ ciuili. Alij tradunt̄ optionib⁹: alij mittuntur in carcerē: ⁊ in ip̄o carcere non omnes sed pro meritis causarū/ in ima carceris contrudūtur. Sicut ergo diuerse custodie agentiū in officio: sic diuerse custodie mortuoꝝ et diuersa merita resurgentium. Receptus est paup: receptus est et diues: Sed ille in sinu abrae: ille vbi sitiret ⁊ guttam non inueniret. Habent ergo oēs anime: vt ex hac occasiōe instruā caritatez vestram: habent omnes anime cū de seculo exierint: diuersas receptiōes suas: habent gaudiū boni: et mali tormenta. Sed cū facta fuerit resurrectio ⁊ bonoꝝ gaudiū amplius erit: et maloꝝ tormēta grauiora: quādo cū corpe torquebunt̄. Recepti sunt in pace sancti patriarche/ prophete/ apostoli/ martyres/ boni fideles. omnes tamē adhuc in fine recepturi sunt quod ꝓmisit deus. Promissa enī est resurrectio etiam carnis/ mortis consumatio/ vita eterna cū angelis: hoc omnes simul accepturi sumus. Nam requiem que continuo post mortez datur: si ea dignus est/ tunc accipit quisq̄ cum moritur. Priores acceperūt patriarche: videte exquo requiescunt. Posteriores prophete/ recentes apostoli/ multo recentiores sancti martyres: quotidie boni fideles: Et alij in ista requie tam diu sunt alij non tam diu: alij paucioribus annis: alij recēti tpe. Cū vero ab hoc somno euigilabunt: simul omēs quod promissum est accepturi sunt. Lazarus amic⁹ noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum.

Dixerunt ergo discipuli. Quomodo intellexerunt: sic responderūt. Domine si dormit saluus erit. Solet enim esse somnus egrotantiū: salutis indiciū. Dixerat autem iesus de morte eius: illi autem putauerūt quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Subobscure enim dixerat dormit. Ait ergo manifeste: Lazarus mortuus est: ⁊ gaudeo ꝓpter vos vt credatis quia non erā ibi: Sed scio quia mortuus est. Eger em̄ non mortuus fuerat nunciatus. Sed quid lateret eū qui creauerat: et ad cui⁹ man⁹ aīa morientis exierat? Hoc est quod ait. gaudeo ꝓpter vos vt credatis q̄a nō ibi eram: vt iam inciperent admirari: quia dominus potuit dicere mortuū: quod nec viderat nec audierat. Vbi sane meminisse debemus: quod adhuc etiā ipsoꝝ discipulorum qui in eū crediderāt/ miraculis edificabat̄ fides. Nō vt ea que nō erat esse inciperet: sed vt ea que iam esse ceperat/ cresceret: quamuis tali verbo vsus sit: quasi tunc credere inciperent. Non eniz ait. gaudeo ꝓpter vos vt fides vestra augeatur siue firmetur: sed ait vt credatis. Quod intelligendū est: vt amplius robustiusq̄ credatis. Sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas qui dicitur didim⁹ ad cōdiscipulos. Eamus et nos: ⁊ moriamur cum illo: Venit itaq̄ iesus et inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem. De quatuor diebus multa quidem dici possunt. sicut se habent obscura scripturaruz: que ꝓ diūsitate intelligētiū mltos sens⁹ pariūt

Dicamus et nos: quid nobis videat signi
ficare mortuus quadriduanus. Quomo-
do enim in illo ceco intelligimus quodā=
modo humanum genus: sic forte et in isto
mortuo: multos intellecturi sumus. Di=
uersis enī modis vna res significari potest
Homo quando nascitur: iam cū morte na
scitur: quia de adā peccatū trahit. Unde
Ro.v: dicit apls. Per vnū hominē peccatū ītra
uit in mundū et per peccatum mors: et ita
omnes homes pertrāsijt: in quo omnes pec
cauerūt. Ecce habes vnū diem mortis: qō
homo trahit de mortis ꝓpagine. Deinde
crescit: incipit accedere ad raciōales ānos
vt legem sapiat naturalē. quā omnes ha=
bent in corde fixam. Quod tibi nō vis: alij
Tho.iij. ne feceris. Nunqd hoc de pagāis dicitur:
et non in natura ipa quodammō legitur?
Furtum vis pati? Utiq; nō vis Ecce lex ī
corde tuo. Quod nō vis pati: facere noli.
Et hanc legem transgrediunt homes. Ec
ce alter dies mortis. Data est lex etiā diui
nitus: per famulū dei moysen. Dictū est il
Exo.xx. lic: Nō occides/nō mechaberis/nō falsum
testimoniū dices/honora patrē et matrē:
non cōcupisces rē ꝓximi tui. Ecce lex scri
pta est: et ipsa contēpnit. Ecce tercius di=
Math.iij: es mortis. Quid restat? Uenit t euange
lium: predicatur regnū celoꝝ: diffamatur
vbiq; christus: minatur gehenna/vita pro=
mittit eterna: t ipsa cōtempnitur Trāsgre
diuntur homes euangelīū. Ecce quartus
dies mortis. Aperito iā fetet. Nunqd t ta
libus negāda est misericordia? Absit. Eti
Textus ha= am ad tales domin⁹ excitandos: non de=
bet. Erat au dignatur accedere. **Multi autez ex iu**
tē bethania **deis venerant ad martha et mari=**
iuxta ihero= **am: vt consolarentur eas de fratre**
solimā qua= **suo. Martha ergo vt audiuit: quia**
si stadijs qn **dominus venit: occurrit illi: Ma=**
decim. Ih **ria autem domi sedebat Dixit er**
go martha ad iesum Dñe si fuisses
hic: frater meus non fuisset mortu
us: sz t nūc scio: qa quecūq; popo
sceris a deo: dabit tibi deus. Non
dixit sed t modo rogo te: vt resuscites fra
trem meū. Unde enī sciebat/si fratri eius
resurgere vtile fuerit. Ih hoc tātū dixit: scio
quia potes/si vis facis. Utrum enim faci
es/iudicij tui est: nō presumptiōis mee. Sz
t nunc scio: qa quecūq; poposceris a deo
dabit tibi de⁹. **Dicit illi iesus. Resur=**
get frater tuus Ih hoc ambiguū fuit. Nō
enim ait. modo resuscito fratrē tuum: sed
resurget frat tu⁹. **Dicit ei martha: scio**
quia resurget in resurrectiōe: in no
uissimo die. De illa resurrectiōe secura
sum: de hac incerta sum. **Dicit ei iesus.**
Ego sum resurrectio et vita. Dicis
resurget frater meus in nouissimo die. Ue
rum dicis. Sed per quē tunc resurget: pōt
es modo: quia ego sum inqt resurrectio et
vita. Audite fratres: audite qd dicat. Cer
te tota expectatio erat circūstanciū: vt re
uiuisceret lazarus: vnus mortuus quadri=
duanus. Audiam⁹ et resurgamus. Quam
multi sunt in hoc populo: quos premit cō=
suetudinis moles. Forte audiūt me qui=
dam: quibus dicitur. Nolite inebriari vi= Eph.v
no in quo est luxuria. Dicunt. Nō possu=
mus: Forte audiūt me aliqui immūdi: la
sciuijs et flagitijs inquinati: quibus dicit
Nolite hoc facere ne pereatis. Et respon
dent. Non possum⁹ tolli a cōsuetudie no
stra. Ꝺ dñe: istos resuscita. Ego sum inqt
resurrectō et vita. Ideo resurrectio/quia
vita. **Qui credit in me: etiā si mortu**
us fuerit viuet. Et omis qui viuit
et credit in me: non morietin eter=
num. Quid est hoc: qui credit in me etiā
si mortuus fuerit viuet: sicut lazarus mor=
tuus est viuet? Quia non est de⁹ mortuo
rum sed viuoꝝ. De olim mortuis patrib⁹:
hoc est de abrāā: et ysaac: et iacob: tale re Math.
sponsum iudeis dedit. Ego sum deus abra
am et deus isaac/et deus iacob. Nō est de
us mortuoꝝ: sed viuoꝝ. Omnes enim illi
viuūt. Crede ergo: et si mortuus fueris vi
ues. Si aūt non credis: et cū viuis mortu
us es. Probemus et hoc: quia si nō credis
et viuis: mortuus es. Quidā dñs differen=
ti sequi eū et dicēti: eam prius sepelire pa
trē meū: sine inqt mortuos sepelire mortu Math.
os suos: tu veni seqre me. Erat ibi mortu
us sepeliend⁹: erant ibi et mortui: mortuū
sepulturi. Ille mortuus in carne: illi in ani
ma. Unde mors in anima? Quia nō est fi
des Unde mors in corpe? Quia nō est ibi
anima. Ergo anime tue aīa fides est. Qui
credit in me inquit: etiā si mortuus fuerit ī
carne/viuet in anima: donec resurgat t ca
ron unq; postea mortura: hoc est qui cre=
dit in me: licz moriat viuet. Et omnis qui

viuit in carne et credit ī me: et si moriatur ad tempus ꝓpter mortem carnis: non morietur in eternū ꝓpter vitam spiritus ⁊ immortalitatē resurrectiōis. Hoc est quod
J ait. Et omnis qui viuit et credit in me: nō morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. vtiqꝫ domīe. Ego credidi: quia tu es christus filius dei: qui in hūc mundū venisti: . Qñ ꝫ credidisti? Credidi q̄a tu es resurrectio: credidi q̄a tu es vita. Credidi: quia qui credit in te ⁊ si moriatur viuet: et qui viuit et credit in te nō morietur in eternū. Et cuꝫ hec dixisset abijt et vocauit mariam sororeꝫ suam silentio dicens. Magister adē: et vocat te: Aduertendū est: quēadmodum suppressam vocem silentiū nuncupauit. Naꝫ quomō siluit que dixit: magister adest et vocat te? Aduertendū etiā queꝫ admodū enāgelista non dixerit: vbi vl' qñ vel quomō mariā domin⁹ vocauerit: vt ꝫ in verbis marthe potius intelligeret̄ narrationis breuitate seruata. Illa vt audiuit: surgit cito et venit ad eum. Nōdū em̄ venerat iesus in castellū: sꝫ erat adhuc in illo loco: vbi occurrerat ei martha Judei igitur qui erāt cum illa in domo et consolabātur eam: cum vidissent mariam q̄a cito surrexit et exiit: secuti sunt eam dicentes: quia vadit ad monumētuꝫ vt ploret ibi. Quare pertinuit hoc ad euangelistā narrare? Ut videam⁹ que occasio fecerit: vt plures ibi essent quādo lazarus resuscitatus est. Putātes eniꝫ iudei ꝓpterea illam festinare vt doloris sui solaciū lachrimis quereret: secuti sunt eaꝫ: vt tam grande miraculū q̄driduāi mortui resurgētis testes plurīos inueniret. Maria autē cuꝫ venisset vbi iesus erat videns eum cecidit ad pedes eius et dixit ei. Domīe si fuisses hic: frater meus nō esset mortuus. Jesus ergo vt vidit eam plorantē et iudeos qui cum illa erāt plorantes: fremuit spū et turbauit semetip̄m: et dixit: Ubi posuistis eū? Nescio q̄d nobis insinuauit fremēdo spiritu et turbādo seip̄m. Quis em̄ eum posset nisi seipsum ip̄e turbare. Itaqꝫ frēs mei: primo hic attendite potestatē: et sic inq̄rite significationem. Turbaris tu nolens. turbatus est christus quia voluit. Esuriuit iesus: verū est/sed quia voluit. Dormiuit iesus verū ē sꝫ qꝛ voluit. Cōtristatus est iesus: verū est/sed quia voluit. Mortu⁹ est iesus verum est: sed quia voluit. In illius potestate erat: sic vel sic affici vel non affici. Verbum enī animam suscepit et carnē: tocius hōinis sibi coaptās: in persone vnitate naturam: Nam et anīa apostoli v̄bo illustrata est. Anima petri v̄bo illustrata est Aīa pauli/⁊ alioꝝ apostoloꝝ: sctōruꝫ ꝓphetarum verbo illustrate sunt anīe: sed de nulla dictum est/verbū caro factū est: de nulla dictū est: ego et pater vnū sumus. Anima et caro christi cū v̄bo dei: vna persona est / vnus christus est: ac per ꝫ vbi summa potestas est/secundū voluntātis nutū tractatur infirmitas. Hoc est turbauit semetipsuꝫ: Dixi potestatē: attēdite significationem. Magn⁹ reus est/quē mortis q̄driduuꝫ et illa significat sepultura: Quid est ergo quod turbat semetip̄m christus? nisi vt significet tibi quomō turbari tu debeas: cum tanta mole peccati grauaris ⁊ premeris? Attendisti em̄ te: vidisti te reū: cōputasti tibi. Illud feci et pepcit mihi de⁹: illud commissi et distulit me. Euangeliuꝫ audiui: et contēpsi. Baptisatus sum: ⁊ iterum ad eadē reuolutus sum. Quod facio. quo eo: vnde euado? Quādo ista dicis: iā fremet christus: quia fides fremit. In voce frementis apparet spes resurgentis: si ipsa fides est intus: ibi est christus fremens Si fides in nobis: christus in nobis. Quid enī aliꝫ ait apostol⁹ habitare christū per fidem in cordibus vestris? Ergo fides tua de christo: christus est in corde tuo: Hinc est illud q̄ꝫ dormiebat in naui: et cū periclitarent̄ discipuli: iam īminēte naufragio accesserunt ad eū: et excitauerūt eū. Surrexit christus: impauit ventis et fluctib⁹: et facta est trāquillitas magna. Sic et tu: intrant venti cor tuum: vtiqꝫ nauigas: vbi hanc vitam tanquā procellosuꝫ et periculosū pelagus transis: intrant venti: mouēt fluctus: turbant nauem. Qui sunt venti? Audisti conuiciū irasceris: conuiciū ven-

Joh. j.

K

Math. viij.

tus est: iracundia fluct⁹ est. Periclitaris: disponis respōdere/ disponis maledictuz pro maledicto reddere: iā nauis ꝓpiquat naufragio. Excita christū dormiētē. Ido enī fluctuas et mala pro malis reddere p̄paras: quia christ⁹ dormit in naui. In corde enī tuo somn⁹ christi: obliuio fidei. Nā si excitas christū. idest: recolas fidē: quid tibi dicit tanq̄ vigilans christus in corde tuo? Ego audiui: demoniuz habes: et pro eis oraui. Audit domin⁹ et patitur: audit seruus et indignatur. Sed vindicare vis Quid enī? Ego iam sum vindicatus? Cū hec tibi loquitur fides tua: quasi impatur ventis et fluctibus/ et fit tranquilitas magna. Quomodo ergo hoc ē excitare xp̄m in naui/ excitare fidem: sic in corde homīs quem premit magna moles et consuetudo peccati/ in corde hominis transgressoris etiam sancti euāgelij ꝯtemptoris ⁊ penarum eternarū. Fremat christus: in crepet se homo: Audi adhuc. Fleuit christus: fleat se homo. Quare enī fleuit christus: nisi quia flere hominē docuit. Quare fremuit et turbauit semetipsum/ nisi q̄a fides hominis sibi merito displicentis: fremere quodāmodo debet in accusatione malorū operū: vt violētie penitēdi cedat consuetudo peccādi? Et dixit: vbi posuistis eum? Scisti quia mortuus sit: et vbi sit sepultus ignoras? Et ista significatio est: quia sic ꝑditū hominē quasi nescit deus. Non ausus sum dicere nescit. Quid enī ille nescit? Sz quasi nescit. Unde hoc probamus? Dominū audi dicturū in iudicio. Non noui nos: discedite a me. Quid ē non noui vos? Non vos video ī luce mea Nō vos video in illa iusticia quam noui. Sic et hic tanq̄ nesciens talem peccatorē dixit: vbi posuistis eū: Talis est vox dei ī paradiso postea quā hō peccauit. Adam vbi es Dicunt ei. Domīe veni et vide. Quid est vide? Misserere Uidet enī domīus quādo misseret: vnde illi dicitur Uide humilitatē meam et laborē meum: et dimitte oīa peccata mea. Et lacrimatus est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quid est amabat eum? Non veni vocare iustos sed peccatores in penitētiā: Quidā autem dixerūt ex ipsis. Non poterat hic qui aperuit occulos ceci facere vt et hic non moreretur? Qui noluit facere vt non moreretur: plus est quod facturus est vt mortuus suscitetur. Jesus autem rursus fremēs in semetipso: venit ad monumentū. Fremet et in te: si disponis reuiuiscere. Omni hōini dicitur qui premitur pessima consuetudine Uenit ad mōumentū. Erat autem spelunca: et lapis suppositus erat ei. Mortuus sub lapide: reus sub lege Scitis enim quia lex que data est iudeis: in lapide scripta est. Oēs autē rei: sub lege sūt: bene viuentes in lege sunt. Justo lex posita non est. Quid est ergo lapidē remouere? Gratiā predicate. Apostol⁹ enī paul⁹ ministrū se dicit noui testamēti: non littera sed spiritu. Nam littera inquit occidit: spiritus autez viuificat. Littera inquit occidens: quasi lapis est premēs. Remouete inquit lapidez. remouete legis pōdus: gratiā predicate. Si enī data esset lex que possit viuificare: omnino ex lege esset iusticia: sed conclusit omnia scriptura sub peccato: vt ꝓmissio ex fide iesu christi daretur credentib⁹. Ergo remouete lapidez. Dicit ei martha: soror ei⁹ qui mortuus fuerat. Domīe iam fetet: q̄driduanus enim ē. Dicit ei iesus. Nōne dixi tibi: quia si credideris videbis gloriam dei? Quid est videbis gloriam dei? Quia ⁊ putentē: et quadriduauum resuscitat. Omnes enī peccauerūt: ⁊ egent gloria dei. Et vbi habūdauit peccatum suꝑhabundauit et gratia. Tulerūt ergo lapidem. Jesus autē eleuatis sursum occulis dixit. Pater gratias ago tibi: quoniam audisti me. Ego autem sciebā quia semper me audis: sed propter populū qui circumstat dixi vt credāt q̄a tu me misisti. Hec cum dixisset: voce magna clamauit. Fremuit/ lacrimat⁹ ē/ voce magna clamauit. Quam difficile surgit: quez moles male consuetudinis premit: Sz tn̄ surgit: occulta gratia intus viuificatur: surgit post vocem magnam. Quid est factū? Uoce magna clamauit. Lazare vēi foras et statī prodijt qui fuerat mortu⁹ ligatus man⁹ ⁊ pedes institis

Exo. xx

j. Thi. j.

ij. Cor. ii

Textus habet. Ait tollite lapidem.

Gal. iij.

Rho. iij

et facies illius sudario erat ligata. Quomō ꝓcessit ligatis pedib⁹ miraris: ⁊ non miraris quia surrexit quadriduan⁹? In vtroꝙ potentia domini erat: nō vires mortui. Processit et adhuc ligatus est: adhuc inuolut⁹: tñ iam foras ꝓcessit. Quid significat? Quādo contēpnis: mortuus iaces. Et si tāta quāta dixi contēpnis: sepultus iaces. Quādo cōfiteris: ꝓcedis: Quid est enī ꝓcedere: nisi ab occultis velō exeundo te manifestare? Sz vt cōfitearis: de⁹ facit magna voce clamando: idest. magna gratia vocando. Jdeo cū processisset mortuus adhuc ligatus confitēs et adhuc re⁹: vt soluerentur peccata eius: ministris hoc dixit dominus: soluite illū: et sinite abire: Quid ē soluite et sinite abire? Que solueritis i tra soluta erūt i celo. Multi ergo ex iudeis q̄ venerāt ad mariā ⁊ viderūt que fecit iesus: crediderūt in eum. Quidaz autē ex ipsis abierunt ad phariseos: et dixerūt eis q̄ fecit iesus. Non omnes ex iudeis q̄ conuenerant ad mariā: crediderūt: sed tamen multi. Quidā vero ex eis: siue ex iudeis q̄ cōuenerāt: siue ex eis qui crediderāt: abierunt ad phariseos et dixerūt eis que fecit iesus: siue annūciādo vt ⁊ ipsi crederēt: siue potius prodendo vt seuirent. Sed quomodolibet et a quibuslibet: ad phariseos ista perlata sunt. Collegerūt pontifices et phariſei concilū: et dicebant. Quid facimus? Hec tamē dicebant credamus. Plus eñ perditi homies cogitabant quomō nocerent vt perderent quā quomō sibi cōsulerent ne perirēt. Et tamē timebāt: et quasi consulebant. Dicebant eñ. Quid faciemus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittim⁹ eum sic: omnes credent in eum: et venient romani: et tollent nostruz locum et gentem. Temporalia perdere timuerūt: et vitam eternā non cogitauerunt: ac sic vtrūq̄ amiserunt. Nam et rōmani post domini passionē et glorificationez tulerunt eis et locū et gentē. expugnādo et transferēdo. Et illud eos sequit quod alibi dictū est. Filij autē regni huius ibūt in tenebras exteriores. Hoc autē timuerunt: ne si omnes in christū crederent: nemo remaneret qui aduersus romanos/ciuitatem dei templū q̄ defenderet: quoniam contra ipsum templū ⁊ contra suas paternas leges/doctrinam christi esse sentiebant. Un⁹ autem ex ipsis caiphas: cum esset pontifex anni illius: dixit eis Vos nescitis quicq̄ nec cogitatis: quia expedit uobis vt vnus moriatur homo pro populo: ⁊ nō tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cū esset pontifex anni illi⁹ prophetauit. Hic docemur: etiā homies malos ꝓphetie spiritu futura predicere. Quod tamē euangelista diuino tribuit sacramēto: quia pontifex fuit id est sumus sacerdos. Potest autem mouere quomō dicatur pontifex anni illius: cum deus vnū constituerit summum sacerdotē: cui mortuo vnus succederet. Sed intelligendū est/per ambitiones et contentiōes inter iudeos postea constitutum vt plures essent: et per annos singulos vicib⁹ ministrarent. Nā et de zacharia hoc dicitur: Factū est aūt cum sacerdotō fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deum: secundū consuetudinē sacerdocij sorte exijt vt incensum poneret: ingressus in templū domini Hic apparet plures eos fuisse: et vices suas habuisse. Naz incensum nō licebat ponere nisi summo sacerdoti: et forte etiā vnū annuz plures administrabant: quib⁹ alio anno alij succedebāt: ex quib⁹ sorte exibat quis vt incensum poneret. Quid est ergo quod prophetauit caiphas: quia iesus moriturus erat pro gente? Et non tantū ꝓ gēte: sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Hoc euāgelista addidit: Nam caiphas de sola gente iudeoꝝ prophetauit: i qua erant oues de quibus ait ipse domin⁹: non sum missus: nisi ad oues que perierūt dom⁹ israel. Sz nouerat euāgelista esse alias oues que nō erāt de hoc ouili/ quas oportebat adduci vt esset vnū ouile et vnus pastor. Hec autem secundū predestinationē dicta sunt. Nā neq̄ oues ei⁹: nec filij dei adhuc erāt: q̄ nec dū crediderāt. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerent eū. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in re-

Luce.j.

Mat.xv:

Joh.x:

gionem iuxta desertū in ciuitatem que dicitur effrem: et ibi morabatur cum discipulis suis. Nō quia potentia eius defecerat: in quacūq; si vellet et palam iudeis conuersaretur et nihil ei facerent: sed in hominis infirmitate viuendi exemplū discipulis mōstrabat: In quo apparet non esse peccatum: si fideles eius qui sunt membra eius/oculis persequentium se subtraherēt: et furorē sceleratorum latendo potius deuitarent: quā se offerendo magis accēderent:

Explicit tractat⁹ quadragesimus non⁹. Incipit tractat⁹ q̄ngēsim⁹ Ab eo quod ait. Proximū erat pasca iudeorum. vsq; ad id quod ait. mūlti propter illum abibāt et credebāt in iesum.

A

Esternā lectio

Nem sancti euangelij de qua locuti sumus quod dominꝰ dedit: hodierna sequitur: de qua locuturi sumus quod dominꝰ dabit. Quedā in scripturis tam manifesta sunt: vt potius auditorem quā expositorez desiderent. In eis nos immorari non oportet: vt necessarijs in quibus immorandū est. tempus sufficiat. **Proximum ergo erat pasca iudeorum.** Illū diē festū/iudei cruētū habere dñi sanguīe voluerūt. Illo die festo occisus ē agnꝰ: q̄ nobis eūdē diē festū suo sanguine consecrauit. Consiliū erat inter iudeos de occidendo iesu. Ille qui de celo venerat pati: ppiquare voluit loco passionis: q̄a imminebat hora passionis: **Ascēderunt ergo multi iherosolimā de regione ante pasca: vt sanctificarēt seipsos.** Hoc faciebant iudei secundum
Exo.xij. preceptū domini per sanctū moysen in lege mandatū: vt die festo quo pasca erat/ omnes vndiq; conuenirēt: et illius diei celebratione sanctificarent. Sed illa celebratio/vmbra erat futuri. Quid est vmbra futuri? Prophetia christi vēturi: prophetia pro nobis illa die passuri: vt transiret vmbra/et lux veniret: vt transiret significatio et veritas teneretur. Habebant ergo iudi pasca in vmbra: nos in luce. Quid enī opꝰ erat vt dominus eis preciperet per ipsum festum diem ouem occidere: nisi quia ille erat de q̄ pphetatū est: sicut ouis ad immolandū ductus est? Sanguīe occisi pecoris Esaie.liij
iudeorū postes signati sunt. Sanguīe christi frōtes nostre signantur: et illa signatio Exo:xij.
q̄ erat significatio data est ab omīb⁹ signatis extermiatorem phibere. Signū christi a nobis repellit exterminatorē: si cor nr̄m recipiat saluatorē. Quare hoc dixi? Quia multi postes habent signatos: et intus nō manet habitator. Agitatores facile habēt in fronte signū christi: et corde non recipiunt verbū christi. Ideo dixi fratres quod repeto: signū christi a nobis repellit exterminatorē: si cor nostrū habeat christū habitatorē. Hec dixi: ne quis forte cogitaret quid sibi vellent ista festa iudeor. Venit ergo iesus tanq; ad victimam: vt verū pasca nos haberemus: cum eius passionē tāquā ouis īmolationē celebrarem⁹. **Querebant ergo iesum:** sed male. Beati enī qui querūt iesum: sed bene. Illi querebāt iesum vt nec ipsi haberēt eum. nec nos: q̄ ab ipsis abscedentē suscepimus nos. Reprehēdūtur qui querūt: laudant qui querunt. Animus enī querentis aut laudez inuenit: aut damnationē. Habes enī et ipsalmis. Ps̄ .xxx
Confundant et reuereantur: qui querunt animā meā. Isti sūt qui male q̄rebāt Ps̄.xxxix
Alio aūt loco dicit. Perijt fuga a me: nō est qui requirat animā meam: Culpantur qui querebant: culpātur qui nō querebāt Ergo queramus christum vt habeamus: queramus vt teneamus. sed vt non occidamus. Nam et illi non ideo querebāt vt tenerent: sed vt cito non haberent. **Querebant ergo: et loquebantur inter se: Quid putatis: quia nō venit ad diem festum? Dederunt autez pōtifices et pharisei mandatum: vt si q̄s cognouerit vbi sit: indicet vt apprehendant eum.** Nos indicem⁹ modo iudeis vbi sit christus: vtinā velint audire t apprehendere. Quicūq; sunt ex semine illorum qui dederant mandatum: vt indicarent eis vbi esset christus: veniant ergo ad ecclesiam/audiant vbi sit christus: et apprehendant eum. A nobis audiant: et ex eā

gelio audiant. Occisus est a parētibus eo rum: sepult⁹ est: resurrexit: a discipulis ag nitus: ante oculos eoꝝ ascendit in celū: ibi sedet ad dexteram patris. Qui iudica tus est: venturus est iudex. Audiant et te neant. Respondet. Quem tenebo? Absen tem? Quomō in celū manū mittam: vt ibi sedentem teneam? Fidem mitte: et tenui sti. Parentes tui tenuerunt carne: tu tene corde: quoniā christ⁹ absens etiā presens est. Nisi presens esset: a nobis ipsis teneri
:B.xxij. non posset. Sed quoniā verū est quod ait ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsumatio nem seculi. Et abijt/ et hic est: et redijt/ et
B nos non deseriut. Corp⁹ enī suum intulit
api.xij. celo: maiestatē non abstulit mundo (Je sus ergo ante sex dies pasce: venit bethaniā: vbi fuerat lazarus mor tuus quem suscitauit iesus. Fece rūt autē ei ibi cenā: et martha mini strabat. Lazarus vero vn⁹ erat ex discumbentibus. Ne putarent homi nes fantasma esse factum quia mortuus resurrexit: vnus erat ex recumbentib⁹. vi uebat: loquebatur: epulabat: veritas ostē debatur: infidelitas iudeoꝝ confundeba tur. Discumbebat ergo iesus cum lazaro ⁊ ceteris. Ministrabat martha vna ex soro rib⁹ lazari: maria vero altera sozor laza ri: accepit libraꝫ vnguenti nardi pi stici precioſi ⁊ vnxit pedes iesu ⁊ ex tersit capillis suis pedes ei⁹: ⁊ do mus impleta est ex odore vnguēti Factum audiuimus: misteriū requiram⁹. Quecūq; anima fidelis vis esse cū maria: vngue pedes domini precioso vnguento: Unguentum illud iusticia fuit: ideo libra fuit Erat aūt vnguētū nardi pistici p̄cioſi Quod ait pistici: locū aliquē credere de bemus vnde hoc crat vngueutū precioſū Nec tamē hoc vacat: ⁊ sacramēto optime consonat Pistis grece: fides dicitur. Que
Ro.j. rebas operari iusticiā. Justus ex fide vi uit. Ungue pedes iesu bene viuēdo: dūi nica sectare vestigia: capillis terge. Si ha bes superflua da pauperib⁹: et domini pe des tersisti Capilli enī supflua corpozis vi dentur Habes quod agas de supfluis tuis Tibi supflua sunt: sed dōini pedib⁹ neces saria sunt. Forte in terra domini pedes in digent: De quibus enī nisi de membris su is in fine dicturus est. Cū vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis? Spflua vestra impediſtis: sed pedib⁹ meis obsecuti estis Domus autem impleta est odore: mund⁹ implet⁹ est fama bona. Nam odor bonus fama bona est. Qui male viuūt et christiāi vocantur: iniuriam christo faciunt: de qua libus dictū est: quod per eos nomē domi ni blaspheātur Si per tales nomē dei blas phemat: per bonos nomē dñi laudat. Au
Ro.ij. di apostolū: Christi bonus odor sumus in
ij.Coz.ij. inquit in omni loco. Dicitur et in canticis canticoꝝ: Oleum effusum nomen tuum: Ad apostolū reuoca intentionē. Christi i
Canticoꝝ.j. quit bonus odor sumus in omni loco: ⁊ in his qui salui fiūt/ et in his qui pereūt. Ali is sum⁹ odor vite ī vitā: alijs odor mortis in mortem. Et ad hec quis idoneus? Oca sionem nobis prebet presens lectio sancti euangelij de odore isto ita loqui/ vt et a nobis sufficienter dicatur: et a vobis dili genter audiatur: apostolo ipso ita dicēte. Et ad hec quis idoneus? Ergo vt ide nos conemur loqui: nunquid idonei sum⁹: aut vos audire hec idonei estis? Hec audire vos quidē idonei estis: nos quidē idonei non sumus. sed idoneus est ille qui p nos dignetur dicere: quod vobis prosit audi re (Ecce apostolus bonus odor est sicut
C dicit ipse: sed ipse odor: alijs est odor vite: in vitam: alijs autē odor mortis in mortē tamen bon⁹ odor Nunqd enī ait: alijs su mus bonus odor ad vitā: alijs mal⁹ odor ad mortem? Bonū odorez se dixit nō ma lum: et eundem bonū odorem alijs ad vi tam dixit: alijs ad mortez. Felices qui bo no odore viuunt. Quid autē infelicius il lis qui bono odore moriuntur? Et quis ē ait aliquis quē bonus odor occidit? Hoc est quod ait apostolus. Et ad hec q̄s ido neus? Quomō ea facit deus miris modis vt bono odore/ et boni viuant: ⁊ mali mo riantur: quomō sit: quantū domin⁹ inspi rare dignatur ostendā. Nam fortasse ibi la ter altior intellectus. qui a me non potest penetrari. Tamē quousq; penetrare pote ro/ vobis non debet denegari Paulū apo stolum bene agentē/ bene viuentē/ iusticia am verbo predicantē/ opere demonstran tem/ doctorem mirabilē/ fidelem dispensa

torem: fama vsqueq̃ q̃ disseminabat: quidam diligebant: quidã inuidebant. Nã ipse quodã loco ait de quibusdaz: quod nõ caste sed per inuidiã christũ annũciarent: existimantes inquit tribulationẽ suscitare vinculis meis. Sed quid ait? Siue occasione siue veritate christus annuncietur Annuncient qui me amant: annunciẽt qui mihi inuident. Illi bono odore viuunt: et illi bono odore moriuntur. Tamẽ vtrisq̃ predicantib⁹ nomen christi annnciet̃: odore optimo mundus impleatur. Amasti bene agentem: vixisti bono odore. Inuidisti bene agenti: mortuus es bono odore. Nũ quid quia mori voluisti: ideo odorez illũ malum esse fecisti. Noli inuidere: et nõ occidet te bonus odor. Deniq̃ audi ⁊ hic ex vnguento isto quomõ alijs erat odor bonus in vitam: alijs odor bonus in mortez. Postea quaz hoc fecit religiosa maria ad domini obsequium: continuo vnus ex dicipulis eius iudas scariotis qui eum erat traditurus dixit. Quare
D hoc vnguentum non venijt trecentis denariis et datum est egenis? Ve tibi miser: bon⁹ odor occidit te. Quare em̃ hoc dixerit: euangelista sanct⁹ apuit Putaremus autẽ et nos si mens ipsius nobis per euangeliũ non proderetur: pauperum cura hoc illũ dicere potuisse. Non ita est Sed quid? Audi testem veracẽ. Dixit autez hoc: non quia de egenis ꝑtimebat ad illum: sed quia fur erat ⁊ loculos habens. Et ea que mittebantur portabat. Portabat: an exportabat? Sed ministerio portabat: furto exportabat. Ecce audite quia iudas iste nõ tunc peruersus factus est: quãdo a iudeis corruptus dominũ tradidit. Pleriq̃ eniz incuriosi euangelij/existimãt tunc perisse iudam: quãdo accepit a iudeis peccuniaz vt dominũ traderet. Nõ tunc perijt. Jam fur erat/et dominũ perditus sequebatur: quia nõ corde sed corpore dominũ sequebatur. Duodenariũ numerũ apostolorum implebat: apostolicã beatitudinẽ non habebat. Ad imaginez fuerat duodecimus. Quo iuda decidente et mathia succedente: et suppleta est apostolica veritas: et numeri permansit integritas. Quid ergo vo-

Actuũ. j.

luit dominus noster iesus christus fratres mei admonere ecclesiã suam: quãdo vnũ perditum inter duodecĩ habere voluit: nisi vt malos tolleremus: ne corp⁹ christi diuidamus? Ecce inter sanctos est iudas: ecce fur est iudas. Et ne contempnas: fur sacrilegus: non qualiscũq̃ fur. Fur loculoꝝ: sz dominicorũ: loculoꝝ/sed sacrorũ Si crimina discernunt̃ in foro/ qualiscumq̃ furti: et peculat⁹: Peculat⁹ em̃ dicitur furtũ de re publica: ⁊ non sic iudicatur furtũ rei priuate quomõ publice: quanto vehemẽtius iudicandus est fur sacrilegus qui ausus fuerit vndecumq̃ tollere: hoc est et de ecclesia tollere. Qui aliquid de ecclesia furatur: iude perdito comparatur. Talis erat iste iudas: et tamẽ cum sanctis discipulis vndecim intrabat ⁊ exibat. Ad ipsam dominicam cenam pariter accessit: cõuersari cum eis potuit: eos inquinare non potuit. De vno pane et petrus ⁊ iudas accepit: et tamẽ que pars fideli cum infidele? Petrus enĩ accepit ad vitam: iudas ad mortem. Quomõ em̃ ille odor bonus: sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor bonus/ ita et cibus bonus: bonos viuificat: malos mortificat. Qui enĩ mauducauerit indigne: iudiciũ sibi manducat et bibit. Judicium sibi: non tibi. Si iudiciuz sibi non tibi: tolera malum bonus: vt venias ad premia bonorum: ne mittaris in penaz maloꝝ. Exemplum domini accipe conuersantis in terra. Quare habuit loculos cui angeli ministrauerũt: nisi quia ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Quare furez admisit: nisi vt ei⁹ eccl'ia fures paciẽter toleret. Sz ille qui consueuerat de loculis peccuniaz tollere: nõ dubitauit accepta peccunia ipsum dominũ vendere. Videam⁹ quid ad ista dominus respondeat. Videte fratres Non illi ait lpropt̃ furta tua dicis ista. Furem nouerat: et prodere nolebat: sed potius tolerabat: et ad perferendos malos in ecclesia nobis exemplũ pacientie demonstrabat. Dixit ergo ei iesus. Sine illam: vt in diem sepulture mee seruet illud. Moriturũ se denunciauit. Sed quid est quod sequitur: pauperes enim semper habebitis vobiscuz: me autem non semper habebitis?

ij. q. iij. q.

j. Cor. xj.

xij. q. j. ex

E

Intelligimus quid est: pauperes semp habebitis. Quod dixit: verū est. Quando ecclesia sine pauperibus? Me autez non semp habebitis: q̄d sibi vult: Quomodo intelligendū est: me autē nō semper habebitis? Nolite expauescere: iuō dictum est. Quare ergo non dixit: habebis sed habebitis? Quia nō vnus est iudas. Judas malus corpus malorū significat: quomō petrus corpus bonorū: corpus ecclesie: immo corpus ecclesie sed ī bonis. Nam si in petro non esset ecclesie sacramentū: non ei diceret dominꝰ. Tibi dabo claues regni celorū. Quecūq; solueris in terra: soluta erunt et in celo: et quecūq; ligaueris in terra ligata erūt et in celo. Si hoc petro tantū dictuz est non facit hoc ecclesia. Si autez et in ecclesia fit: vt que in terra ligantur in celo ligentur: et que soluūtur in terra/soluātur in celo/quia cū excommunicat ecclesia: in celo ligatur excōmunicatus: cum reconciliatur ab ecclesia: ī celo soluitur reconciliatus: Si hoc ergo in ecclesia fit: petrus quando claues accepit ecclesiaz sanctam sanctificauit. Si in petri persona significati sunt in ecclesia boni: in iude persona significati sunt ī ecclesia mali. Ipsis dictū est. Me autē non semper habebitis. Quid est enī nō semp: et q̄d est semper? Si bonus es: si ad corpꝰ x̄pi pertines quod significat petrus: habes christum et in presenti: et in futuro. In presenti per fidē: in p̄senti per signū x̄pi in presenti per baptismatis sacramentū in presenti per altaris cibū et potū. Habes christū in presenti: sed habebis semper: quia cum hinc exieris/ad illū venies qui dixit latroni. Hodie mecuz eris i paradiso. Si aūt male versaris: videris habere in presenti christū: quia intras ecclesiaz: signas te signo christi. baptisaris baptismo christi: misces te mēbris christi: accedis ad altare christi: in presēti habes christū: sed male viuendo non semper habebis Potest et sic itelligi. Pauperes semper habebitis vobiscū: me autem non semp habebitis. Accipiāt z hoc boni: sed nō sint solliciti. Loquebatur enim de presentia corporis sui. Nā secūdum maiestatē suaz: secundū prouidentiam: secumdū ineffabilē et inuisibilem gratiā impletur quod ab eo dictū est. ecce ego vobiscuz sum omnibꝰ diebꝰ: vsq; ad cōsumationē seculi: Secundū carnez vero quā verbum assumpsit: secundum id quod de virgīe natꝰ ē: secundū id qō a iudeis comprehensus est: quod ligno cōfixus: quod de cruce depositus: q̄d liteis inuolutus: quod in sepulchro cōditus: quod in resurrectione manifestatꝰ: non semper habebitis me vobiscū Quare? Quoniā cōuersatus est secundū corporis presentiā quadraginta diebꝰ cum discipulis suis: et eis deducētibus: videdo non sequendo ascendit in celū: et nō est hic. Ibi enī sedet ad dexterā patris: et hic est. Non enī recessit presentia maiestatis. Aliter: Secundū presentiaz maiestatis semper habemus christū: secundum presentiā carnis: recte dictū est discipulis: me aūtē non semper habebitis habuit enī illū ecclesia secundū presentiam carnis paucis diebꝰ Modo fide tenet: oculis non videt. Ergo si ita dictū ē me aūt non semper habebitis: questio sicut arbitror iā nulla est: que duobꝰ modis soluta est. Cetera que pauca remanent audiamus. **Cognouit ergo mlta turba ex iudeis quia illic est: et venerunt non ꝓpter iesum tan sed vt lazarum viderent quē suscitauit iesus a mortuis.** Curiositas eos adduxit: non charitas. Venerunt z viderunt: audite mirabile consiliū vanitatis: Viso lazaro resuscitato: quia tantum miraculū domini tanta erat euidentia diffamatū: tanta māifestatiōe declaratum: vt nō possint vel occultare quod factum est vel negare: quod inuenerunt videte **Cogitauerūt autē principes sacerdotū vt z lazarū interficerēt quia multi ꝓpter illū abibant ex iudeis: et credebant in iesum:** O stulta cogitatio: et ceca seuicia Dominꝰ christus qui suscitare potuit mortuum: non possit occisum? Quando lazaro ire rebatis necem: nunquid auferebatis do

Mat. xxviij

Actuū. j.

mino potestatem? Si aliud vobis videtur mortuus: aliud occisus: ecce dominꝰ vtrumq; fecit: et lazarum mortuum: et seipsum suscitauit occisum.

¶ Explicit tractatus quinquagesimus. Incipit tractatus quiquagesimus primꝰ. De eo quod ait. In crastinum autez turba multa quevenerat ad diem festum cum audissent quia venit iesus iherosolimam: acceperunt ramos palmarum et processerunt obuiā ei et clamabant: O sanna benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Usq; ad id quod ait. Si quis mihi mini strauerit honorificabit illum pater meus.

DOstea quā dominus quadriduanū mortuū resuscitauit: stupentibus iudeis: et aliis eorum videndo credentibus: alijs inuidendo pereuntibus propter odorem bonum qui est alijs ad vitam alijs ad mortem: postea quam discubuit in domo cuz recumbente lazaro qui fuerat mortuus resuscitatꝰ: post unguentum difusum super pedes eius: unde domus odore ipleta est: postea quaz vanaz seuitiam et stultissimum et demētissimū scelꝰ/iudei etiā de occidendo lazaro corde perdito conceperunt: de quibus omnibus vt potuimus quod dominus dedit superioribus sermonibus locuti sumus: nunc intēdat caritas vestra ante domini passionem quantus fructꝰ aparuerit prædicātionis eius: et quantus grex ouium ex his que perierant domus israel/vocez pastoris audierit. Sic enim loquitur euangelium: quod modo cum recitaretur audistis. ¶ In crastinum autē turba multa que venerat ad diem festum cum audissent quia vēit iesus iherosolimā acceperunt ramos palmarum: et processerunt obuiam ei: et clamabant. O sanna: benedictꝰ qui venit in nomine domini: rex israel. Rami palmarum laudes sunt significantes victoriam: qua erat dominus mortem moriendo superaturus: et tropheo crucis de diabolo mortis principe triūphaturus. Vox autem obsecrantis est osanna: sicut nonnulli dicunt qui hebream linguam nouerunt: magis affectum indicans quam rem aliquaz significans: sicut sunt in lingua latina quas interiectiones vocant: velut cum dolentes dicimus heu: vel cum delectamur/ua dicimus: vel cū miramur dicimus/o rem magnam: Tunc enim nihil significat: nisi mirantis affectum. Quod ideo credenduz est ita esse: quia neq; grecus neq; latinꝰ hoc interpretari potuit: sicut illud: qui dixerit fratri suo racha. Nam et hec interiectio esse perhibetur/affectum indignātis ostendēs. Benedictꝰ aūt qui venit in nomine domini rex israel: sic pocius accipiendum est: vt in nomine domini/in nomīe dei patris intelligatur. quā uis possit intelligi etiam in nomine suo: qa et ipse dominꝰ est. Unde et alibi scri

ptum est. Pluit dominus a domino. Sz verba eius melius nostrum dirigunt intellectum: qui ait. Ego veni in nomine patris mei/ et non suscepistis me: alius veniet in nomine suo: hunc suscipietis. Humilitatis enim magister est christus: qui humiliauit semetipsum factus obediens vsqz ad mortem: mortem autē crucis. Non itaqz omittit diuinitatem: quādo nos docet hūilitatem. In illa est patri equalis. in hac nobis similis. Per qd patri est equalis: nos vt essemus creauit Per quod nobis est similis / ne periremus redemit. Has ei laudes turba dicebat. Osanna: benedictus qui venit in nomine domini: rex israel. Quā crucem mentis/ inuidentia principum iudeoruz perpeti potuerat: quando regem suum christum tanta multitudo clamabat? Sz quid fuit domīo regē esse israel? Quid magnum fuit regi seculorum/regem fieri hominum? Non enī rex israel christus ad exigendum tributum: vel exercitum ferro armandum/hostesqz visibiliter debellandos: sed rex israel: quod mentes regat: quod in eternum consulat: quod in regnum celoruz credentes/sperātes / amantesqz perducat. Dei ergo filius eq̄lis patri: verbū per quod facta sunt omnia: quod rex eē voluit israel: dignatio est non promotio. Miserationis indicium est: non potestatis augmentuz. Qui enim appellatus est in terra rex iudeoꝝ: in celis est dominus angelorum. ¶ Et inuenit iesus asellū: et sedit super eum. Hic breuiter dictum est. Nā quemadmodū sit factū/apud alios euāgelistas plenissime legitur. Adhibetur autem huic facto propheticum testimonium: vt appareret quod maligni principes iudeoꝝ eū nō intelligebant: in quo implebantur que legebant. Inuenit ergo iesus asellum et sedit super eum: sicut scriptum est. Noli timere filiam sion. Ecce rex tuꝰ venit: sedēs super pullum asine. In illo ergo populo erat filia sion: ipsa est iherusalem.

Joh. v.
Phil. ij.
B
th. xxj.
arci. xj.
ce. xix.
ach. ix.

Que sion in illo inquam populo reprobo et ceco erat: tamen filia sion cui diceretur: noli timere: ecce rex tuus venit sedens super pullum asine. Hec filia syon cui diuinitus ista dicuntur: in illis erat ouibus que vocem pastoris audiebant: in illa erat multitudine que dominum venientem tanta deuotione laudabat: tanto agmine deducebat. Ei dictum est noli timere: illum agnosce qui a te laudatur: et noli trepidare cum patitur: q̄a ille sanguis fuuditur per quem tuum delictum deleatur: et vita reddatur. Sed pullum asine in quo nemo sederat: hoc enim apud euangelistas inuenitur/intelligimus populum gentiū qui legem domini non acceperat. Asinam vero quia vtrumqz iumentum domino adductum est: plebem eius que veniebat ex populo israel: non indomittam plane: sz que presepe dōini agnouit. Hec non cognouerūt discipuli eius primum: sed quādo glorificatus est iesus idest quando virtutem sue resurrectionis ostendit: tunc recordati sunt q̄a hec scripta erant de eo et hec fecerunt ei. idest non alia fecerunt ei: quaz illa que erant scripta de eo. Recolētes quippe secundum scripturam que ante passionē vel ī passione domini completa sunt: ibi ⁊ hoc inuenerunt quod secūdum eloquia prophetarum in pullo asine sederat. ¶ Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo quando lazarum vocauit de monumento et suscitauit eum a mortuis: propterea et obuiā venit ei turba: q̄a audierūt eū hoc fecisse signū. Pharisei ergo dixerūt ad semetip̄os. videt q̄a nihil ꝓficimꝰ Ecce mūdus totus post eū abiit Turba turbauit turbā. Quid aūt īuides ceca turba: q̄a post eū vadit mūdus: per quem factus est mūdus? Erāt

autē gentiles quidaz ex his qui
ascenderant vt adorarent in die
festo. Hi ergo accesserunt ad phi
lippū qui erat a bethsaida gali-
lee: et rogabant eum dicētes. Do
mine: volum⁹ iesum videre. Ue-
nit philipp⁹: et dicit andree. An
dreas rursum et philippus † di-
cunt iesu. Audiamus quid dom⁹ ad
ista responderit. Ecce volūt eum iudei
occidere: gentiles videre. sed etiaz illi
ex iudeis erant qui clamabant: Bene
dictus qui venit in nomīe domini rex is
rael Ecce illi ex circūsione/illi ex prepu
cio: velut duo parieres de diuerso veni
entes: et in vnā fidem christi pacis oscu
lo concurrentes. Audiamus ergo vocē
lapidis angularis. Jesus autem inqt
respondit eis dicēs. Uenit hora
vt † glorificetur filius hominis.
Hic quisquā forsitan putat iō se dixisse
glozificatum: quia gentiles eum vole-
bant videre. Non ita est. Sed videbat
ipsos gentiles post passionez et resurre
ctionem suam in omnibus gentibus cre
dituros: quia sicut dicit apostolus Cec
itas ex parte i israel facta est: donec ple-
nitudo gentiū intraret. Ex occasiōe igi-
tur istozum gentiliū qui eum videre cu
piebant: annunciat futurā plenitudinez
gentiū: et promittit iam iāqz adesse ho-
ram glozificatiōis sue: quam factā in ce-
lis gentes fuerāt creditur. Unde pre-
dictum est. Exaltare super celos deus:
et super omnē terrā gloria tua. Hec est
gentium plenitudo: de qua dicit aposto
lus: Cecitas ex parte in israel facta est:
donec plenitudo gentiū intraret. Sz al
titudinem glozificatiōis/oportuit vt p̄
cederet humilitas passiōis: ideo secutus
adiunxit Amen amen dico vo-
bis: nisi granum frumenti cadēs
in terrā mortuū fuerit: ipsum so-
lum manet. Si autem mortuum
fuerit: multū fructū affert. Se aūt
ipm ihs dicebat. Ipse erat granū moz-

Act. dixerūt.

Eph. ij.

al. clarificet

Ro. xj.

C

tificandū et multiplicandū. moztifican-
dum in infidelitate iudeoz: multiplicā-
dum in fide omniū populozū. Jam ve-
ro exoztans ad passionis sue sectāda ve
stigia. Qui amat inquit animā suā
perdet eam. Quod duobus modis in
telligi potest: Qui amat perdet: idest si
amas perdes Si cupis vitā tenere i xpo
noli moꝛi timere pro christo. Item alio
modo. Qui amat animā suā: perdet eā.
Noli amare ne perdas: noli amare i hac
vita: ne perdas in eterna vitā. Hoc aūt
quod posteri⁹ dixi: magis habere vide-
detur euangelic⁹ sensus. Sequitur enī.
Et qui odit animam suam in hoc
mundo: in vitam eternam custo
dit eam. Ergo quod supza dictū est: q̄
amat: subintelligit in hoc mundo: ipse
itaqz perdet. Qui aūt odit/vtiqz in hoc
mundo: in vitā eternā ipse custodit eaz.
Magna et mira sententia: quēadmodū
sit hominis in animā suā amoz vt pereat
odiū ne pereat. Si male amaueris tunc
odisti: si bene oderis tunc amasti. Feli-
ces qui oderunt custodiēdo: ne perdāt
amādo. Sed vide ne tibi subrepat vt te
ipsum velis interimere: sic intelligendo
quod debes odisse in hoc mondo aniaz
tuam. Hinc enī quidā maligni atqz per-
uersi homīes et in seipsis crudeliozes: z
sceleratōzes hōicide: flāmmis se donāt:
aquis se prefocāt: precipicio se collidūt
et pereunt. Hoc christus non docuit: im
mo etiam diabolo p̄cipiciū suggerēti re
spondit: Redi retro satanas. Scriptum
est: nō temptabis dominū deū tuū. Pe
tro autē dixit significans qua morte cla
rificaturus erat deū. Cū esses iunioz cin
gebas te et ābulabas quo volebas: cuz
aūt senueris alter te cīget: et feret quo
tu non vis. Ubi satis expressit non a se
ipso sed ab alio debere occidi: qui vesti
gia sequitur christi. Cū ergo cause arti-
culus venerit: vt hec conditio prepona
tur: aut faciēdū esse cōtra dei preceptū
aut ex hac vita emigrandū: quoz̄ duo
rum homo si cogatur alterū eligere cō-
minante moztem persecutoze: ibi eli-
gat deo dilecto emoꝛi/quam offensovi
uere: ibi oderit in hoc mundo animam

Matth. iij

Joh. xxj.

suam vt in vitam eternaz custodiat eam.
Si quis mihi ministrat: me se-
D quatur. Quid est me seq̃tur: nisi me imi-
Petri.ij. tetur? Christus eniz pro nobis passus est/
ait apostolus petrus: relinquẽs nobis ex-
emplũ: vt sequamur vestigia ei⁹. Ecce qđ
dictũ est: si quis mihi ministrat me sequa-
tur. Quo fructu? Qua mercede? Quo pre
mio? Et vbi sum inq̃t ego: illic et mi
nister meus erit. Gratis ametur: vt op
is quo ministratur illi: preciũ sit esse cũ il-
lo. Vbi em̃ bene erit sine illo: aut quãdo
esse male poterit cum illo? Audi euiden-
tius. Et si quis mihi ministrauerit:
honorificabit eum pater meus.
Quo honore/nisi vt sit cũ filio eius? Qđ
enim superius ait: vbi ego sum illic et mi-
nister me⁹ erit. hoc intelligitur exposuisse
cum dicit: honorificabit eum pater meus.
Nam quem maiorẽ honorẽ accipe pote-
rit adoptatus: quam vt sit vbi est vnicus?
Non equalis factus diuinitati: sed conso-
ci⁹ eternitati. Quid sit aũt ministrare chri
sto cui operi merces tanta p̃ponitur: hoc
pocius debemus inq̃rere. Si enĩ hoc puta
uerim⁹ esse christo ministrare/ea que sũt
corpi necessaria preparare: aut cenãti ci-
cum coquere vel apponere/ vl̃ poculũ da
re potumq̃ miscere: fecrũt hoc illi qui po-
tuerunt eum in corpe habere presentẽ/ sic̃
martha ⁊ maria: quãdo et lazar⁹ vn⁹ erat
ex discumbentib⁹. Sed eo mõ christo etiã
iudas perditus ministrauit. Nam et locu-
los ipse habebat: et quãuis ex eis que mit
tebantur sceleratissime furaretur: per illũ
tamẽ etiã necessaria parabantur. Hinc est
illud quod cum ei diceret domin⁹: quod
Ch.xiij. facis fac celerius: arbitrati sunt quidã qđ
eum iusserit ꝓpter diẽ festũ necessaria pre
parare: vel indigẽtibus aliquid dare Nul
lo modo igitur de huiuscemodi ministris
diceret dominus: vbi sum ego ibi et mni-
ster meus erit: ⁊ si quis mihi ministrauerit
honorificabit eum pater meus: quoniã iu
dam talia ministrantez: reprobatũ potius
quam honoratũ videmus. Vt quid ergo
alibi querim⁹ quid sit ministrare christo:
et nõ poti⁹ in istis ip̃is v̄bis agnoscimus?
Cum em̃ dixit: si quis mihi ministrat me se
quatur: hoc ĩtelligi voluit ac si diceret. Si
quis me non sequitur: non mihi ministrat
Ministrant ergo iesu christo: qui non sua
querunt: sed que iesu christi. Hoc est eniz Phi.ij.
me sequatur: vias ambulet meas non su-
as: sicut alibi scriptũ est Qui se dicit ĩ xp̃o j.Joh.ij.
manere: debet sicut ambulauit ille: et ipse
ambulare. Debet etiã si porrigit esurienti
panem de misericordia facere nõ de iactã
tia: non aliud ibi querere quã opus bonũ:
nesciente sinistra quid faciat dextera: id ẽ
vt alienetur intentio cupiditatis ab ope- Math.v.
re caritatis. Qui sic ministrat: christo mini Math.xxij.
strat: recteq̃ illi dicetur: cum vni ex mini-
mis meis fecistis mihi fecistis: nec tantum
ea que ad misericordiã pertinent corpalẽ
sed oĩa bona opera ꝓpt̃ xp̃m facta. Tũc
enĩ erunt bona: quoniã finis legis christus
ad iusticiã omni credẽti. Minister est xp̃i Ro.x.
vsq̃ ad illud opus magne caritatis: quod
est aĩam suã ꝓ fratrib⁹ ponẽ: h̃ ẽ em̃ et ꝓ
xp̃o ponẽ. qz et h̃ ꝓpt̃ sua mẽbra dictur⁹
est: cũ ꝓ istis fecistis ꝓ me fecistis. De tali
q̃ppe opere etiã se ministrũ facere ⁊ appel
lare dignatus est: vbi ait. Sicut filius ho- Math.xx.
minis non venit ministrari sed ministrare:
et animam suam ponere pro multis. Hinc
est ergo vnusquisq̃ minister christi: vnde
est et minister christ⁹. Sic ministrantẽ chri
sto honorificabit pater ei⁹ honore illo ma
gno vt sit cum filio eius: nec vnq̃ deficiat
felicitas ei⁹. Cũ ergo auditis fratres dñm
dicentẽ: vbi ego sum illic et minister meus
erit: nolite tãtumõ bonos episcopos ⁊ cle
ricos cogitare: etiaz vos pro modulo vr̃o
ministrate christo: bene viuendo/elemosi-
nas faciendo: nomẽ doctrinãq̃ eius quib⁹
potueritis predicãdo: vt vnusquisq̃ etiaz
paterfamilias/hoc nomine agnoscat pa-
ternũ affectũ sue familie se debere ꝓ chri
sto et pro vita eterna. Suos omẽs admo
neat/doceat/hortetur/corripiat: ĩpendat
beniuolentiã/exerceat disciplinã Ita ĩ do
mo sua ecclesiasticũ et quodammõ episco
pale implebit officiũ: ministrãs christo vt
in eternũ sit cum ipso. Nam et illam maxi
mam passionis ministrationẽ: multi ex ve
stro numero ministrorũ: multi non ep̃i ne-
q̃ clerici: iuuenes et virgines: senes cum
iunioribus. Multi coniugati et coniugate
multi patres matresq̃ familias christo mi

nistrantes: etiam animas suas in eius martirio posuerunt: et honorificante patre coronas gloriosissimas receperunt.

Explicit tractatus q̄nq̄gesimus p̄mus. Incipit tractatus q̄nq̄gesimus secūdus. Ab eo qđ ait. Nunc anima mea turbata est: et quid dicam. vsq; ad id quod ait: hec locutus est iesus et abijt ⁊ abscondit se ab eis.

A Post quam dominus iesus christus verbis lectionis hesterne ministros suos vt se ipsum sequerent hortatus est: cuz ita predixisset passionē suā: quod nisi granum frumēti cadens in terrā mortuū fuerit: solum manet: si autem mortuū fuerit/ multum fructum affert: vbi excitauit eos qui eum ad regnum celorū sequi vellent: vt animā suam odissent in hoc mūdo: si eā in vitaz eternā custodire cogitarēt: ad nostram rursus infirmitatez suum temperauit affectū: et ait vnde lectio cepit hodierna. Nunc ania mea turbata est. Unde turbata est domie anima tua? Nempe pauloante dixisti. qui odit animā suam in hoc mundo: in vitam eternā custodit eaz. Ergo ne anima tua qa in hoc mūdo amat ideo turbatur veniente hora qua ex hoc mundo egrediatur? Quis hoc de aīa domini audeat affirmare? Sed nos in se trāstulit: nos in se suscepit: caput nostrum mēbrorum suorum suscepit affectum. et ideo ab aliquo non est turbatū: sed sicut de illo dictum est cum lazarū suscitaret: turbauit
Joh. xj. semetipm. Oportebat enī vt vnus mediator dei et hominū homo christus iesus: sicut nos excitauit ad summa: ita nobis con
s. trac. lj. pateretur ad infirma. Audi superius dicētem. Venit hora vt glorificetur filius hominis. Si mortificatū fuerit granum: multum fructū affert. Audio: qui odit animaz suam in hoc mundo: in vitaz eternā custodit eam: nec permittor tantumō mirari: sz iubeor imitāri. Deinde sequentib⁹ verbis Si quis mihi ministrat me sequat: et vbi sum ego ibi et minister meus erit: mundus contemnere accendor: et in cōspectu meo nihil est vilius vite huius. Totus quātus libet fuerit prolixus vapor presentis vite: pre amore eternorū temporalia mihi cuncta vilescunt. Et rursus ipsuz dominū meum qui me illis verbis ab infirmitate mea rapuit ad infirmitatē suam: audio dicentem: Nunc aīma mea turbata est. Quid ē hoc? Quomō sequi iubes animā meam: si turbari video animā tuam? Quomō sufferam: qō graue tanta firmitas sentit? Quale fundamentū querā: si petra succumbit? Sed videor mihi audire i cogitatiōe mea respondentē mihi dominū meum et quodāmodo dicētē: magis sequeris quia sic me interpono. Audisti ad te vocem fortitudinis mee: audi in me vocem infirmitatis tue. Ures suggero vt curras. nec repmo qō acceleras: sed tranffero in me quo trepidas: et substerno qua transeas. Domine mediator deus supra nos/homo propter nos: agnosco misericordiā tuam. Mā quod tu tantus tue caritatis volūtate turbaris: multos in corpore tuo qui sue infirmitatis necessitate turbantur: ne desperādo pereant consolaris. Denicz homo qui sequi vult: audiat qua sequatur. Accessit forte hora terribilis: pponitur optio: aut faciende iniquitatis: aut subeunde passionis Turbatur anima infirma: propter quā sponte turbata est anima inuicta. Prepone tue voluntati: voluntatem dei: Attende enim quid deinde subiūgat creator tuus et magister tuus qui te fecit: et vt te doceret factus ē ⁊ ipse quod fecit Homo eñ factus est: qui hominem fecit: sed deus inconmutabilis mansit: et hominem in melius conmutauit B Audi ergo quid deinde subiungat. Cū hec dixisset. nunc ania mea turbata est: et quid dicam: inquit: pat saluifica me ex hac hora: sed ꝓpter ea veni in hanc horaz: pater clarifica nomen tuū: docuit te: qd cogites: docuit qd dicas: quē inuoces: i q̄ speres: cui⁹ voluntatem certam atq; diuinam tue volūtati hūane infirmeq; pponas. Mō iō tibi

videat ex alto deficere: qa te vult ab imo ꝓficé: Nã et tẽptari dignat⁹ ẽ a diabolo:
Matth.iiij a quo vtiq; si nollet non temptaret: quem admodũ si nollet non pateretur. Et ea respondit diabolo: que tu in temptationib⁹ debeas respondere. Et ille quidẽ temptatus est sed non periclitatus: vt doceret te in temptatiõe periclitantẽ temptatori respondere: et post temptatorẽ non ire: sed de periculo temptatiõis exire. Sicut autẽ
Mth.xxvj. hic dixit: nunc aia mea turbata est: ita etiã vbi dicit: tristis est ania mea vsq; ad mortem. ⁊ pater si fieri potest transeat a me calix iste: ostendit homis suscepti infirmitatem: vt doceat sic contristatũ et conturbatum: quod sequitur dicere. Verumtñ nõ quod ego volo: sed qõ tu vis pater. Sic eñ homo ab humanis in diuina dirgitur: cum voluntati hũane voluntas diuina ꝓponit. Quid est autẽ: clarifica tuuz nomẽ: nisi in sua passione et resurrectiõe? Quid est ergo aliud: ñisi vt pater clarificet filiũ: qui clarificat suum nomen etiã in similib⁹ passionibus seruoz suoz̃? Unde scriptũ
Joh.xxj. est de petro: quod ideo de illo dixerat dominus: alter te cinget et feret quo tu nõ vis quia significare voluit qua morte clarificaturus esset deũ. Ergo et in illo deus clarificabat nomẽ suũ: quia sic etiã in mẽbris suis clarificat christũ. **Uenit ergo vox de celo. Et clarificaui: et iterũ clarificabo.** Et clarificaui ãtequã faceret mũdum: ⁊ iterũ clarificabo cũ resurget a mortuis: et ascendet in celũ. Et aliter intelligi potest. Et clarificaui cũ de virgine natus est: cum virtutes opatus est: cum celo idice per stellam a magis adoratus est: cuz a sanctis spiritusancto plenis agnit⁹ est: cuz descendẽte spiritu in specie colũbe declaratus: cum voce de celo sonante monstratus: cum in monte transfiguratus: cum miracula multa fecit/cum multos sanauit atq; mundauit: cum de pauciss̃imis panibus tantam multitudinẽ pauit: cum ventis et fluctibus impauit: cuz mortuos suscitauit. Et iterum clarificabo cum resurget a mortuis: cum mors ei vltra non dominabit̃: cuz exaltabitur sup celos deus: et super omnẽ terrã gloria eius. **Turba ergo que stabat et audierat dicebat tonitruum factum esse: alii dicebant angel⁹ ei locutus est. Respondit iesus et dixit. Nõ propter me hec vox venit: sz propter vos.** Hic ostendit illa voce non sibi indicatũ quod iam sciebat: sed eis quibus indicari oportebat: Sicut autẽ illa vox non propter eũ: sz propter illos diuinitate facta est: sic anima eius nõ ꝓpter eum sed propter alios voluntate turbata est Attende cetera. **Nunc inquit iudicium est mundi.** Quid ergo expectandum est in fine seculi. Sed in fine quod expectatur iudiciũ erit iudicandoz viuoz̃ et mortuoz̃: iudiciũ erit premioz penaz̃q; eternarũ Quale ergo nunc iudiciũ est? Jã in supioribus lectionibus quantũ potui cõmonui caritatẽ vestram: dici etiã iudiciũ non damnatiõis sed discretiõis Un
Ps.xl j. de scriptũ est. Judica me deus et discerne causam meaz de gente non sancta. Multa autẽ sunt iudicia dei. Unde dicitur ī psalmo. Judicia tua abissus multa. Dicit etiã
Ps.xxxv. apostolus. O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei: quã inscrutabilia sunt iu
Ro.xj. dicia eius Ex quibus iudicijs etiã hoc est quod hic ait dominus: nunc iudiciũ ẽ mundi: seruato illo iudicio ī fine vbi nouissime viui et mortui iudicãdi sunt. Possidebat ergo diabolus genus hũanum: et reos supplicioz tenebat cyrographo peccatoruz. Dominabatur in cordibus infidelium ad creaturam colendã deserto creatore: deceptos captiuosq; pertrahebat: Per christi autẽ fidem; quc morte eius et resurrectiõe firmata est: per ei⁹ sanguinẽ qui in remissionẽ fusus est peccatorũ: milia credentium a dominatu liberantur diaboli: christi corpori copulantur: et sub tanto capite vno eius spiritu fidelia membra vegetantur. Hoc vocabat iudiciũ: hanc discretionem: hanc a suis redemptis diaboli expulsionez. Denicq; attende quid dicat. Quasi querémus quid esset quod ait. Nunc iudiciũ est mundi: secutus exposuit. Ait eñ **Nunc princeps huius mũdi eicietur foras.** Audiuimus quale dixerit esse iudicium. Non ergo illud quod in fine venturum est vbi viui et mortui iudicandi sunt: alijs ad dexteram alijs ad sinistrã separatis: sz iudiciũ q̃ ꝓnceps hui⁹ mundi eiciet foras. Quomõ g̃ int⁹ erat? Et q̃ eũ eiciendum dixit foras? Nunq̃d nã in mũ

do erat: et extra mundũ missus est foras? Si enĩ de illo iudicio diceret quod in fine venturum est: posset aliquis opinari ignẽ eternum quo mittendus est diabolus ⁊ angeli eius ⁊ omnes qui sunt ex parte ei⁹ nõ natura sed vitio. Nõ quia creauit aut genuit: sz qꝛ ꝑsuasit ⁊ tenuit: Posset ergo aliquis opinari illũ ignem eternũ extra mundũ esse: et hoc esse dictum eicietur foras. Quod ꝟo ait. Nunc iudiciũ est mundi: et exponens quid dixerit. Nunc inquit princeps huius mundi eicietur foras: hoc ĩtelligendũ est quod nunc fit. non quod tantum post futurũ est in nouissimo die. Preuidebat ergo domin⁹ qđ sciebat post passionẽ et glorificationẽ suã: per vniũsũ mũdum multos populos credituros: in quoꝝ cordibus diabolus intus erat: cui quãdo
D ex fide renũciant/eicitur foras. Sed dicit aliquis. Nunq̃d de cordibus patriarcharũ ⁊ ꝓphetarũ veterũq̃ iustorũ ñ eiectus est foras? Eiectus est plane. Quomõ ergo dictũ est: nunc eicietur foras? Quomodo putamus: nisi quia tunc quod ĩ hominibus paucissimis factũ est: nũc in multis magnisq̃ populis: iam mox futurũ esse
Joh. vij. predictũ est? Sic ⁊ illud quod dictum est Spiritus aũt nondũ erat datus: quia ihs nondũ fuerat glorificatus: potest similem habere questionẽ et similẽ solutionẽ. Nõ enĩ sine spiritusancto futura prenũtiauerẽt ꝓphete: Aut nõ etiã dominũ infantẽ ĩ spiritusancto symeõ senex ⁊ anima vidua cognouerũt: et zacharias et elisabet: qui de
Luce. ij. illo nondũ nato sed iam concepto tanta ꝑ spiritũsanctũ predixerũt. Sed spiritus nõdum erat datus. idest. illa habundãtia gr̃e spiritualis: qua cõgregati linguis omniuz loquerenť: ac sic in linguis omniũ gentiuz futura prenũciareť ecclesia: qua gratia spirituali populi cõgregarenť: qua longe lateq̃ peccata dimitterenť: et milia milium deo reconciliarenť. Quid ergo: ait quispiam: quia diabolus de credentiũ cordibus eicitur foras? Jam fideliũ neminẽ tẽptat: imo vero temptare non cessat: Sed aliud est intrinsecus regnare: aliud forinsec⁹ oppugnare. Nam et munitissimã ciuitatẽ aliquãdo hostis oppugnat: nec expugnat. Et si aliqua tela eius missa perueniũt: admo
j: Thes. v. net apostolus vnde non ledant: cõmemorat loricã ⁊ scutũ fidei Et si aliquãdo vulnerant: adest qui sanat: quia sic̃ pugnantibus dictũ est. Hec scribo vobis: vt nõ peccetis. Ita qui vulnerãtur: quod sequitur j. Joh. ij.
audiunt. Et si quis peccauerit: aduocatuz habemus apud patrẽ iesum christũ iustũ: et ipse est ꝓpiciatio peccatoꝝ nostrorum. Quid enĩ oramus cũ dicimus: dimitte nobis debita nostra: nisi vt vulnera nostra sa Math. vj
nentur? Et quid aliud petimus cum dicimus: ne nos inferas in tẽptationẽ: nisi vt ille qui insidiatnr vel certat extrĩsecus: nulla irrumpat ex parte: nulla nos fraude: nl̃la nos possit virtute supare? Quãtaslibet tamẽ aduersum nos erigat machinas: quãdo nõ tenet locũ cordis vbi fides habitat: eiectus est foras: Sed nisi dominus custo- Ps. cxx
dierit ciuitatẽ: inuanũ vigilabit qui custodit eam. Nolite ergo de vobis ipsis presumere: si non vultis foras eiectũ diabolum intro iteꝝ reuocare Absit aũt vt diabo- E
lum mundi principẽ ita dictuz existimem⁹ vt eum celo et terre domĩari posse credamus. Sed mundus appellatur in malis hominibus: qui toto orbe terrarũ diffusi sũt: sicut appellať domus in his a quib⁹ habitatur. Secundũ quod dicimus: bona domus est vel mala domus est: non quando reprehendimus siue laudamus edificium parietũ atq̃ tectorũ: sed quãdo mores vl̃ bonorum homiuũ vel maloꝝ. Sic ergo dictum est princeps huius mũdi: idest. princeps malorũ omniũ qui habitãt in mũdo. Appellatur etiã mundus in bonis: qui similiter toto terrarũ orbe diffusi sunt. Vñ dicit apostolus. Deus erat in christo: mũdũ reconcilians sibi. Hi sunt ex quorũ cordi- ij: Cor. v
bus prĩceps hui⁹ mũdi eicieť foras. Cũ ergo dixisset. Nunc princeps huius mũdi eicietur foras: et ego inquit si exaltatus fuero a terra omnia traham † post me: Supra dixerat dominus vt audistis † Ali. ad ipsum.
cũ euangeliũ legereť: omĩa traham post me. Que omnia? Nisi ex quibus ille eicitur foras? Non autẽ dixit omnes: sed omnia. Non enĩ omniũ est fides Non itaq̃ h̃ ad vninersitatẽ hõim retulit: sz ad creature ĩtegritatẽ. i. spũm et aĩaz ⁊ corp⁹: et illđ qđ intelligim⁹: et illud qđ viuim⁹: et illud qđ visibiles et ꝯtrectabiles sum⁹ Qui enĩ dixit: capillus capitis vestri non peribit Luce. xx
omnia trahit post se? Aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt. Omnia prede

stinata ad salutē possumus dicere: ex quibus omnib⁹ ait nihil esse periturū: cum supza de suis ouib⁹ loqueret. Aut certe omnia hominiū genera siue in linguis omnibus: siue in etatibus: siue in gradibus honozum omnib⁹: siue in artiū licitarū et vtilium ꝓfessionibus omnib⁹: et quicq̄d aliud dici potest secundū innumerabiles differentias quibus inter se ꝓcter sola peccata homies distant ab excelsissimis vsq̄ ad hūilimos. A rege vsq̄ ad mēdicū: omnia inquit trahā post me: vt sim caput eorū et illi membza mea. Sed si exaltatus in q̄t fuero a tra: h̄ est cū exaltat⁹ fuero. Nō enim dubitat futurū esse: quod venit ꝓlere. Hoc refertur ad illud quod superi⁹ ait Si autē moztuū fuerit granū: multū fructum affert. Naz exaltationē suā: quid aliud dixit: quā in cruce passionē? Quod et ipse euangelista nō tacuit: subiūxit eteniz t ait. **Hoc autē dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia christus manet ineternuz Et quomō tu dicis oportet exaltari filiū hominis? Et quis est iste filius hominis?** Demoztier tenuerūt quod domin⁹ dicebat assidue se esse filiū hominis. Nam hoc loco nō ait: si exaltat⁹ fuerit a terra fili⁹ hōinis: sed superi⁹ dixerat: quod hesterno die lectū atq̄ tractatū est: quādo nūciati sunt gentiles illi q̄ euz videre cupiebāt: vēit hoza vt glorificetur filius homis. Hoc itaq̄ isti animo retinentes: et quod nunc ait. cum exaltatus fuero a terra: moztē crucis intelligētes: quesierunt ab illo et dixerūt: Nos audiuim⁹ ex lege: quia christus manet ineternū. Et quomō tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius homis? Si eniz christus est inqunt: manet ineternū Si manet ieternū: quomō exaltabit a terra: idē. quomō crucis passiōe mozietur? Hoc eīn eum dixisse intelligebant: quod facere cogitabant. Non ergo eis verboz istoz obscuritatem aperuit infusa sapiētia: sed stimulata conscientia. **Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū lumē i vobis est.** Hinc ergo ē quod intelligitis: ꝙa christus manet ineternū. **Ergo ambulate dum lucem habetis: vt nō tenebre vos cōprehendant.** Ambulate: accedite: totum intelligite: et moziturū christū et victurū ineternū: et sanguinē fusurum quo redimat: t ascensurū in sublimia quo perducar. Tenebre autē vos cōprehēdēt si eo modo crediderītis christi eternitatē. vt negetis in eo moztis hūilitatē. **Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat.** Sic potest offendere in lapidē offensionis et petram scādali: quod fuit dominus cecis iudeis: sicut credentibus lapis quem reꝓbauerūt edificantes: factus ē in caput anguli. Hinc dedignati sunt credere in christū: quia eoz impietas contēpsit moztuū: risit occisū: Et ipsa erat moz grani multiplicādi: et exaltatio trahentis post se omnia. **Dum lucem inquit habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis.** Cum aliq̄d veri auditu habetis: credite i veritatē: vt renascamini in veritatē: **Hec locutus est iesus: et abiit: et abscondit se ab eis.** Non ab eis qui crede re et diligere ceperāt: non ab eis qui cū ramis palmarū et laudib⁹ obuiā venerant: sed ab eis qui videbant t inuidebāt: quia nec videbant: sed in lapidē illum cecitate offendebant: Cū autē abscōdit se iesus ab eis: qui eum occidere cupiebāt: quod sepe ꝓpter obliuionē cōmonēdi estis: nostre infirmitati consuluit: non sue potestati derogauit.

Explicit tractatus quinq̄gesim⁹ secundus. Incipit tractatus quinquagesimus tertius. Ab eo quod scriptū est. Cum aūt tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum. vsq̄ ad id quod ait. Dilexerūt gloriam hominis magis quā dei.

A Renūciata dominus christ⁹ passiōe sua t morte fructuosa in exaltatiōe sancte crucis. vbi dixit se oīa tracturū esse post se: cum intellexissent iudei qō de sua morte dixisset: t ꝓposuissent eis questionez quomō diceret se esse moziturum: cū ex lege audierint quod christus manet ineternum: hortatus est eos vt dum adhuc modicum lumen in eis esset quo christū eternum esse didicissent: ambularent vt totuz discerent: ne cōprehenderent a tenebris.

Et cum hec esset locutus: abscondit se ab eis. Hec in superioribꝰ dominicis lectioni bus verbisq; didicistis. Deinꝺ tulit euangelista: vnde hodiernū capitulū recitatū est. et ait: Cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebāt in eū: vt sermo esaie pphete impleretur quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro: et brachium domini cui reuelatum est? Ubi satis ostendit brachiū domini ipsum filiū dei nuncupatum: non quod deus pater figura determinetur carnis humane Brachiū domini filius dicit qꝺ oia per ipsum facta sunt: ei q; filius nō tāq; mēbrū corpis hereat: sz ꝙa omnia per ipsum facta sunt: ideo brachiū domini dictū est. Sicut enī ruū brachium per qꝺ oparis: sic dei brachiū dictū ē eiꝰ verbū: quia per verbū opatus est mundū Cur enī homo vt aliquid brachium opetur extēdit: nisi quia nō cōtinuo fit quod dixerit? Si autem tanta potestate preualeret. vt sine vllo motu corpis sui quod diceret fieret: brachiū eiꝰ verbū eius esset: quia verbū non est cogitabile vel sonabile. Sed dominus iesus vnigenitus dei patris filius: sicut non est paterni corpis mēbrū: ita non est cogitabile vel sonabile ac transitoriū verbum: quia cū omnia p ipsum facta sunt: dei verbū erat. Cum ergo audiuimus brachiū dei patris esse dei filium: non nobis obstrepat cōsuetudo carnalis. sed quantū illo donante possum⁹: virtutem dei et sapientiā cogitemus: p quaz facta sunt omnia. Tale ꝺq; brachiuz nec porrectū extēdit: nec collectū ptrahitur. Non ē enī ipe qui pater sed vnū sunt ipe et pater et equalis patri: vbiq; totus est sicut pat: ne aliqua pateat occasio detestabili errori eoꝝ qui dicūt solū esse patrē. sed pro diuersitate causaz ipsum dici filiū ipm dici spūsctm: et in his verbis audent dicē: Ecce videtis quia solus est pater si brachiū eius est filius: nō enī due sed vna persona est homo et brachiū eius: nō intelligentes neq; adūtentes quomō verba de rebus alijs ad res alias transferantur: propter aliquā similitudinē etiā in locutionibus ꝙtidiāis ꝺ visibilibus et notissimis rebus: quāto magis vt nobis ineffabilia ꝙlitercūmq; dicanē: que dici sicuti sunt omnino non possunt. Nam et hō alterū hominem per quē solet agere quicq̄d agit / brachiū suuz appellat. et si ei auferatur dolēs dicit brachiū pdidi: et ei qui abstulerit dicit: brachiū meum mihi abstulisti. Intelligant ergo quomō dictus sit filiꝰ patris brachiū per quod pater opatus est omia: ne nō hoc itelligēdo ī sui erroris tenebris pmanendo: similes sint iudeis ipsis: de quibus dictū est: et brachiū domini cui reuelatū est Hic occurrit altera questio. De qua quidē vt competent aliq̄d disputeē: et omnes eius latebrosissimi sinꝰ perscrutentur et excutiant vt dignū est: nec mearum viriū esse arbitror: nec angustiaz tem poris: nec vestre capacitatis. Tamē quia transire ad alia vestra expectatōe nō sinimur: nisi aliq̄d inde dicamus: accipite qꝺ poterimus: et vbi vestre expectatiōi non suffecerimus: ab illo īcrementū poscite q̄ nos plantare posuit ī rigare: quia sicut dicit apostolus: neq; qui plantat est aliquid neq; qui rigat: sed qui incrementū dat deus. Quidā ergo inter se musitāt: ī vbi possunt aliquādo proclamāt: et turbulēta disceptatiōe contendūt dicētes. Quid fecerunt iudei vel que cīpa eoz fuit: si necesse fuit vt sermo esaie prophete īpleret quez dixit: domīe quis credidit auditui nostro ī brachiū domini cui reuelatū est? Quibꝰ respondemus deū prescīū futuroz / per pphetam predixisse infidelitatē iudeorum: predixisse tamē non fecisse. Non enī ppter ea quē quā deꝰ ad peccandū cogit: quia futura hōinū peccata iā nouit. Ipsoz enī prescīuit peccata non sua: non cuiusq; alterius sed ipsoꝝ: Qua ppter si ea que ille prescīuit ipsoz non sunt ipsoꝝ: non vere ille prescīuit. Sed quia illiꝰ prescīētia falli nō potest: sine dubio non alij sed ipi peccant: quos deus peccatores esse prescīuit Fecerūt ergo peccatū iudei quod eos nō compulit facere cui peccatuz non placet: sed facturos esse preditit quē nihil latet: Et ideo si non malū sed bonū facere voluissent non ꝓhiberent: et hoc facturi preuidēntur ab eo qui nouit quid sit quisq; facturus: et quid ei sit pro eius opere redditurus Sed que sequnt euangelij verba plus vrgent: et profundiorem faciūt questionem. Adiungit etenī et dicit. Pro-

Esaie. liij

Joh. j.

D

j. Cor. iij

E

Esaie.vj. pterea non poterāt credere: q̄a iterum dicit esaias. Excecauit oculos eorum et indurauit cor eorum: vt non videant oculis et intelligant corde: et conuertantur et sanem illos. Dicitur em̄ nobis. Si non potuerunt credere: quod peccātū est homīs non facentis quod non potest facere? Si autē nō credendo peccauerūt: potuerūt ergo credere et nō fecerūt Si ergo nō potuerūt: q̄ modo dicit euaāgeliū/propterea non poterant credere: quia iterū dicit esaias/excecauit oculos eorū et indurauit cor eoꝝ vt quod est grauius ad deum referat̄ causa qua non crediderunt quandoquidē ipse excecauit ocl'os eoꝝ ⁊ īdurauit cor eoꝝ Non em̄ saltem hoc de diabolo dicitur: sꝫ de deo: quod ipsa prophetica scriptura testatur. Naꝫ si arbitremur hoc dictū de diabolo quod excecauit oculos eoꝝ et cor indurauit: laborandū est quomō illorū culpam quia non crediderūt possimus ostēdere de quibus dicitur: non poterant credere. Deinde quid respōdebimus de alio

Ro.xj. prophete ipsius testimonio quod posuit paulus apostolus dicens? Quod querebat israel hoc nō est consecut⁹: electio autē cōsecuta est: ceteri v̄o excecati sunt: sicut scriptum est. Dedit illis deus spiritum conpunctionis: oculos vt non videant: et aures vt non audiant vsq̄ in hodiernū diem. Audistis fratres mei propositam questionem: nempe quā profunda sit cernitis. Sed respōdemus vt possumus. Nō poterant credere: quia hoc Esaias propheta predixit. Hoc autem propheta predixit: quia deus hoc futurū esse presciuit. Quare autē non poterāt si a me queratur: cito respondeo: quia nolebant? Malaꝫ quippe eorū voluntatē preuidit deus: et per prophetam prenūciauit ille cui abscondi futura non possunt. Sed aliam causam inq̄s dicit propheta: non voluntatis eoꝝ. Quā causam dicit propheta? Quia dedit illis deus spiritū conpunctionis: oculos vt nō videant: et aures vt non audiant: et excecauit oculos eorum: et indurauit cor eoꝝ. Etiā hoc eorū voluntatem meruisse respōdeo. Sic enim excecat: sic obdurat deus deserendo et non adiuuando: quod occulto iudicio facere potest: iniquo nō potest. Hoc omnino pietas religiosorū inconcussuꝫ debet inuiolatumq̄ seruare: sicut apostolus dicit: cum eandē ipsaꝫ tractaret difficilimam questionē: Quid ergo dicem⁹ inquit? Nunq̄d iniquitas est apud deū? Absit. Si ergo absit vt sit iniquitas apud deū siue quando adiuuat/misericordit̄ facit: siue quando non adiuuat/iuste facit: quia oīa nō temeritate sed iudicio facit. Porro si iudicia sanctorū iusta sunt: quātomagis sanctificātis ⁊ iustificātis dei? Justa ergo sunt: sed occl'ta. Ideo cū questiōes huiusmodi in mediuꝫ venerint: quare alius sic: alius autē sic: quare ille deo deserente excecetur: ille deo adiuuante illūinetur: non nobis iudiciū de iudicio tāti iudicis vsurpemus: sed contremiscētes exclamem⁹ cū apostolo. O altitudo diuiciarū sapiētie ⁊ scientie d̄i: quā inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Unde dictum est in psalmo Judicia tua abissus mlta. Non ergo me fratres ad hanc penetrādam altitudinē/ ad hanc abissum discuciēdam: ad inscrutabilia perscrutanda: expectatio vestre caritatis impingat. Agnosco modulum meum: seutire mihi videor etiā modulū vestrum. Alicuius est hoc incrementis meis. et fortius viribus meis: puto quia et vestris. Simul ergo audiamus ad monentem scripturā atq̄ dicentem. Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne perscrutatus fueris: non quia ista negata sunt nobis cū deus magister dicat. Nihil est occultum/quod non reuelabit̄. Sed si in quod peruenim⁹ in eo ambulam⁹ sicut dic̄ apostolus: non solū quod nescimus et scire debemus: sed etiā si quid aliter sapimus: id quoq̄ nobis deus reuelabit. Peruenim⁹ autem in viam fidei: hanc perseuerantissime teneamus. Ipsa perducit ad cubiculū regis: iu quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Nō enī ipse dominus iesus christus suis illis magnis et p̄cipue electis discipulis inuidebat: quādo eis dicebat. Multa habeo vobis dicere: sꝫ non potestis illa portare modo. Ambulādum est: ꝓficiendū est: crescendum est: vt sint corda nostra capacia earū rerū quas capere modo non possumus. Quod si nos

Ro.xj.

Ps̄.xxxv.

Ecclesia.iij.

math.x.

Phil.iij.

Collo.ij.

Joh.xvj

vltimus dies proficientes inuenerit: ubi discemus quod hic non potuimus. Si quis autem istam questionē liquidius et melius nouit se posse et confidit exponere: absit vt nō sim paratior discere quā docere: tantum ne audiat quisq; liberū arbitrium sic defendere / vt nobis orationē qua dicimus
Matth.vj. ne nos inferas in tēptationē: conetur auferre: rursus ne quisq; neget volūtatis arbitrium: et audeat excusare peccatū. Sed audiamus dominū et precipientē et opitulantem et iubentem quid facere debeamus et adiuuantē vt implere possimus. Alii quosdam nimia sue voluntatis fiducia extulit in superbiā: et quosdā nimia sue voluntatis diffidentia deiecit in negligentiā. Illi dicunt: vt quid rogamus deum ne vincamur temptatiōe / quod in nostra est potestate. Isti dicunt / vt quid conamur bene viuere: quod in dei est potestate. O domine: o pater qui es i celis: ne nos inferas in quālibet istarū temptationū. sed libera nos a malo. Audiamus dominū dicentez.
Luce.xxij. Rogaui pro te petre: ne deficiat fides tua. Nec sic existimemus fidem nostrā esse i libero arbitrio: vt diuino non egeat adiutorio. Audiamus et euangelistā dicentē: dedit eis potestatem filios dei fieri.
Joh.j. Ne omnino existimemus in nostra potestate non esse quod credimus: verumtū in vtroq; illius beneficia cognoscamus. Nam et agēde sunt gratie qa data est potestas: et orādum ne succumbat infirmitas. Ipsa est fides que per dilectionē operatur: sicut ei
Galatas. v. Roma.xij. ij.Cor.x. meusuram dominus cuiq; partitus est: vt qui gloriatur / non in seipso sed in domīo glorietur. Non itaq; miruz est quia nō poterant credere: quorū voluntas sic supba erat: vt ignorantes dei iusticiā: suam velle constituere. Sicut dicit de illis apostolus. Justicie dei nō sunt subiecti. Quia eīm
Roma.x. non ex fide sed tanq; ex operib⁹ tumuerūt: ipso suo tumore cecati offenderūt in lapidem offensionis. Sic autē dictū est / nō poterant: vbi intelligendū est quod nolebāt: quēadmodū dictū est de domīo deo
ij.Thimo.ij nostro: si non credimus ille fidelis permanet: negare seipsuz nō potest. De omnipotente dictum est / nō potest. Sicut ergo qđ dominus negare seipsum non potest. laus est voluntatis diuine: ita quod illi non poterant credere: culpa est volūtatis humāe. Ecce dico ego: quod tā superbe sapiunt vt sue voluntatis viribus tantū existimēt esse tribuendum. vt negēt sibi esse necessarium diuinū adiutoriū ad bene viuendū: non possunt credere in christū. Non enim aliquid prosunt syllabe nominis christi: et sacramenta christi: vbi resistitur fidei christi. Fides autem christi et sacramenta: est credere in euz qui iustificat impiū. Credere in mediatorē: sine quo interposito nō recōciliamur deo. Credere in saluatorē qui Luce.ti
venit quod perierat querere atq; saluare: Credere in eū qui dixit: sine me nihil po- Joh.xv
testis facere. Qui ergo ignorans dei iusticiam qua iustificatur impius: suaz vult cōstituere qua conuincatur supbus: in hunc non potest credere. Hinc et illi non poterant credere: non quia mutari in melius homines nō possunt: sed quamdiu talia sapiunt: non possunt credere: Hinc excecātur et indurantur: quia negando diuinū adiutorium non adiuuantur. Hoc de iudeis q excecati et indurati sunt de⁹ prescuit: atq; in eius spiritu ꝓpheta predixit. Quod vero addidit: et conuertantur et sanē eos: vtrū subaudiendū sit: non. idest. nō conuertantur: connexa desuper sententia vbi dictum est: vt non videant oculis et intelligant corde: quia et hic vtiq; dictuz est vt nō intelligāt: Et ipsa eīm conuersio de illius gratia est cui dicitur: deus virtutuz Ps.lxxix
cōuerte nos. An forte et hoc de supne misericordia factum intelligendū ē vt quoniā supbe et peruerse volūtatis erāt et suam iusticiā constituere volebant: ad hoc deserentur vt excecarētur: ad hoc excecarentur vt offenderent in lapidē offensionis: et impleretur facies eorū ignominia. atq; ita humiliati quererent gloriā domini et non suam: qua inflatur superbus. Sz iusticiam dei qua iustificatur ipius? Hoc enim multis eorū profecit in bonū: qui de suo scelere cōpuncti in christū postea crediderunt: pro quibus et ipse orauerat dicens. Pater ignosce illis: quia nesciūt qđ Luce xxi
faciunt. De qua eorū ignorantia et apostolus dicit. Testimoniū illi perhibeo: qa zelum dei habent: sed non secundū scientiā Roma.x

Tunc eteniz hoc subiũxit: atq; ait: ignorãtes enĩ dei iusticiam et suam volentes cõstituere: iusticie dei nõ sũt subiecti. Nec dixit esaias: quando vidit gloriaz eius: et locutus est de eo. Quid viderit esaias. Et hoc quomõ ad dominum christum pertineat: in libro eius legendũ et itelligẽdũ est. Vidit enĩ nõ sicuti est sz modo quodã significatiuo: sicut prophete visio fuerat informanda. Nam vidit et moises: et tamẽ ei quem videbat dicebat: xxxiij. Si inueni gratiaz ante te: ostende mihi te metipsum manifeste vt videaz te: quia nõ videbat sicuti est. Quando aũt nobis hoc futurum sit: idem iste sancte iohãnes euãgelista in epistola sua dicit. Dilectissimi filij dei sumus: et nondũ apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quoniã videbimus eũ sicuti est Poterat dicere quoniã videbimus eũ: et non addere/sicuti est. Sed quia sciebat a quibusdã patribus et prophetis visum sz non sicuti est. ideo cũ dixisset/ videbimus eum: addidit/sicuti est. Nemo enĩ vos fallat fratres eorum qui dicunt inuisibilẽ patrem: et visibilẽ filiuz. Hic enĩ hoc asserũt qui putant eũ esse creaturã: nec intellgũt secundum quod dictũ est: ego et pat vnũ sumus. Prorsus in forma dei in qua equalis est patri: etiaz filius inuisibilis est. Ut autẽ ab hominibus videretur/formã serui accepit: z ĩ similitudinẽ hominũ factus/visibilis factus est Ostendit ergo se etiã antequã susciperet carnẽ oculis hominũ sic voluit in subiecta sibi creatura: non sicuti est. Mundemus corda per fidem: vt illi ineffabili: z vt ita dicã: inuisibili visioni preparemur. Beati enĩ mundo corde: quoniam ipsi deum videbnnt. Verumtamen et ex principibus multi crediderũt in eum: sed propter phariseos non confitebãtur: vt de synagoga non ejicerẽtur. Dilexerũt enĩ gloria hominum: magis quam gloriam dei Videte quẽadmodũ notauerit euangelista: et improbauerit quosdã quos tamẽ in eum credidisse dixit: qui in hoc ingressu fidei si proficerent: amorẽ quoq; hũane glorie ꝓficiendo superarẽt: quam supauerat apostolus dicens. Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi: per quẽ mihi mundus crucifixus est z ego mũdo. Adhoc enĩ et ipse dominus crucẽ suã vbi cum dementia superbe impietatis irrisit: in eorũ qui in illum crederẽt frontibus fixit vbi est quodammõ sedes verecũdie vt de nomine eius fides non erubescat: et magis dei gloriam quã hominũ diligat.

Explicit tractatus quinquagesimꝰ tertius. Incipit tractatus quinquagesimus quartus. Ab eo quod ait iesus. Qui credit in me: non credit in me. sed in eum qui misit me: Usq; ad id quod ait. Sz qui misit me pater: ipse mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar.

Loquente domino nro iesu christo apud iudeos/et tanta miraculorum signa faciente: quidam crediderunt predestinati in vitam eternam quos etiam vocauit oues suas: quidaz vero non crediderũt nec poterant credere: eo quod occulto nec tamẽ iniusto iudicio dei fuerãt excecati z indurati: deserente illo qui superbis resistit: humilibus autẽ dat gratiam. Eorum autem qui crediderunt/alij vsq; adeo confitebãtur: vt palmarũ ramis acceptis venientes occurrerent: in eadẽ laudis confessione letantes. Alij vero ex principibus non audebant confiteri vt de synagoga non ejicerentur: quos notauit euãgelista dicens: quod dilexerunt gloriam hominũ magis quam gloriam dei. Eorũ etiam qui nõ crediderunt: alij erant postea crediturj quos preuidebat vbi ait. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc agnoscetis quia ego sũ Alij vero in eadem infidelitate mansuri: quorũ imitatrix est etiam ista gens iudeorum: que postmodum debellata ad testimonium prophetie que de christo scripta est/in toto pene orbe dispersa est. Quibus ita se habentibꝰ et sua iam propinquãte pas-

sione: iesus clamauit et dixit: vnde lectio cepit hodierna. Qui credit in me non credit in me sed in eum qui misit me. Et qui videt me: videt euz q̄ misit me. Jaz dixerat quodā loco. Mea doctrina non est mea: sed ei⁹ qui misit me Ubi intellexim⁹ eum doctrinā suam dixisse verbum patris quod est ipse: et hoc significasse: dicēdo mea doctrina nō est mea sed eius q̄ me misit: quod a seipso ipse nō esset sz haberet a q̄ cēt. De ⁹em̄ de deo/filius pr̄is. Pat̄ aūt n̄ de⁹ de deo: sz de⁹ pat̄ filij. Nunc aūt q̄d ait/ qui credit ī me nō credit in me sz in eū qui misit me: quomodo intellecturi sumus: nisi quia homo apparebat hominibus cum lateret deus? Et ne putarent hoc eum esse tantumō quod videbant: talem ac tantum se volens credi: qualis et quantus est pater: qui credit in me inquit/ non credit in me. idest in h̄ quod videt: sed in eum qui misit me: id est in patrem. Sed qui credit in patrez: necesse est eum credat esse patrem. Qui autem credit eum patrem: necesse est vt credat eum habere filium Ac per hoc qui credit in patrem: necesse est vt credat in filiū Sed ne quisq̄ hoc credat de vnigenito filio quod de his qui dicti sunt filij dei secūdum gratiam non naturā: sicut ait euangelista: dedit eis potestatem filios dei fieri: vnde et illud est quod ipse dominus commemorauit in lege dictū: ego dixi dij estis et filij excelsi omnes: propterea dixit: qui credit in me: non credit in me: ne totum qd̄ de christo creditur: secundū hominem crederetur. Ille ergo inquit credit in me qui non credit in me secundū id quod me videt: sed in eum qui me misit: vt cum credit in patrem: credat eū habere filium sibi eq̄lem: et tunc vere credat in me. Nam si putauerit euz non habere nisi filios secundū gratiam qui sunt eius vtiq̄ creatura: non verbum sed facta per verbum: nec habere filium equalem sibi atq̄ coeternū: semper natum: pariter incōmutabilē: ex nullo dissimilem atq̄ imparem: non credit in patrē qui eum misit: quia non est hoc pater qui eum misit. Et ideo cum dixisset/ qui credit in me: non credit in me sed in eum qui misit me: ne putaretur sic voluisse patrem intelligi tanq̄ patrem multorū filiorū per gratiaz regeneratorū: mon vnici verbi eq̄lis sibi: continuo subiecit. Et qui videt me: videt eum qui misit me: Nunq̄d ait: qui videt me: non videt me: sed euz q̄ misit me. Sicut dixerat/ qui credit in me: non credit in me: sed in euz qui misit me? Illud namq̄ dixit: ne sicut videbatur crederetur tantūmō filius hominis. Hoc autem dixit. vt patri crederetur eq̄lis. Qui credit in me inquit: nō credit in hoc quod videt me: sed credit in eum qui misit me. Aut cum credit in patrem qui sibi equalē genuit me: nō quomō me videt: sed sic credat in me/ quomō in euz qui misit me. Usq̄ adeo enī nihil distat inter euz et me: vt qui me videt: videat eū q̄ me misit. Apostolos suos certe ipse domin⁹ christus misit. quod eorū etiam nomen indicat. Nam sic̄ grece angeli: latine nūcij vocantur: ita grece apostoli/ latine missi appellātur. Nūquā tamē aliquis apostoloꝝ dicere auderet: qui credit in me non credit in me sed ī eum qui misit me. Omnino enī non diceret/ qui credit in me: credimus enim apostolo: sed non credimus in apostolū: Non enim apostolus iustificat impiū. Credenti enim in eum qui iustificat impium. deputatur fides eius ad iusticiam. Posset dicere apostolus: qui recipit me recipit eū qui me misit: vel qui audit me/ audit eum qui me misit. Hoc enī eis ipse dominus ait. q̄ vos recipit me recipit: et qui recipit me recipit eum qui me misit: quia dominus honoratur in seruo: et pater in filio: sed pater tanquā in filio: dominus tanquā in seruo. Filius autem vnigenitus recte dicere potuit: credite in deū et in me credite. Et qd̄ nunc ait: qui credit in me: non credit ī me sed in eum qui misit me: non a se abstulit fidez credentis: sed noluit in forma serui remanere credentem: quoniā cuz quisq̄ credit in patrem qui eum misit: profecto credit in filium sine quo patrē non esse cognoscit: et ita credit vt credat equalē: quoniā sequitur: et qui videt me. videt eum qui me misit. Attēde cetera. Ego lux in mūduz veni: vt omnis qui credit ī me in tenebris nō maneat. Dixit q̄dā loco discipul' suis. Vos estis lux mūdi. Nō

Joh. vij. supra tractatu. xxix.

Joh. j.

Ps̄. lxxxj.

B

Luce. vj

Roma.

Math. x.

Joh. xiii

Math. v

poteſt ciuitas abſcondi ſupra montē cō ſtituta. Neq; accendūt lucernam et po nunt eam ſub modio: ſed ſupra candela brum. vt luceat omnib⁹ qui in domo ſūt Sic luceat lumen veſtrum coram homi nibus vt videant opera veſtra bona: et glorificent patrez veſtrū qui in celis eſt Non tamē eis dixit: vos lux veniſtis in mundum: vt omnis qui credit in vos in tenebris nō maneat Muſq; hoc legi poſ ſe confirmo. Lumina ergo ſunt omnes ſancti: ſed credendo ab eo illuminātur: a quo ſi receſſerit/tenebrabitur. Lumē autem illud quo illuminantur/a ſe rece dere non poteſt: quia incōmutabile om nino eſt. Credimus ergo lumini illumi nato: ſicut prophete: ſicut apoſtolo Sed ideo illi credimus vt non in ipſum cre damus quod illuminatur: ſed cum illo credamus in illud lumen a quo illumi natur: vt et nos illuminemur/non ab il lo: ſed cum illo a quo ille. Cum autē di cit: vt omnis qui credit ī me in tenebris non maneat: ſatis manifeſtat omnes ſe in tenebris inueniſſe Sed ne in eis tene bris maneant in quibus inuenti ſunt: de bent credere in lucem que venit in hūc mundum: quia per illam factus eſt mun

C dus. Et ſi quis audierit inquit verba mea et cuſtodierit: ego nō iudico eum. Memento te que vos au diſſe in ſuperioribus lectionibus noui: ⁊ qui obliti forte eſtis recolite: et qui nō affuiſtis ſed adeſtis. audite quomodo dicit filius: ego non iudico eum: cum di

Joh.v. cat alio loco: pater non iudicat quēquā ſed omne iudiciū dedit filio: niſi quia in telligendū eſt: mō non iudico eū? Qua re nō iudicat modo? Attende quid ſeq tur. Non enim veni inquit vt iudi cem mundum: ſed vt ſaluificem mundum: ideſt vt ſaluum faciam mū dum. Nunc ergo eſt tempus miſericor die: poſtea erit iudicij: qa miſericordiā

Ps.c. inquit ⁊ iudiciū cantabo tibi domīe. Sz de ipſo etiam futuro nouiſſimo iudicio videte quid dicat: Qui ſpernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quē lo cutus ſum: ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Non ait qui ſpnit me et non accipit verba mea: ego nō iudico eum in nouiſſimo die. Hoc enim ſi dixiſ ſet: non video quomō poſſet nō eſſe cō trarium illi ſententie vbi ait: pater non iudicat quemq; ſed omne iudiciū dedit filio. Cū vero dixit/qui ſpernit me ⁊ nō accipit verba mea habet qui iudicet eū: expectantibus autē quiſnā ille eſſet: ſe cutus adiunxit: ſermo quem locutus ſū ille iudicabit eum in nouiſſimo die: ſa tis manifeſtauit ſeipſum iudicaturz in nouiſſimo die. Seipſum quippe locutus eſt: ſeipſum annunciauit: ſeipſum ianuā poſuit: quia ipſe ad oues paſtor ītraret Aliter itaq; iudicabuntur qui nō audie runt: aliter qui audierunt et contempſe runt. Qui enī ſine lege peccauerunt: ait Rho. ij. apoſtolus. ſine lege et peribunt: et qui ī lege peccauerunt: per legem iudicabun tur. quia ego inquit ex me ipſo nō ſum locutus. Ideo ſe dicit non locu tun ex ſeipſo: quia non eſt ex ſe ipſo. Jā hoc ſepe diximus: iam hoc tanq; notiſſi mum non docere ſed admōere debem⁹. Sed qui miſit me pater ipſe mi hi mandatum dedit: quid dicam et quid loquar. Non laborabimus: ſi cum eis nos loqui ſciremus: cum qui bus ſuperiora locuti ſumus: et cum eiſ ipſiſ non omnibus: ſed qui audierūt me moria retinentibus. D Nunc vero qa forte aliqui aſſunt qui non audierūt: eiſq; ſunt ſimiles qui obliti ſūt quod au dierunt: propter illos perferant moras noſtras qui audita meminerunt. Quo modo dat mandatum pater vnico filio? Quo verbo loquitur verbo: cum ſit ip ſe filius vnigenit⁹ verbum? Nunquid p angelum: cum per ipſum creati ſunt an geli? Nunquid per nubem: que quādo ſonuit ad filium/non propter ipſum ſo nuit quod alibi dicit etiā ipſe: ſz ꝓpter alios quos oportebat ita audire? Nun quid per ſonum labijs emiſſum qui non habet corpus? An aliquo locoz inter vallo fili⁹ a patre ſeparatur: vt ſit inter illos aer medi⁹: quo percuſſo vox fiat ⁊ ad aurez veniat? Abſit: vt talia de illa ī

corporea et ineffabili substantia suspicemur. Filius vnicus est verbum patris: et sapientia patris: in illa sunt omnia mandata patris. Neq; enī patris mandatum filius aliquando nesciebat: vt cum necesse esset ex tempore habere quod antea non habebat. Ita enī a patre quod habet accepit: vt nascēdo acceperit: deinde ita illi gignendo. Nam et vita est: et accepit vitam vtiq; nascendo/non prius sine vita existendo: quia et pater habet vitam: et quod habet est: nec accepit tamen/quia non ex aliquo est. Filius autem accepit vitam dante patre a quo ē: et ipse quod habet est. Habet enī vitaz
Joh. v. et vita est. Ipsum audi loquentem: Sicut habet inquit pater vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Nunquid existenti et nō habēti dedit. Sed eo dedit quo genuit qui vitam genuit: et vita genuit vitam: et qz parem genuit/ non imparem genuit vitam: ideo dictuz est. Sicut habet ip̄e vitam in semetipso: sic dedit et filio vitaz habere in semetipo. Vitā dedit: quia gignēdo vitam quid dedit nisi esse vitaz? Et qa eterna est ipsa natiuitas. Nunq̄ non fuit filius qui est vita: nū quā n fuit filius sine vita. Et sicut est natiuitas eterna: sic est qui natus est vita eterna. Ita et mandatum non quod filius non habebat pater dedit: sed sicut dixi/ in sapientia patris quod est verbum patris: omnia mandata sunt patris. Dicitur autez mandatum datum: quia non est a se ipso cui dicitur datum. Et hoc est dare filio sine quo nunquā filius fuit: quod est gignere filiū qui nunquā nō fuit. ℣ Sequitur autē. Et scio quia mandatū eius vita eterna est. Si ergo vita eterna est ipse filius. et vita eterna est mandatum patris: quid aliud dictū est/ quā ego sum mandatum patris? Proīde et id quod adiūgit et dicit: que ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor: non accipiamus dixit mihi: quasi pater verba locutus sit vnico verbo. aut egeat dei verbis: dei verbum. Dixit ergo pater filio: sicut dedit vitam filio non quod nesciebat vel non habebat. sz quo ipse filius erat. Quid est autē/ sicut dixit mihi parer sic loquor: nisi verbū loquor? Ita ille dixit vt verax: ita iste loquitur vt veritas. Verax autem genuit veritatem. Quid ergo iam diceret veritati? Non enī imperfecta erat veritas cui verum aliquid adderetur: Dixit ergo veritati: quia genuit veritatē. Porro ipsa veritas sic loquitur vt ei dictum est: sed intelligentib⁹ quos docet vt nata est. Ut autem crederent homines qō intelligere nondū valent: ex ore carnis verba sonuerunt: et abierunt. Trāsuolantes soni strepuerunt: peractis morulis temporum suorum. Sed res ipse quarum signa sunt soni: traiecte quodāmodo in eorū memoriaz qui audierunt: etiam ad nos per litteras que visibilia signa sunt peruenerunt. Non sic loquitur veritas: Intelligentibus mentibus int⁹ loquitur: sine sono instruit. intelligibili luce perfundit. Qui ergo potest i ea credere natiuitatis eius eternitatem: ipse illam sic audit loquentem: sicut ei dixit pater quod loqueret. Excitauit nos ad magnum desiderium interioris dulcedinis sue: sed credendo capimus: ambulādo crescimus: proficiendo ambulamus: vt peruenire possimus.

¶ Explicit tractatus quinquagesimus quartus. Incipit tractatus quinquagesimus quintus. Ab eo quod ait. Ante diem festū pasce sciens iesus quia venit hora eius. Usq; ad id quod ait. Venit ergo ad simonem petrum:

A

pitulum.

Cena domini

secundū iohannē adiuuante ipso debitis est explicanda tractatibus: ⁊ vt nobis posse donauerit explananda. Ante diem autē festuz paſche: sciens iesus quia uenit hora eius vt trāseat ex hoc mūdo ad patrem: cum dilexisset suos qui erāt in mundo. in finē dilexit eos. Paſcha autē fratres nō sicut quidam existimant grecum nomen est: sed hebreū. Opportunissime tamē occurrit in hoc nomīe quedā cōgruentia vtrarumq; linguarū. Quia enī passio grece πάσχα dicitur: ideo paſcha passio putata est: velut hoc nomine a passione sic appellatuz est. In sua vero lingua. hoc est hebrea: paſcha transitus dicitur propterea/quia tunc primū paſcha celebrauit populus dei: quando ex egipto fugientes rubrum mare transierūt. Nunc ergo figura illa ꝓphetica in veritate completa est. cum sicut ouis ad immoladuz ducitur christus: cuius sanguine illitis postibꝰ nostris. i. cuius signo crucis signatis frontibus nostris: a perditiōe huius seculi tanquā a captiuitate vt interemptione egyptia liberamur: ⁊ agimus saluberrimū transitum: cū a diabolo trāsimus ad christum: et ab isto instabili seculo ad eius fundatissimū regnū. Ideo quipe ad deum permanentē transimus ne cum mundo transeunte transeamus: De hac nobis collata gratia deum laudans apostolus dicit. Qui eruit nos de potestate tenebrarū: et transtulit in regnum filij claritatis sue. Hoc itaq; nomē ideſt. paſcha quod latine vt dixi transitus nuncupatur: velut interpretans nobis beatus euangelista: ante diē inquit festum paſche sciēs iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mndo ad patrem. Ecce paſcha: ecce trasitus. Unde et quo? De hoc scilicet mūdo ad patrē. Spes membris in capite data est: quod essent in illo transeunte sine dubio sectura. Quid ergo iufideles et ab hoc capite atq; ab eius corpore alieni? Mōne et ipsi transeunt: quia non permanent? Transeūt plane et ipsi. Sed aliud ē trāsire de mundo: aliud est transire cuz mūdo. aliud ad patrez: aliud ad hostē. Nā et egiptij transierūt: non enī persequēdo manserunt. Mō tamē transierūt per mare ad regnum: sed in mari ad interitum. B Sciēs ergo iesus quia venit hora eius: vt trranseat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erāt in mundo: in finē dilexit eos Vtiq; vt et ipsi de hoc mundo vbi erant/ad suum caput quod hinc transisset eius dilectione transirent. Quid est enī in finē misi in christū? Finis enīz legis christus ait apostolus ad iusticiam omni credenti. Finis perficiens: non interficiens. Finis quousq; eamus: non vbi pereamus. Sic omnīo itelligēdū ē: paſcha nr̄m immolatꝰ est christus. Ipse est finis noster in illum est transitus noster. Naz video posse ista verba euangelica quodā hūano modo etiam sic accipi: tanq; vsq; ad mortem christꝰ dilexerit suos: vt hoc videatur esse in finem dilexit eos. Humana est hec sentētia: non diuina. Neq; enī nos hucusq; ille dilexit: qui semper ⁊ sine fine nos diligit. Absit vt dilectionem morte finierit: qui non est morte finitus. Etiam post mortem quinq; fratres suos dilexit diues ille superbus atq; impius: et vsq; ad mortem nos dilexisse putandus est christus? Absit carissimi Nequaquā ille nos diligendo vsq; ad mortē veniret: si dilectionez nostram morte finiret: nisi forte ita sit intelligendum / in finem dilexit eos/vsq; ad mortem dilexit eos: quia tantum dilexit: vt moreretur pro eis. Hoc enim testatur dicens. Maiorem hac charitatē nemo habet: quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis Ita sane non prohibemꝰ intelligi in finez dilexit: vsq; ad mortē dilexit. i. vsq; ad mortez illū dilectio ipsa perduxit Et cena inquit facta: cum diabolus iā misisset in cor vt traderet

saie. liij.

Colo. j.

Rho. x.

j. Cor. v.

Luce. xvj.

Joh. xv.

eum iudas simõis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in
Al. exiuit. manus: et quia adeo † exiit et ad deum vadit: surgit a cena: et ponit vestimenta sua. Et cum accpisset
Al. misit lintheuz precinxit se. De inde † mittit aquam in peluim: et cepit lauare pedes discipulorũ: et extergere
C lintheo quo erat precinctꝰ.

Non ita debemus intelligere cenam factam: veluti iam consumptã atq; transactaz. Adhuc enĩ cenabatur cum dominus surrexit et pedes lauit discipulis suis. Naz postea recubuit: et bucceliã suo traditori postea dedit, vtiq; cena nõdũ finita: hoc est dum adhuc panis esset in mensa. Cena ergo facta dictum est/iam parata: et ad conuiuantiũ mensam vsuz q̃ perducta. Quod autẽ ait: cum diabolus iaz misisset in cor vt tradẽ eum iudas simõis scariothis. Si queris quid missum sit in cor iude: hoc vtiq; vt traderet eum. Missio ista: spiritualis suggestio est. Non fit per aurẽ sz per cogitationem: ac per hoc non corporaliter sed spiritualiť. Neq; em̃ spirituale quod dicitur: semper in laude accipiendum est. Nouit apostolus quedã spi
Ephe. vj. ritualia nequicie in celestibꝰ: aduersus que nobis colluctationẽ esse testať. Nõ autem essent maligna etiã spiritualia: si non essent etiã maligni spiritus. Ab spiritu enĩ spiritualia nominãtur. Sz quomodo ista fiant vt diabolice suggestiones ĩmittentur: et humanis cogitationibus misceantur: vt eas tanq̃ suas deputet homo: vnde scit homo? Nec dubitãdum est etiam bonas suggestiões a bono spiritu ita latenter ac spiritualiť fieri. Sed interest quibꝰ nam earũ mens hũana consentiat diuino auxilio /vel deserta ꝑ meritũ: vel adiuta per gratiam Factum ergo iam fuerat in corde iude per ĩmissionẽ diabolicã vt traderet discipulus magistrũ: sed quẽ non didicerat deum. Jaz talis venerat ad conuiuium explorator pastoris/insidiator saluatoris: venditor redemptoris: iam talis venerat et videbatur: et tolerabatur: et se ignorari arbitrabatur: quia in eo quẽ volebat fallere fallebatur. At ille isto ipso corde intus inspecto nesciente: scienter vtebatur. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Ergo et ipsum traditorẽ. Nam si eum in manibꝰ non haberet: non vtiq; illo vteretur vt vellet Proĩde iã traditor traditus erat ei quez tradere cupiebat: atq; ita malũ tradendo faciebat: vt de illo tradito bonum fieret quod nesciebat. Sciebat enĩ dominus quid faceret pro amicis: q̃ pacienter vtebatur inimicis. Ac sic oĩa dederat pater in manus eius: et in vsũ mala: et in effectum bona. Sciens etiaz quia adeo exiit et ad deũ vadit. Nec deuz cum inde exiret: nec nos deserens cum rediret. Hec ergo sciẽs: surgit a cena: ⁊ ponit vestimẽta sua Et cum accepisset lintheũ: precinxit se. Deinde misit aquam in peluĩ et cepit lauare pedes discipulorũ: ⁊ extergere lĩtheo quo erat precinctus. Debemus carissimi sẽ D
sum euãgeliste diligenter attẽdere. Locuturus quippe de tanta domini humilitate: prius eius celsitudiuẽ voluit cõmẽdare Ad hoc pertinet quod ait: sciẽs qꝛ omnia dedit ei pater in manus: et quia a deo exijt et ad deum vadit. Cũ illi ergo omuia pater dedisset in manus: ille discipulorum non manus sed pedes lauit. Et cuz se sciret a deo exisse et ad deum pergere: non domini dei sed hominis serui impleuit officiũ. Ad hoc autez pertinet quod etiã de traditore ipsius quia iaz talis venerat: qui nec ab illo ignorabatur: preloqui voluit: vt hoc quoq; ad maximũ cumulum hũilitatis accederet: quod etiã illi non dedignatus est pedes lauare: cuius manus iaz preuidebat in scelere. Quid autẽ mirum si surrexit a cena et posuit vestimenta sua: qui cum in forma dei esset semetipsum exinaniuit? Et q̃d mirꝝ si p̃cĩxit se lĩtheo: q̃ Phil. ij.
formã ſui accipiẽs habitu ĩuẽtꝰ ẽ vt hõ Quid mirũ si misit aquã in peluiz vnde

lauaret pedes discipulorꝝ: qui in terrã sanguinez fudit: quo immũdiciã dilueret peccatorum? Quid miruz si lintheo quo erat precinctus pedes quos lauerat tersit: qui carne qua erat indutus euãgelistarũ vestigia confirmauit? Et linteo quidẽ vt se p̃cingeret: posuit vestimenta sua que habebat. Ut autẽ formam serui acciperet quãdo semetipsum exinaniuit: non quod habebat deposuit: sz quod nõ habebat accepit. Crucifigẽdus sane suis expoliatus est vestimentis: et mortuus inuolutus est linteis: et tota illa eius passio / nostra purgatio est. Passurus igitur exicia: premisit obsequia: non soluz eis pro quibus erat subiturus mortem: sed etiã illi qui eum fuerat traditurus ad mortem. Tanta est quippe humane humilitatis vtilitas: vt eã suo cõmendaret exemplo etiã diuĩa sublimitas: quia homo superbus in eternũ periret: nisi eum deus humilis inueniret. Uenit em̃ filius hominis querere: et saluũ facere qd̃ perierat. Perierat autẽ supbiam deceptoris secutus: ergo humilitatẽ redemptoris sequatur inuentus.

uee.ix.

Explicit tractatus quinquagesimus quitus. Incipit tractatus q̃n quagesimus sextus. Ab eo quod ait. Uenit ergo ad simonem petrũ et dicit ei petrus. Domine tu lauas mihi pedes / Usqz ad id quod ait: Qui lotus est nõ idiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus.

A Cum lauaret pedes discipulorũ domin⁹: venit ad simonem petrum: et dicit ei petrus Domĩe: tu mihi lauas pedes? Quis enim non expauesceret lauari sibi pedes a dei filio? Quãuis itaqꝫ magne fuisset audacie contradicere seruuz domino: hominem deo. Tamẽ hoc petrus facere maluit: quaz perpeti vt sibi pedes lauarẽtur a domino ⁊ deo. Nec putare debemus hoc petrum inter ceteros formidasse atqꝫ recusasse: cum id alij ante ipsum libenter vel eq̃nimiter sibi fieri permisissent. Facilius q̃ppe sic accipiũtur ista verba euãgelij: quia cum dictum esset: cepit lauare pedes discipulorum et extergere linteo quo erat precinctus: deĩde subiunctũ est: venit ergo ad simonem petrũ: quasi aliquibus iã lauisset / et post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primũ apostolorũ esse beatissimum petrũ? Sed non ita intelligendum est quod post aliquos ad illũ venerit: sed quod ab illo ceperit. Quãdo ergo pedes discipulorũ lauare cepit: venit ad euz a q̃ cepit: idest. ad petrũ. Et tũc petrus quod etiam quilibet eorum expauisset: expauit atqꝫ ait. Domĩe: tu mihi lauas pedes? Tu mihi. Quid est tu? Quid est mihi? Cogitãda sunt potius quã dicẽda: ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignũ concipit anima: non explicet lingua. Sed respõdit ies⁹ te dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autẽ postea: Nec tamẽ ille dominici facti altitudĩe exterritus permittit fieri quod cur fieret ignorabat: Sed vsqꝫ ad suos pedes humilez christũ adhuc non vult videre: non potest sustinere. Non lauabis mihi inq̃t pedes ineternuz. Quid est ineternũ. Nũquam hoc feram: nunquã paciar: nunquã sinam. Hoc quippe in eternũ non fit: quod nunquã fit. Tum saluator egrum reluctantem de ipsius salutis periculo exterrens: si non lauero te inquit. non habebis partem mecum. Ita dictum est si nõ lauero te / cũ de solis pedibus ageretur quomodo dici assolet / calcas me: quando sola planta calcatur. At ille amore et timore p̃turbat⁹: et pl⁹ expauescẽs xp̃m sibi negari quã vsqꝫ ad suos pedes hũiliari: domĩe ait nõ tantũ pedes meos sed ⁊ manus ⁊ caput. Quãdoq̃dẽ sic mĩaris lauãda tibi mẽbra mea: nõ solũ tibi ima non subtraho verũ etiã p̃ma substerno. Ne mihi neges capiẽdã tecũ partẽ: nullã tibi nego abluendã mei corporis partem. Dicit ei iesus. Qui lotus est: non habet opus nisi pedes lauare: sed est mũdus totus. Hic moueatur fortassis quis et dicat. Immo si mundus est totus

infra tractatu.lviij.

Textus in h̃ tractatu q̃ndoqꝫ preteritur: quãdoqꝫ mutatur.

Infra tractatu.lvij.

B

quid ei opus est vel pedes lauare? Domi
nus autem nouerat quod dicebat: etiaz si
nostra infirmitas eius secreta nō penetrat
Verūtamen quantū nos erudire et ex le
ge sua docere dignatur: pro captu meo. ꝓ
modulo meo: aliquid etiā ego de huius q̄
stionis profunditate illo adiuuante respō
deam: ac primū ipsam locutionez nōn sibi
esse contrariā facilime ostendā. Quis enī
non ita rectissime loqui possit: mundus es
totus preter pedes? Elegātius autē loqui
tur si dicit: mundus es totus nisi pedes: qđ
tantundē valet. Hoc ergo ait domin⁹: nō
habet opus nisi pedes lauare: sed est mun
dus totus. Totus vtiq; preter pedes: vel
nisi pedes quos habet opus lauare. Sed
quid ē hoc. Quid sibi vult/quid? Hic ne-
cessarium est vt queramus. Dn̄s dicit. ve
ritas loquitur. qđ opus habet pedes laua
re etiā ille qui lotus est Quid fr̄es mei q̄d
putatis. nisi quia homo in sancto quidem
baptismo totus abluit̄. nō preter pedes sz
tot⁹ omnino. Verūtn̄ cū ī reb⁹ hūanis po
stea viuitur. vtiq; terra calcatur. Ipsi igit̄
humani affectus sine quibus in hac morta
litate nisi viuitur/ quasi pedes sunt vbi ex
humanis rebus afficimur: ⁊ sic afficimur.
vt si dixerim⁹ qꝛ pctm̄ nō habem⁹ nosip̄os
j. Joh. j. decipim⁹ ⁊ v̄itas ī nob̄ nō ē Quotidie igit̄
pedes lauat nobis. qui īterpellat ꝓ nobis
Et quotidie nos opus habemus vt pedes
lauemus. id ē vias spiritualium gressuum
dirigamus In ipsa oratione dominica cō-
Math. vj. fitemur cū dicimus. dimitte nobis debita
nostra. sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus
nostris. Si enim confiteamur sicut scriptū
est peccata nostra. ꝓfecto ille qui lauit pe
des discipulorum suorū / fidelis est et iu-
stus qui dimittat nobis peccata nostra et
mundet nos ab omni peccato: idē vsq; ad
pedes quibus conuersamur in terra. Pro
inde ecclesia quā mundat xp̄s lauacro aq̄
in verbo: non solum in illis est sine macu-
la et ruga: qui post lauacrum regeneratio
nis continuo ex huius vite contagiōe tol-
luntur: nec calcant terrā vt opus habeant
pedes lauare: verumetiam in his quibus
istam misericordiā prebens dominus fecit
eos de seculo isto lotis etiam pedib⁹ emi
grare. In his autē qui hic demorant̄: etiā
si mūda sit: quoniā iuste viuūt: opus tamē
habent pedes lauare: quoniā sine peccato
vtiq; non sunt. Propter hoc dicit in canti- Cāticoꝝ. v
co canticoruz: Laui pedes meos: quomō
inquinabo illos? Dicit̄ enim hoc cū cogi-
gitur ad christum venire: et terram calca-
re conuenit. Alia questio rursus exoritur:
Nonne christus sursum est? Nōne ascēdit
in celum et sedet ad dexterā patris? Non Colossē. iii
ne apostolus ad nos clamat et dicit? Si er
go resurrexistis cū christo/que sursum sūt
querite: vbi christus est in dextera dei se-
dens: que sursum sunt sapite non que sup
per terram. Quomō ergo vt ad christū ea
mus/terram calcare conpellimur: cū poti
us nobis sursum cor habendū sit ad domi
num: vt cū illo esse possimus? Videtis fra
tres hodierui temporis angustias: istā co-
artare questionē. Quod et si vos forte mi
nus videtis: ego vtcumq; video quāte di-
sputationis indigeat. Unde peto vt eam
potius suspendi quā vel negligentius vel
angustius pertractari: nō fraudata sed di-
lata expectatiōe paciamini Aderit em̄ do
min⁹ qui nos debitores facit: vt faciat eti
am redditores.

Explicit tractatus quinquagesi-
mus sextus. Incipit tractatus qui
quagesimus septimus. De eadem
lectione.

Non immemor A
mei debiti et iam reddendi tem
pus agnosco. Donet vnde red-
dam/qui donauit vt debeaz. Donauit em̄
dilectionē de qua dictum est. Nemini q̄c-
quam debeatis: nisi vt inuicem diligatis.
Donet etiam sermonē quem video me de
bere dilectis Expectationē vestrā ad hoc
nempe distuleraz: vt explicarem sicut pos
sem/quēadmodū etiā per terraz veniatur
ad christum. cū potius iubeamur que sur
sum sunt querere nō que super terrā Sur
sum enī christus est sedens ad dexterā pa
tris. Sed profecto ⁊ hic est ꝓpter quod ⁊
saluo in terra seuiēti dicit Salue saule q̄d
me persequeris. Ut autē hoc querēdū su
sciperemus / id tractabatur quod domin⁹

pedes discipulis lauit: cum iam ipsi disci-
puli loti essent: nec opus haberent nisi pe-
des lauare. vbi visum est intelligendũ qđ
baptismo quidẽ homo totus abluitur: sed
dum isto postea viuit in seculo /hũanis af
fectibus terram velut pedibus calcans: ip
sa scilicet conuersatione vite huius con-
trahit vnde dicat: dimitte nob̃ debita nr̃a
Ac sic etiã inde mũdatur ab eo qui pedes
lauit discipulis suis: nec desint interpella-
re pro nobis Hic occurrerũt ex cantico cã
ticorũ ecclesie verba dicẽtis: Laui pedes
meos: quomõ inquinabo eos. Cuz vellet
ire et aperire ei qui venerat ad eã et pul-
sauerat: sibiq; aperiri poposcerat ille spe-
ciosus forma pre filijs hominũ. Hinc que
stio nata est quã coartare noluimus angu
stijs temporis: ideoq; distulimus: quo nã
modo ecclesia timeat inquinare pedes dũ
pergit ad christum: quos baptismate laue
rat christi. Sic eniz ait. Ego dormio: ⁊ cor
meum vigilat. Vox fratruelis mei pulsat
ad ianuam: Deinde dicit etiã ipse: Aperi
mihi soror mea: proxĩa mea: colũba mea:
perfecta mea: quia caput meum repletum
est rore/et crines mei guttis noctis. Et re-
spondit illa. Exui me tunica mea: quomõ
induam eam? Laui pedes meos: quomõ ĩ
quinabo illos? O admirabile sacramen-
tum: et grande misteriũ. Ergo ne timet in
quinare pedes veniendo ad eum qui la-
uit suorũ discipulorꝫ pedes? Timet certe
quia per terraz venit ad eũ qui etiã in ter
ra est: quia suos hic constitutos non dese-
rit. An non ipse ait. Ecce ego vobiscũ suz
vsq; ad cõsummationẽ seculi? A non ipse
ait. videbitis celos aptos et angelos dei
ascẽdẽtes et descẽdẽtes ad filiũ homĩs?
Si ascendũt ad eum propterea quia sur-
sum est: quomõ ad eum descendũt si etiã
non hic est? Dicit ergo ecclesia. Laui pe-
des meos: quomõ inquinabo eos: In his
hoc dicit qui predicant christum et aperi-
unt illi hostiũ vt habitet per fidem in cor-
dib⁹ hominũ. In eis h̃ dicit cuz deliberãt
vtrũ ministeriuz tale suscipiãt cui se min⁹
idoneos existimant: vt sine culpa impleãt
ne forte alijs predicantes/ipsi reprobi fiãt
Tutius eni veritas auditur quã predica-
tur: quoniã cum auditur/ humilitas custo

ditur. Cum autẽ predicatur/vix nõ subre
pit cuiuis hominũ quãtulacũq; iactantia:
in qua vtiq; inquinentur pedes. Ergo vt
apostol⁹ iacob⁹ dixit: sit omnis homo ve-
lox ad audiendũ: tardus autẽ ad loquen-
dum. Dicit et alius hõ dei. Auditui meo
dabis gaudiũ et leticiam: et exaltabũt os
la humiliata. Hoc est quod dixi: cum veri
tas audit̃/humilitas custodit̃ Dicit ⁊ ali
us. Amicus autem sponsi stat et audit eũ:
et gaudio gaudet ꝓpter vocẽ spõsi. Frua
mur auditu: sine strepitu nobis loquente ĩ
trinsecus veritate: quãq; etiam cum forin
secus insonat per legentẽ: per annunciãtẽ
per predicantẽ: per disputantẽ/ per preci-
pientem/per consolantẽ/per exhortantẽ/
per ipsum etiã cantantẽ atq; psallentẽ: ipsi
qui hec agunt/inquinare pedes suos time
ant: cũ placere hominibus subrepẽte amo
re humane laudis affectant. Ceterũ q̃ eos
audit libenter et pie: non habet locũ iactã
di se in laboribus alienis/et nõ inflatis os-
sibus hũiliatis: gaudio gaudet propt̃ vo-
cem dominice veritatis. Proinde in eis q̃
libenter et humilit̃ audire nouerunt: ⁊ vi-
tam quietã in studijs dulcibus et salubri-
b⁹ agũt: catholica deliciet̃ ecclesia ⁊ dicat
Ego dormio et cor meũ vigilat. Quid ẽ/
ego dormio: et cor meũ vigilat: nisi ita q̃e
sco vt audiaz? Ociũ meum non impendi-
ditur nutriende desidie: sed percipiende
sapientie. Ego dormio: et cor meum vigi-
lat: vaco et video quoniã tu es dominus:
quia sapiẽtiã scribo in tempore ocij: ⁊ qui
minorat̃ actu ipse percipiet eam. Ego dor
mio: et cor meum vigilat. Ego requiesco
a negociosis actibus: et animus meus di-
uinis se intendit affectibus. Sed ĩ his qui
isto modo suauiter et humilit̃ requiescũt:
dum ociose oblectatur ecclesia: ecce pul-
sat ille qui ait Que dico vobis in tenebris
dicite in lũine: ⁊ quod in aure auditis pre
dicate super tecta. Vox ergo eius pulsat
ad ianuaz: et dicit. Aperi mihi soror mea:
proxima mea/columba mea/perfecta mea
quia caput meũ repletũ est rore: et crines
mei guttis noctis. Velut si diceret. Tu va
cas: et ꝯtra me hostiũ clausũ ẽ. Tu studes
ocio paucorum ⁊ habũdãte iniq̃tate refri
gescit caritas mlt̃orꝫ. Nox q̃ꝑpe iniq̃tas ẽ:

Math. vj.
Canticorꝫ. v
Cor. ix.
Jacob. j.
Ps. l.
B
Joh. iij.
Canticorꝫ. v
Ps. xlv.
eccle. xxxviij
Math. x.
Canticorꝫ. v

Ros vero eius et gutte: hi sunt qui frige-
scunt et cadunt et faciũt refrigescere ca-
put christi: hoc est vt non ametur deus: ca-
j. Cor. xj put enim christi deus. Sed portantur ĩ cri-
nibus idest ĩn sacramentis visilibus tole-
rant̃: cũ nequaq̃ interiora sensus attĩgũt.
Pulsat ergo vt excuciat q̃etẽ sanctis ocio-
sis: et clamat. Aperi mihi de sanguĩe meo
soror mea: de accessu meo proxima mea:
de spiritu meo columba mea: de sermone
meo quẽ plenius ex ocio didicisti perfec-
ta mea. Aperi mihi: p̃dica me. Ad eosq̃p-
pe qui clauserunt contra me: quomõ intra-
bo sine aperiente? Quomõ enĩ audient si-
Ro. x. ne predicante? Hĩc fit vt etiã hi qui amãt
ocium studioꝝ bonorũ: et nolunt perpeti
laboriosarũ molestias actionũ: eo qd̃ mi-
nus idõ eos ad hec ministranda / et sine re-
p̃hensiõe agenda se sentiũt: mallent si fie-
ri posset sanctos apostolos et predicato-
res veritatis antiquos excitari aduersus
habundantiã iniquitatis: quia feruor fri-
C guit charitatis. Sed in eis qui iã de cor-
pore exierunt et carnis indumẽto expolia-
ti sunt: neq̃ enĩ ab ea separati sunt: respõ-
deat ecclesia. Exui me tũica mea: quomõ
Can. v. induam eam? Recipietur quidẽ illa tuni-
ca et in eis qui iã exuti sunt: rursus vestie-
tur carne ecclesia: non tamẽ nunc quando
feruefaciẽdi sunt frigidi: sed tũc quando
resurrecturi sunt mortui. Passa ergo diffi-
cultatẽ ꝓpter inopiã predicatorũ et reco-
lens illa sua membra sana sermonib⁹: sanc-
ta moribus: sz iã exuta corporib⁹: ingemit
et dicit ecclesie. Exui me tunica mea: quo-
modo induaz eaz? Membra illa mea que
christo aperire euãgelizando excellẽtissi-
me potuerũt: quomõ ad corpora quibus
exuta sunt redire nunc possunt? Deĩde re-
spiciens ad eos qui predicare et populos
acquirere ac regere: ac sic christo aperire
vtcumq̃ possunt: sed in his difficultatib⁹
actõnũ peccare metuũt: laui ĩquit pedes
Jacobi. iij. meos: q̃mõ inq̃nabo illos? Quisq̃sq̃ enim
in verbo non offendit: hic perfectus ẽ vir.
Et quis est perfectus? Quis est qui nõ of-
fendit in tanta habũdantia iniq̃tatis: tan-
to frigore charitatis? Laui pedes meos: q̃
modo inq̃nabo eos? Quandoq̃dem lego
et audio. Nolite multi magistri fieri frẽs
quoniã maius iudiciũ sumitis. In multis
enĩ offendimus omnes. Laui pedes meos
quomõ inq̃nabo eos? Sz ecce surgo ⁊ ape-
rio: christe laua eos. Dimitte nobis debi- Math. v
ta nostra: quoniã non est extincta charitas
nostra: quia et nos dimittimus debitorib⁹
nostris. Quando te audimus exultant te-
cum in celestibus ossa hũiliata. Sed quã- Ps. l.
do te predicamus: terraz calcamus vt tibi
aperiamus. Et ideo si reprehẽdimur per-
turbamur: si laudamur inflamur. Laua pe-
des nostros ante mũdatos: sed cũ ad apiẽ-
dum tibi per terrã pergim⁹ inq̃natos. Hec
vob̃ hodie satis sint dilectissimi. Si q̃d se-
cus quã oportuit dicentes fortassis offen-
dimus: vel laudibus vestris imoderatius
quã oportuit eleuati sum⁹: impetrate mũ-
dationem pedibus nostris deo placentib⁹
orationibus vestris:

Explicit tractatus quinquagesi-
mus septimus. Incipit tractat⁹ q̃n-
quagesimus octau⁹. Ab eo quod
dicit: et vos mũdi estis sed nõ om-
nes. vsq̃ ad id quod ait. Exemplũ
dedi vobis: vt quem admodũ ego
feci vobis / ita et vos faciatis.

Nam illa ver- A
ba sancti euangelij vbi dñs
lauãs pedes discipulis suis
ait: qui lotus est semel nõ
habz necessitatẽ nisi pedes
lauare: sed est mundus totus: dilectiõi ve-
stre vt dominus donare dignat⁹ est expo-
suimus:. Nunc quod sequitur videamus
Et vos inquit mundi estis: sed nõ
omnes. Hoc quid sit ne quererem⁹: ip̃e
euangelista patefecit adiungẽs. Scie-
bat enim quisnam esset qui trade-
ret eum: propterea dixit: non estis
mundi omẽs. Quid hoc aperti⁹? Pro-
inde ad sequẽtia transeamus. Postq̃
ergo lauit pedes eorũ ⁊ accepit ve-
stienta sua: cũ recubuisset iterũ di-
xit eis. Scit q̃d feceri vobis? Nunc
est vt beato petro reddat̃ illa promissio.

Dilatum enī fuerat: quando expaueſcenti ⁊ dicenti/non lauabis mihi pedes in eternum reſponſum eſt ei. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Ecce eſt ipſum poſtea: iam tempus eſt vt dicatur quod pauloante dilatū eſt. Demor itaq; dñs ſe ꝓmiſiſſe iam dudum ſcientiaz facti ſui tam inopinati/ taz mirabilis/tam expauescendi. ⁊ niſi ipſe vehementer terruiſſet nullo modo ſinendi vt magiſter non tantum ipſoꝝ ſed angeloꝝ: ⁊ dñs non tm̄ ipſorum ſed rerum oīum/lauaret pedes diſcipuloꝝ ⁊ ſeruoꝝ ſuoꝝ: Huius ergo tanti facti qm̄ ꝓmiſerat ſcientiā dicens: ſcies autem poſtea: quid ſit quod fecit docere nunc incipit. **Vos inquit vocatis me magiſter ⁊ dñe: ⁊ bene dicitis. Sū etenim.** Bene dicitis quia verum dicitis iū.xxvij Sum quippe quod dicitis. Homini ꝓceptum eſt. non te laudet os tuū: ſed laudet te os ꝓximi tui. Periculoſuz ē eī ſibi placere: cui cauendū eſt ſupbire. Ille autem qui ſuper oīa eſt/ & tū cunq; ſe laudet non ſe extollit excelſus: nec poteſt recte dici arrogans deus. Nobis nanq; expedit eum noſſe non illi: nec eum quiſq; cognoſcit ſi non ſe indicet ipſe qui nouit. Si ergo non ſe laudando quaſi arrogantiā vitare voluerit: nobis ſapientiā denegauit. Et magiſtrum quidem quod ſe eſſe dicit nemo rep̄henderet/etiam qui eum nihil eſſe aliud q̄z hoīem crederet: qm̄ id ꝓfitetur q̄ et ipſi homines in q̄buſlibet artibus vſq; adeo ſine arrogantia ꝓfitent: vt ꝓfeſſoreſ vocentur. Quod vo dñm ⁊ ipſe ſe dicit diſcipuloꝝ ſuoꝝ/cum ſint illi etiam fm ſeculum ingenui: quis ferat in hoīe? Sz deloquitur. Nulla eſt hic elatio tante celſitudinis: nullum mendaciū veritatis. nob̄ ſubiacere illi vtile eſt celſitudini. nob̄ ſeruire vtile ē ei veritati: Q̄ ſe dñz dicit nō illi vitiuz eſt: ſed nobis bñficiū. Cuiuſdā ſecularis auctoris verba laudant: quia dixit. Cum oīs arrogantia odioſa eſt: tamē illa ingenij et eloqnentie multo moleſtiſſima. Et tamen idem ipſe cum de ſua eloquentia loqueret. dicerez inquit ꝓfectā ſi ita iudicarem: nec in veritate crimen arrogantie ptimeſcerē. Si igitur ille homo eloquentiſſim⁹ in veritate arrogantiā non timeret: quō arrogantiā ipſa veritas timet. Dicat ſe dñm q̄ dñs eſt: dicat ſe verū q̄ veritas eſt. Nonne dicā ego q̄ vtile eſt: duz tacet ille quod eſt? Beatiſſim⁹ paulus ñ vtiq; vnigenitus dei filius: ſed vnigeniti dei filij ſeruus ⁊ apoſtolus: non veritas ſz particeps veritatis: ait libere ⁊ ꝓſtant. Et ſi voluero gloriari non ero inſipiens: veri- ij. Corin. xij. tatem enim dico. Neq; enim in ſeipſo ſed in ipſa veritate que ſupior eſt ipſo/ ⁊ humiliter ⁊ veraciter gloriaret: quoniā ⁊ ipſe p̄cepit: vt q̄ gloriat in dño glorietur. Ita ne non timeret inſipientiā ſi gloriari vellz ij. Corint. x. amatoꝝ ſapiētie: ⁊ in gloria ſua timeret inſipientiam ipſa ſapientia? Non timuit arrogantiā qui dixit: In dño laudabit̄ anima mea: Et in laude ſua timeret arrogantiam poteſtas dñi: ī quo laudat̄ anima ſerui? Vos inquit vocatis me mgr̄ ⁊ dñe. et bene dicitis: Sum eteni: Ideo bene dicitis: quia ſum. Nam ſi non eſſem quod dicitis: male diceretis etiam ſi me laudaretis. Quomodo ergo negaret veritaſ/quod dicunt diſcipuli veritatis? Quō quod dicūt qui didicerūt/negaret ipſe vnde didicer̄t. Quō fons negat q̄ bibens p̄dicat? Quomodo lux occultat: quod videns indicat?

Si ergo inquit ego laui pedes veſtros dñs ⁊ magiſter: debetis ⁊ vos alter alterius lauare pedes. Exemplū enī dedi vobis: vt quemadmodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Hoc eſt beate petre q̄ neſciebas: quando fieri nō ſinebas. Hoc tibi poſtea ſciendū ꝓmiſit: quando vt ſineres terruit te mgr̄ tuus: ⁊ dñs tuus lauans pedes tuos. Didicim⁹ fratres humilitatē ab excelſo: faciamus inuicem humiles quod humiliter fecit excelſus. Magna eſt commendatio humilitatis: ⁊ faciunt ſibi hoc inuicem fratres etiam opere ipſo viſibili. cum ſe inuicem hoſpitio recipiunt. Eſt enī apud pleroſq; ꝓſuetudo huius humilitatis vſq; ad factum: quo cernat̄ expreſſa. Vnde ⁊ apoſtolus cum viduam bene meritā cōmendaret: ſi hoſpitio inquit recepit i. Timot. v. ſi ſanctoꝝ pedes lauit. Et apud ſctōs vbi cunq; hec ꝓſuetudo nō eſt: q̄ manu nō faciunt corde faciunt: ſi in illoꝝ numero ſūt quibus dicit̄ in hymno beatoꝝ triū puerorum. Benedicite ſancti ⁊ humiles corde dño. Multo autem eſt melius ⁊ ſine ꝓtro- Danielis. iij uerſia verius vt etiam manib⁹ fiat: nec dedignetur quod fecit ꝯchriſtus/facere chri-

stianus. Cum enī ad pedes frīs inclinatur corpus: etiā ī corde ipso vel excitat̄: vel si iam inerat confirmat̄ ipsius humiliatis affectus. Sed excepto isto morali intellectu ita nos huius dñici facti altitudinē cōmendasse meminim⁹: qđ lauādo pedes iam lotorum atq̄ mūdoꝝ discipuloꝝ significauerit dñs ꝓpter humanos quib⁹ in terra versamur affectus. Q̄tūlibet ꝓfecerim⁹ ī app̄hensione iusticie. sciamus nos sine peccato nō esse: qđ subīde abluit interpellando ꝓ uobis cū oramus patrē qui in celis est: vt debita nostra dimittat nob. sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Quō ergo ad hunc intellectū poterit ꝑtinere hoc qđ ipse postea docuit: vbi sui facti exposuit rationē dicēs? Si ego laui vr̄os pedes dominus ⁊ mgr̄: debetis ⁊ vos alter alterius lauare pedes. Exemplū enī dedi vob: vt quēadmodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Nunq̄d possum⁹ dicere qđ etiā frat̄ fratrē a delicti poterit ꝯtagione mūdare? Immo v̄o id etiā nos esse admonitos in huius dñici opis altitudine nouerim⁹: vt confessi inuicem delicta nr̄a oremus ꝓ nobis sicut ⁊ christus interpellat ꝓ nob. Audiamus apl̄m iacobū: hoc ipsum euidētissime p̄cipientē ⁊ dicentē: Confitemī inuicem delicta vr̄a ⁊ orate ꝓ vobis: qꝛ ⁊ hoc dñs nobis dedit exemplū. Si enī ille q̄ vllum peccatū nec habet nec habuit nec habebit orat ꝓ peccatis nr̄is: q̄tomagis nos inuicē ꝓ peccatis nr̄is orare debem⁹? Et si dimittit nobis ille cui non habem⁹ qđ dimittam⁹: q̄tomagis dimittere nobis debemus inuicem qui sine peccato hic viuere ñ valemus? Quid enī videtur in hac altitudine sacramēti dñs significare/cū dicit: exemplū enī dedi vobis: vt quēadmodum ego feci vob: ita ⁊ vos faciatis: nisi qđ aptissime dicit apl̄s. Donātes vobismetipsis si quis adūsus aliquē habet querelā: sicut et dñs donauit vobis: ita ⁊ vos inuicem: Itaq̄ nobis delicta donem⁹ ⁊ ꝓ nr̄is delictis inuicem oremus: atq̄ ita quodāmodo inuicem pedes nostros lauemus. Nostrum est donante ipso ministeriū charitatis ⁊ humilitatis adhibere: illius est exaudire ac nos ab omni peccatoꝝ ꝯtaminatione mūdare per christum ⁊ in christo: vt qđ alijs etiam dimittimus: hoc est in terra soluimus: soluatur ⁊ in celo.

Matth. vj.

Rhoma. viij

Jacobi. v.

Colossen. iij

Explicit tractatus q̄nquagesim⁹ octauus. Incipit tractatus q̄nquagesim⁹ non⁹. Ab eo ꝙ dic̄: Am̄ am̄ dico vobis nō ē seruus maior domino suo: neq̄ apostolus maior eo q̄ misit illū: vsq̄ ad id qđ dic̄. Qui āt accipit me accipit illū q̄ misit me

Audiuim⁹ sanctum euangeliū: loquēte domino atq̄ dicēte. Amē amē dico vobis: non est seruus maior dño suo: neq̄ apostolus maior eo qui misit illū. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Hoc ideo dixit: quia lauerat discipuloꝝ pedes mgr̄ humilitatis ⁊ verbo ⁊ exēplo. Sz poterim⁹ ea q̄ sūt operosi⁹ disserēda ipso adiuuāte disserere: si ñ in eis q̄ māifesta sunt īmoremur. Cū ḡ h̄ dñs p̄misisset adiūxit. Nō de oībus vobis dico. ego scio quos elegerim: sz vt īpleat̄ scp̄tura qui māducat panem meuz leuabit † sup me calcaneū suū. Hoc quid ē aliud: nisi ꝯculcabit me. Notum est de q̄ loq̄tur: iudas ille traditor eius attingit̄. Ergo ipsum non elegerat: vnde ab eis q̄s elegit isto sermone secernit. Quod ergo dico inq̄t: beati eritis si feceritis ea nō đ oīb⁹ vobis dico. Est inter vos q̄ nō erit btūs: neq̄ faciet ea. Et ego scio quos elegerī. Quos nisi eos qui beati erūt faciēdo que p̄cepit ac faciēdo mōstrauit: q̄ efficere btōs pōt? Nō est igit̄ traditor iudas elect⁹? Quid ē ḡ qđ alio loco dic̄: nōne ego vos duodecī elegi: ⁊ vn⁹ ex vob diabolus ē? An ⁊ ipse ad aliq̄d ē elect⁹ ad qđ vtiq̄ erat necessarius: Nō aūt ad btītudinē de q̄ modo ait btī eritis si feceritis ea? Hoc nō de oībus dic̄: Scit eī q̄s ad societatē btītudīs hui⁹ elegerit. Non ē ex eis iste q̄ panē eius sic edebat: vt sup eū leuaret calcaneum. Illi māducabāt panē dñm: ille panē dñi cōtra dñm. illi vitā: ille penā. Qui enī māducat indigne ait apl̄s: iudicium sibi manducat. Amodo inq̄t dico vobis priusq̄ fiat vt cū factū fuerit credatis q̄a ego sum. id est. ego sum de q̄ illa scriptura p̄cessit. vbi dictū est: q̄ māducat panē meū: leuabit sup me calcaneū suū Deinde se

A

† Al. ad pleatur ps. xl.

† Al. con

Johānis

j. Corint.

B

quiꝫ ꝛ dicit. Amen amē dico vobis q̄ accipit si quez miſero me accipit. Qui aũt me accipit: accipit eum q̄ B me miſit. Tantũ ne diſtare voluit intelligi inꝰ eũ quē mittit ꝛ ſeipſum: q̄tũ inter ſeipſum ꝛ patrē deũ. Hoc ſi iſto mõ accepimus: neſcio q̄s gradus: qđ abſit: arrianoꝝ more faciemꝰ. Illi quippe cũ audiunt hec euãgelica verba ſeu legunt: ſtatim ad illos gradus ſui dogmatis currũt: q̄bꝰ nõ aſcendũt ad vitam ſed p̄cipitantꝰ ad mortem. Cõtinuo quippe dicũt. Q̄tũ apls filij diſtat a filio: q̄uis dixerit. Qui accipit ſi quē miſero: me accipit. Tantũ diſtat et filius a pr̄e: q̄uis dixerit: q̄ aũt me accipit accipit eũ q̄ me miſit. Sz ſi ſ̄ dicis: oblitꝰ es hereticе gradus tuoſ Si enī tãto inſual lo ꝓpter hec dñi verba filium a pr̄e q̄tum apl̄m diſtinguis a filio: vbi poſiturꝰ es ſpiritũ ſanctũ? Excidit ne tibi? Vis eũ ponere ſolere poſt filiũ? Erit ipſe inꝰ apl̄m ꝛ filiuz: Et multoampliꝰ diſtabit filiꝰ ab apl̄o q̄ pr̄ a filio: An forte vt inꝰ filium ꝛ apl̄m atq̄ inꝰ pr̄em ꝛ filiũ maneat paribꝰ inſual lis iſta diſtinctio: eq̄lis erit ſpũſſctũs filio Sed nec hoc vultis. Vbi ergo eũ poſituri eſtis: Si q̄ta filiũ pr̄i: tanta apl̄m filio diſcretione ſuponitis? Cohibete itaq̄ vr̄e p̄ſumptiõis audaciã: ꝛ in his verbis nolite querere q̄tã filij ꝛ apl̄i tantã pr̄is filijq̄ diſtantiã. Ipſum filiũ audite potiꝰ dicentem. Ego ꝛ pr̄ vnũ ſumꝰ. Vbi veritas vobis inꝰ genitorẽ ꝛ vnigenitũ nullã diſtantie ſuſpitionẽ reliquit: vbi gradus veſtroſ chriſtꝰ eliſit: vbi ſcalas vr̄as petra ꝓfregit. Sed hereticoꝝ calũnia refutata: quonaz mõ nos accepturi ſumꝰ hec dñica verba: q̄ accipit ſi quem miſero me accipit: qz aũt me accipit: accipit eũ qui me miſit. Si enī voluerimꝰ intelligere ideo dictũ: q̄ me accipit: accipit eũ q̄ me miſit. q̄ vniꝰ nature ſint pr̄ ꝛ filius: ꝓſequẽs videbit ex eozundem verboꝝ regula q̄ dictũ eſt: q̄ accipit ſi quē miſero me accipit: vt vniꝰ nature ſit filius ꝛ apl̄s. Poſſet q̄dẽ nõ incõuenienꝫ et hoc intelligi: quõ gemine eſt ille gigas minis .j. ſubſtãtie: qui exultauit ad currendã viam Verbũ enī caro factũ eſt: hoc eſt deꝰ homo factꝰ eſt. Proinde ita dixiſſe poſſet videri: qui accipit ſi quē miſero me accipit ſm hoiem: q̄ ãt me ſm deũ accipit: accipit eum q̄ me miſit. Sed cũ iſta diceꝫbat: non ab illo nature vnitas: ſed in eo q̄ mittitur mittentiſ cõmẽdabaꝫ auctoritaſ. Sic itaq̄ cũ q̄ miſſus ẽ vnꝰ q̄ſq̄ accipiat: vt ī illo eũ q̄ miſit attẽdat Si ꝑ attẽdas chriſtũ in petro: inuenies diſcipuli p̄ceptorẽ. Si autez attendas patrẽ in filio: inuenies vnigeniti genitorẽ: ac ſic in eo q̄ miſſus ẽ ſine vllo accipis erroꝛe mittentẽ. Ea que ſequunt inꝰ euãgelio: non ſunt tpis breuitate coartanda. Et ideo ſermo iſte frẽs chariſſimi velut ouiũ ſctãq̄ cibus ſi ſufficit ſalubriꝫ capiatur: ſi exiguus ẽ deſiderabiliꝰ ruminet.

Explicit tractatus q̄nquageſimꝰ nonus. Incipit tractatus ſeptuageſimus. De eo q̄ dicit: Cum hec diriſſet ieſus turbatus eſt ſpiritu ꝛ proteſtatus ꝛ dixit. Amen amen dico vobis qđ vnꝰ ex vobis tradet me.

Dn parua fra A tres ex euãgelio bti ioh̃is nobis ꝓponit queſtio: vbi ait: Cũ hec diriſſz ieſus turbatus ẽ ſpũ: ꝛ ꝓteſtatus ẽ ꝛ dixit. Amẽ amẽ dico vobis: quia vnꝰ ex vobis tradet me. Hinc ne turbatus ẽ ieſus nõ carne ſed ſpũ: qz dicturus fuerat vnꝰ ex voꝫ tradet me? Nunq̄d nã illi hoc tũc primũ venit in mẽtẽ: vel tũc primũ ei ſubito reuelatũ eſt? eumq̄ repẽtina tanti mali nouitate turbauit. Nõne hinc paulo ante loquebaꝫ dicẽs: q̄ mãducat panẽ meum: leuabit ſup me calcaneũ? Nõne etiam iam ſupius dixerat: ꝛ voſ mũdi eſtis ſed ñ oẽs? Vbi euãgeliſta ſubiũxit: ſciebat enī q̄ſnã eſſet q̄ traderet eũ. Quẽ iam ꝛ ante ſignificauerat dicẽs. Nõne ego vos duodecim elegi: ꝛ vnꝰ ex vobis diabolus eſt? Quid ẽ ḡ qđ nũc turbatꝰ ẽ ſpũ cũ ꝓteſtatus ẽ ꝛ dixit: Amẽ amẽ dico voꝫ: qz vnus ex voꝫ tradet me. An qz eũ iam fuerat ex p̄ſſurꝰ: vt nõ lateret in cereris: ſed diſcerneꝛ a ceteris? Jõ turbatꝰ ẽ ſpũ. Et quia ipſe traditoꝛ iam fuerat exiturꝰ vt iudeos q̄bus dñs ab eo traderet adduceret: turbauit eũ iminens paſſio ꝛ piculũ primum ꝛ traditoꝛis impẽdẽs manꝰ. cuiꝰ fuerat p̄cognitꝰ animꝰ. Tale q̄pe ẽ ſ̄ qđ ieſus turbatus ẽ ſpũ: q̄le etiã illꝰ qđ ait. Nũc anima mea turbata ẽ: ꝛ q̄d dicã? Pater ſalua me ex hoꝛa hac: ſed ꝓpterea veni in hoꝛã hãc Sicut ḡ tũc eius aĩa turbata ẽ hoꝛa ꝓpin-

Et infra tra. lxj.a

Johãnis .vj

Johannis.xij

quantē passionis: ita etiā nunc exituro iuda atq; venturo ⁊ ꝓpinq̄nte tanto scelere traditoris. turbatus est spū. Turbatus est
Johannis.x ergo potestatē habens ponēdi animā suā et potestatē habens iterum sumēdi eam? Turbat̄ tam ingens potestas. turbatur petre firmitas: an potius in eo nr̄a turbat̄ infirmitas? Ita v̄o nihil indignū credāt serui de dño suo: sed cognoscant se mēbra in capite suo. Qui mortuus est ꝓ nobis: pri⁹ turbatus est idemipse ꝓ nobis. Qui ergo potestate mortuus est: potestate turbatus est. Qui trāsfigurauit corp⁹ hūilitatis nostre ꝯforme corpi glorie sue: trāsfigurauit etiā in se affectū infirmitatis nr̄e: compatiens nobis affectu anime sue. Proinde qñ turbatur magn⁹/fortis/certus/ inuict⁹/nō ei timeam⁹ q̄si deficiat: non perit sed nos querit. Nos inq̄ nos oīno sic querit: nosipsos in illius ꝑturbatione videamus: vt qñ turbamur nō desperatiōe pareamus. Qñ turbat̄ qui nō turbaret̄ nisi volens: eū ꝯsolatur qui turbat̄ ⁊ nolens. Pereant argumenta ꝑhoꝝ: qui negant ī sapientē cade-
j.Corinth.j. re ꝑturbatiōes animoꝝ. Stultam fecit de⁹
ij.Timot.ij. sapiam huius mūdi: ⁊ dñs nouit cogitationes hominū qm̄ vane sunt. Turbet̄ plane animus christian⁹: non miseria sed misericordia. Timeat ne pereant hoīes christo: ꝯtristent̄ cum perit aliquis christo: ꝯcupiscat acq̄rere hoīes christo: letet̄ cum acq̄runt̄ hoīes christo: timeat ne ⁊ sibi pereat et christo: cōtristetur peregrinari se a christo. concupiscat regnare se cum christo: letetur dum sperat se regnaturū esse cū christo. Iste sunt certe quattuor quas ꝑ turbationes vocant: timor ⁊ tristicia: amor ⁊ leticia. Habeāt eas iustis decaus̄ animi christiani. nec ꝑhoꝝ stoicoꝝ vel quorūcūq; similiū ꝯsentiat̄ errori: qui ꝓfecto quemadmodū vanitatē existimāt veritatē: sic̄ stuporem deputant sanitatē: ignorātes sic hominis animū quēadmodū corporis membrum desperatius egrotare qñ ⁊ doloris
B amiserit sensuz. Sed dicit aliquis. Nū quid animus christiani debet etiam morte impēdēte turbari? Ubi est enī qđ ait apostolus ꝯcupiscentiam se habere dissolui ⁊
Philippē.j. esse cū christo: Si illud qđ concupiscit potest eum turbare cum venerit? Facile est quidem istis ad hec respondere: qui ⁊ ipsam leticiā ꝑturbationem vocant. Quis eī ꝓpterea morte īminente turbatur: qꝛ morte īminente letat̄. Sed hoc inquiūt gaudium non leticia noīanda est. Quid est hoc nisi easdem res sentire: ⁊ rerum noīa velle mutare? Verum nos sacris litteris accomodemus auditum: ⁊ s̄m ipsas poti⁹ istā questionē dño adiuuāte soluam⁹. Nec q̄niam scriptū est: cuz hec dixisset turbatus est spū: dicamus eū leticia fuisse turbatuz ne verbis suis nos ipse ꝯuīcat: vbi dicit: Mat.xxv
tristis est anima mea vsq; ad mortem. Tale aliq̄d etiam hic intelligendu est: qñ suo traditore iam tunc solo exituro ⁊ cum suis socijs ꝯtinuo redituro/iesus turbatus est spiritu. Firmissimi quidē sunt christiani: si qui sūt q̄ nequaq̄ morte īminēte turbātur. Sed nunq̄d christo firmiores? Quis h̄ insanissimus dixerit? Quid est ergo qđ ille turbatus est: nisi quia infirm⁹ ī suo corpore hoc est ī sua ecclesia /sue infirmitatis voluntaria similitudine ꝯsolatus est. vt si q̄ suoꝝ adhuc morte īminente turbant̄: in spiritu ipsum intueant̄: ne hocipso se putātes reprobos peiore desperationis morte sorbeantur. Quātum itaq; bonū de participatione diuinitatis eius spectare ⁊ sperare debemus: cuius nos ⁊ ꝑturbatio tranquillat ⁊ infirmitas firmat? Siue ergo isto loco ꝓpt̄ ipsuz iudā ꝑeuntē miserādo turbatus est: siue sua morte ꝓpinq̄nte turbatus est. non est tamē vllo modo dubitādū nō eū animi infirmitate sed potestate turbatum: ne nobis desperatio salutis oriat̄. qñ nō potestate sed infirmitate turbamur Carnis quippe ille gerebat infirmitatez: q̄ infirmitas resurrectione cōsumpta est. Sz qui non solum homo verumetiam đs erat ineffabili distātia vniūsum genus humanum animi fortitudine supabat. Non ergo aliquo est cogente turbatus: sed turbauit semetipsuz: quod de illo euidenter expressum est quando lazarū suscitauit. Nā ibi scriptum est qđ turbauerit semetipsuz: vt hoc intelligat̄ ⁊ vbi non scriptuz legit̄ Et tamen cum legim⁹ fuisse turbatum: affectum quippe humanū quando oportuit in se indicauit: in seipso potestatē cōmouit qui hoīez totuz potestate suscepit.

Explicit tractatus sexagesimus. Incipit tractatus sexagesimusprimus. De eo q̄ ait. Aspiciebant er-

go adinuicem discipuli hesitantes de quo diceret: vsq; ad id. Et cũ intinxisset panẽ dedit iude simonis scariothis: ⁊ post panem intinctuz introiuit in illum sathanas.

A Nc capitulũ fratres ita nobis exponendũ ĩ hac lectiõe ꝓpositum est: vtiam etiam de traditore dñi per panẽ tinctum eiq; porrectũ satis euidenť expresso aliquid dicere debeamus. Et de illo quidem qđ eũ iam demonstratur⁹ iesus turbatus est spiritu: ꝑterito sermone disserui. Sed fortassis qđ ibi non dixi. etiam hoc nobis dñs significare sua ꝑturbatione dignatus est. Qđ. s. falsos fratres ⁊ dñici agri illa zizania. ita necesse est vsq; ad messis tempus inter frumenta tolerari: vt qñ ex eis aliqua separari etiam ante messem vrgens causa compellit fieri sine ecclesie ꝑturbatiõe ñ possit. Hãc ꝑturbationẽ sanctoꝝ suoꝝ per scismaticos et hereticos futuram quodãmodo ꝑnuncians dñs ꝑfigurauit in seipso: cum exituro iuda homine malo ⁊ cõmixtionẽ frumẽti in qua diu fuerat toleratus sepatiõe aptissima relicturo. turbatus est non carne sz spiritu. Spirituales enĩ eius in hmõi scandalis non ꝑuersitate sed charitate turbantur: ne forte in sepatione aliquoꝝ zizaniorum simul aliqđ eradiceť ⁊ triticum. Turbatus itaq; est iesus spiritu: ⁊ ꝓtestatus ẽ et dixit. Amen amen dico vobis: qꝛ vnus ex vob̃ tradet me: Vn⁹ ex vob̃: vn⁹ numero non merito: vnus specie non virtute Cõmixtione corpali non vinculo spũali: carnis adiũctione. non cordis socius vnitate. Proinde nõ qui ex vobis est: sed qui ex vobis exiturus ẽ. Nam quõ erit veruz qđ ꝓtestatus est dñs ⁊ dixit: vnus ex vob̃: si verũ ẽ qđ ait idemipse ĩ epistola sua cuius est hoc euãgelium. ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis mansissent vtiq; nobiscũ? Non erat igitur ex illis iudas: Mansisset enim cum illis: si esset cum illis. Quid est ergo vnus ex vobis tradet me: nisi vnus ex vob̃ exiturus est qui me tradet? Quia ⁊ ille ait. Si fuissent ex nobis: mansissent vtiq; nobiscũ Jam dixerat ex nobis exierũt: ac per hoc vtrunq; verum est/ ⁊ ex nobis ⁊ non ex nobis. Scđm aliud ex nobis: ꝑm aliud nõ ex nobis. Scđm cõmunionẽ sacramentoꝝ ex nobis: ꝑm suorum ꝓprietatem criminum ñ ex nobis. Aspiciebant ergo adinuicẽ discipuli: hesitantes đ quo diceret Sic quippe in eis erat erga magistrũ suum pia charitas: vt tamen eos humana alteꝝ de altero stimularet infirmitas. Nota quidem sibi erat cuiusq; conscientia. Veruntamen qꝛ proximi erat ignota: ita sibi singul⁹ q̃sq; erat certus: vt incerti essent ⁊ ĩ ceteris singuli/ ⁊ ĩ singulis ceteri B Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quẽ diligebat iesus. Qui dixerat: in sinu. paulop⁹ ait vbi dic̃ supra pect⁹ iesu: ipse ẽ iohẽs cui⁹ est h̃ euãgeliũ: sicut postea mãifestat. Erat enĩ eorum hec consuetudo qui sacras litteras nobis ministrauerũt vt quando ab aliquo eorum diuina narrabať historia. cuz ad seipsum veniret/ tanq̃ đ alio loqueret̃: ⁊ sic se insereret ordini narrationis sue. tanq̃ rerum gestarum scriptor: nõ tanq̃ suiipsi⁹ predicator. Nam ⁊ hoc sanctus Matthe⁹ fecit. Qui cum in textu narratiõis sue venisset ad seipsum: vidit inquit ĩ teloneo sedentem quendam publicanũ noĩe mattheum: ⁊ ait illi. Sequere me. Non ait vidit me: ⁊ dixit mihi. Hoc fecit ⁊ beatus moyses: ita de seipso tanq̃ de alio cuncta narrauit ⁊ ait: Dixit dñs ad moysen. Inusitatius apostolus paulus non in historia vbi rerum gestarum suscipitur explicãda narratio: sed in epistola hoc fecit. Nam vtiq; de seipso ait: Scio hominẽ in christo ante annos quattuordecim. siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: raptum huiusmodi vsq; ad tertium celum. Quo circa qđ etiam hic beatus euãgelista non ait. eram recumbens iu sinu iesu. sed ait. erat recumbens vnus ex discipulis: nostrorum auctorum consuetudinẽ agnoscam⁹ potius q̃ miremur. Quid enim deperit veritati: quando ⁊ res ipsa dicitur: ⁊ modo quodam dicendi iactantia deuitať? Hoc quippe narrabat: qđ ad eius laudem maximam pertinebat. Quid est autem quẽ diligebat iesus? quasi alios non diligeret: de quibus idemipse iohãnes superi⁹ ait. In finem dilexit eos? Et ipse dñs. Maiorem

Act. lx. a
Matth. xiij.
Matthei. ix.
Exodi. vij.
ij. Corin. xij
Johan. xiij.
Johan. xv.

hac charitatē nemo habet: q̄ꝫ vt animā suā ponat pro amicis suis. Et quis enumeret oīa diuinarum testimonia paginarū: quibus dn̄s iesus non illius neq̄ eorum qui tunc erāt tantū. sed etiam post futurorum mēbroꝝ suoꝝ ⁊ toti⁹ eccl̄ie sue dilector oñditur? Sed profecto latet hic aliquid ⁊ ꝑtinet ad sinū: in quo recumbebat qui ista dicebat. Per sinū quippe q̄d significat̄ aliud q̄ꝫ secretum? Sed alius est oportunior locus: vbi nobis dn̄s aliquid donet de h̄ secreto q̄ꝫtum sufficiat dicere. Innuit ergo simon petrus: ⁊ dicit ei. Notanda locutio est: dici aliq̄d non sonando sed tm̄modo innuēdo. Innuit inquit ⁊ dicit: vtiq̄ꝫ innuēdo dicit: Si enim cogitādo aliquid dicitur sicut scriptura loquitur. dixerunt apud semetipsos: q̄ꝫtomagis innuendo vbi iam foras aliquibus signis ꝓmitur qd̄ fuerat corde conceptum? Quid ergo dixit innuendo? Quid nisi qd̄ sequitur. Quis est de quo dicit. Hec v̄ba petrus inuuit: quia nō sono vocis sed motu corporis dixit. Itaq̄ꝫ cum recubuisset ille supra pectus iesu. hic est vtiq̄ꝫ pectoris sinus sapiētie secretū: dicit ei. Domine quis est? Respōdit iesus. Ille est cui ego intinctum panez porrexero. Et cum intinxisset panem: dedit iude simonis scariothis. Et post † panem: tunc introiuit in illū sathanas. Expressus est traditor: nudate sunt latebre tenebrarum. Bonū est qd̄ accepit. sed malo suo accepit: qꝛ male bonum malus accepit. Verum de isto pane tincto qui porrectus est ficto. ⁊ de his q̄ sequuntur multa dicēda sunt: quibus necessariū est plus temporis q̄ꝫ nūc habem⁹ iam in istius fine sermonis.

Sapiētie. ij.

† Tex. habz buccellaz

Explicit tractatus sexagesimus primus. Incipit tractatus sexagesimussecūd⁹. De eoqd̄ ait. Dicit ei iesus. Qd̄ facis fac citi⁹: vsq̄ꝫ ad id qd̄ ait. Cū ergo exisset dicit iesus: nūc clarificatus est filius hominis

Cio frēs charissimi moueri posse nonnullos siue pios vt req̄rāt / siue īpios vt reprehēdant: qd̄ postea q̄ꝫ panem tinctum traditori suo dominus dedit / intrauit in illum sathanas. Sic enim scriptum est. Et cum intinxisset panem dedit iude simonis scariothis: ⁊ post panem tunc introiuit ī illum sathanas. Dicunt enim. Ita ne hoc meruit panis christi porrectus de mēsa christi: vt post illum intraret in eius discipulum sathanas? Quibus respondem⁹ hinc nos potius doceri: q̄ꝫ sit cauēdum male accipere bonū. Multuz quippe interest nō quid accipiat sed quis accipiat: nec q̄le sit quod datur. sed qualis sit ipse cui datur. Nam ⁊ bona obsunt / ⁊ mala prosunt: sicut fuerint quibus dantur. Peccatum inquit apostolus vt appareat peccatum: per bonū mihi operatum ē mortem. Ecce per bonū factum est malum: dum male accipitur bonū. Itemq̄ꝫ ipse ait. In magnitudine reuelationū mearum ne extollar datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet: propt̄ quod ter dn̄m rogaui vt auferret eum a me. ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ecce per malum factum est bonū: duz bene accipitur malū Quid ergo miraris si datus ē iude panis christi per quem manciparet̄ diabolo: cuz videas econtrario datum paulo angelum diaboli per quez perficeret̄ in christo. Ita et malo bonum obfuit: ⁊ malum bono profuit. Recordamī vnde sit scriptum. Quicunq̄ꝫ manducauerit panez aut biberit calicem dn̄i indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dn̄i. Et de his erat sermo cum hoc apostolus diceret: qui dn̄i corp⁹ velut alium cibum quemlibet indiscrete negligenterq̄ꝫ sumebāt. Hic ergo si corripitur qui ñ diiudicat: hoc est non discernit a ceteris cibis dn̄icum corpus: quomodo nō damnatur qui ad eius mensam fingens amicū accedit inimicus? Si reprehēsione tangitur negligētia conuiuātis: qua pena percutit̄ venditor inuitantis? Quid erat autez panis traditori datus: nisi demonstratio cui⁹ gratie fuisset ingratus? Intrauit autez sathanas post hunc panem ī dn̄i traditorez: vt sibi iam traditum plenius possideret. in quem prius intrauerat vt deciperet. Neq̄ꝫ enim non in illo erat quando perrexit ad iudeos. ⁊ de precio tradēdi dn̄i pactus est cum hec aptissime lucas euāgelista testetur ⁊ dicat. Intrauit autem sathanas ī iu-

Rhoma

ij. Corin

j. Corin

Luce. x

dam qui cognoſcabatur ſcarioth vnum de duodecim: & abijt & locutus eſt cum principibus ſacerdotum. Ecce vbi oſtenditur qō iam intrauerat ſathanas ī iudam. Prius ergo intrauerat īmittendo ī cor eius cogitationem qua traderet chriſtum. talis ei iam venerat ad cenandū: Nunc autem p̄ panem intrauit in eum. non ad hoc vt alienum temptaret: ſed vt ꝓprium poſſideret.

B Non autem vt putant quidam negligēter legentes: tunc iudas chriſti corpus accepit. Intelligēdum eſt enī qō iam omnibus eis diſtribuerat dñs ſacramentū corporis & ſanguinis ſui. vbi & ipſe iudas erat. Sicut ſanctus lucas euidētiſſime narrat: Ac deinde ad hoc ventum eſt vbi ſm narrationē iohānis apertiſſime dñs per buccellam tinctam atq; porrectam ſuū exprimit traditorem. fortaſſis per panis tinctionem illius ſignificans fictionem. Non enī omnia que tinguntur abluunt: ſed vt inficiantur nōnulla tingunt. Si autem bonuz aliquid hic ſignificat tinctio: idem bonuz ingratum non īmerito eſt ſecuta damnatio. Adhuc tamen iuda poſſeſſo nō a dño ſed a diabolo. cum homini ingrato intraſſet panis in ventrem/hoſtis in mentē: adhuc inq; tanti mali iaz corde concepti/plenus reſtabat effectus: cuius iam p̄ceſſerat damnādus affectus. Itaq; cum dñs panis viuus panem mortuo tradidiſſet. & panez tradēdo panis traditorez oſtendiſſet: qō facis inquit fac citius. Nō precepit facinus: ſed p̄dixit iude malum nobis bonū. Quid enim iuda peius? Et quid nob̄ melius q̄ traditus chriſtus ab illo: vtilis adūſus illum. pro nobis preter illum? Quod facis fac citius. O verbum libentius paratī ad paſſionē/q̄ irati ad vindictam. O verbum non tam penam exprimens ꝓditoris/ q̄ mercem ſignificans redemptoris. Dixit enim. Quod facis. fac citius. Non tam in perniciem perfidi ſeuiēdo q̄ ad ſalutem fidelium feſtinādo: quia traditus ē propter delicta noſtra. & dilexit eccleſiam et ſemetipſuz tradidit pro ea. Unde & de ſeipſo dicit apoſtolus: Qui dilexit me: et tradidit ſeipſum pro me. Niſi ergo ſe traderet chriſtus: nemo traderet chriſtum. Quid habet iudas / niſi peccatum? Nec enim in tradendo chriſto ſalutem noſtraz cogitauit propter quam traditus eſt chriſtus: ſed cogitauit pecunie lucrum / & inuenit anime detrimentū. Accepit mercedez quam voluit: ſed nolenti eſt data quā meruit. Tradidit iudas chriſtū: tradidit chriſtus ſeipſum. Ille agebat negociū ſue vēditionis: iſte noſtre redemptionis. Quod facis fac citius: non quia tu potes ſed qz hoc vult qui omnia poteſt. Hoc autem nemo ſciuit diſcūbentiuz ad quid dixerit ei. Quidam enim putabāt quia loculoſ habebat iudaſ. quod † dixit ei ieſuſ eme ea que opus ſūt nobiſ ad diē feſtū: aut egenis vt aliquid daret. Habebat ergo & dñs locules: & a fidelibus oblata conſeruans. & ſuorum neceſſitatibus & alijs indigentib⁹ tribuebat. Tunc primū eccleſiaſtice pecunie forma eſt inſtituta: vbi intelligerem⁹ qō p̄cepit non cogitandū eſſe de craſtino: non ad hoc fuiſſe preceptum / vt nihil pecunie ſeruetur a ſanctis: Sed ne deo pro iſta ſeruiatur. & propter inopie timorem iuſticia deſeratur. Nam & apoſtolus impoſterum preuidens ait. Si quis fidelis habet viduas ſufficientē tribuat eis vt non grauet̄ eccleſia: q̄ veris viduis ſufficere poſſit. Cū ergo accepiſſet † buccellam † exijt cōtinuo. Erat autem nox: & ip̄e qui exiuit erat nox. Cum ergo exiſſet nox ait ieſuſ. Nunc clarificatus eſt filiꝰ hominis. Dies ergo diei eructat verbū. id eſt. chriſtus diſcipulis fidelibus: vt audirent eum & amarent ſequendo. Et nox nocti annūciat ſcientiam. id eſt. iudas iudeis infidelibus: vt venirent ad eum & apprehēderēt perſequendo. Sed iam hinc in ſmone domini qui factus eſt ad pioſ auteq̄ teneretur ab impijs / intentioz flagitaſ audito: & ideo eum p̄cipitare non debet ſz differre potius diſputator.

¶ Explicit tractatus ſeragesimuſſecundus. Incipit tractatus ſergeſimuſtertius. De eo q̄ dicit: Si deꝰ clarificatus eſt in eo: & deus clarificabit eum in ſemetipſo & continuo clarificabit eum.

A Ntendamus mentis obtutu: & adiuuante dño deuz requiram⁹. Diuini cantici vox eſt. Querite deū

† dixiſſet

xij.q.j. habebat

Matthei. vj

j. Timot. v.

Tex. hz. ille

† Al'. exiuit

pſ. xviij.

Esaie.lv. et viuet anima vestra. Queramus inueni-
endũ. queramus inuentũ. Ut inueniẽdus
queratur/occultus est: vt inuent⁹ querat/
ps̃.ciiij. imensus est. Unde alibi dicit. Querite fa
ciem eius semp. Saciat enĩ querentẽ inq̃-
tum capit ⁊ inuenientẽ capaciorẽ facit: vt
rursus querat implere vbi plus cape cepe
rit. Non ergo ita dictũ est: querite faciem
eius semp. quẽadmodũ de q̃busdã: semp
ij. Timot.iij discentes ⁊ ad scientiã veritatis nunq̃ per
Ecc̃.xviij. uenientes. sed potius sicut ille ait. cum cõ
summauerit homo tunc incipit: donec ad
illam vitam veniam⁹ vbi sic impleamur vt
capaciores non efficiamur: quia ita pfecti
erimus vt iam non pficiamus. Tunc eniz
ostendet nobis q̃ sufficit nobis. Hic autẽ
semper queram⁹: ⁊ fructus inuentiõis nõ
sit finis inq̃sitionis. Neq̃ enĩ ppterea nõ
semper quia hic tantũ: sed ideo hic semp
dicimus esse querendũ: ne aliqñ hic pute-
mus ab inq̃sitione cessandũ. Nam ⁊ de q̃-
Timo.vbi s̃ bus dictum est: semp discentes ⁊ ad veri-
tatis scientiaz nunq̃ puenientes. hic sunt
vtiq̃ semper discentes. Cum v̄o de hac vi
ta exierint: iam nõ erunt discẽtes: sed er-
roris sui mercedẽ accipiẽtes. Sic enim di-
ctum est. semper discẽtes ⁊ ad veritatis sci
entiam nunq̃ puenientes. Tanq̃ diceret:
Semper ambulantes: ⁊ nunq̃ ad viam p-
uenientes. Nos aũt semp ambulemus in
via: donec eo veniam⁹ q̃ ducit via: nusq̃ ĩ
ea remaneam⁹: donec pducat vbi manea-
mus. Atq̃ ita ⁊ querẽdo tendim⁹ ⁊ inueni
endo ad aliq̃d puenim⁹: ⁊ ad id qd̄ restat
querẽdo ⁊ inueniẽdo transimus: quousq̃
ibi fiat finis querẽdi vbi pfectioni non su-
B peret intẽtio pficiẽdi. Hec p̃locutio di
lectissimi intentã fecerit charitatẽ vestraz
ad istũ dñi sermonẽ quẽ ad discipulos ha
buit ante passionẽ. Profundus ẽ enim: ⁊
vtiq̃ vbi multũ laboratur⁹ est disputator
nõ remissus debet esse auditor. Quid er-
go ait dñs postea q̃ iudas exijt vt citi⁹ fa
ceret qd̄ erat facturus: hoc est dñm tradi-
tur⁹? Quid ait dies cũ exisset nox? Quid
ait redẽptor cũ exisset venditor? Nunc
inquit clarificat⁹ est fili⁹ hoĩs. Qua-
re nũc. Nunq̃d qr exijt q̃ tradit? Qr ĩmi-
nent q̃ teneãt ⁊ occidãt? Ita ne nũc clari
ficatus est qr ppe est vt humiliet amplius
qui iam impẽdit vt alligetur: vt iudicet:
vt ꝯdemnetur: vt irrideatur: vt crucifigat
vt interimat. Hec ne est clarificatio: an po
tius humiliatio? Nonne quando miracu-
la faciebat ait tamen de illo iste ipse iohã Johãnis.v
nes. spiritus non erat datus. quia iesus nõ
dum erat glorificat⁹. Tunc ergo nondum
erat glorificatus cum mortuos suscitaret?
Et nunc est glorificat⁹: cum mortuis ppin
quaret? Nondum erat glorificatus faciẽs
diuina: ⁊ glorificatus est passurus huma-
na? Mirum: si hoc deus ille magister signi
ficabat ⁊ docebat his verbis. Altius ẽ p-
scrutandũ altissimi dictũ: qui se aliq̃tum
manifestat vt inueniamus. ⁊ iterum occul
tat vt inq̃ramus: ⁊ de inuentis ad inueniẽ
da tanq̃ passibus innitamur. Uideo h̄ ali
quid: quod p̃figuret magnũ aliquid: Ex-
ijt iudas: ⁊ clarificat⁹ est iesus. Exijt filius
perditionis: ⁊ clarificat⁹ est filius hoĩs. Il
le quippe exierat ppter quem dictum erat
eis: ⁊ vos mũdi estis. sed non omnes. Ex- Johan.xii
eunte itaq̃ immũdo/omnes mũdi reman-
serunt: ⁊ cum suo mũdatore mãserũt. Ta-
le aliq̃d erit cum victus a christo transie-
rit hic mũdus: ⁊ nemo in ppl'o christi rema
nebit ĩmũdus: cum zizanijs a tritico sepa-
ratis iusti fulgebũt sicut sol in regno p̃ris Mathei.xi
eoꝝ. Hoc futurũ p̃uidens dñs. ⁊ nũc signi
ficatum esse ꝯtestans discedẽte iuda tãq̃
zizanijs sepatis/remanentib⁹ tanq̃ tritico
apostolis sanctis: Nũc inq̃t clarificat⁹ ẽ fi
lius hoĩs. Tanq̃ diceret: Ecce in illa clari
ficatione mea quid erit vbi maloꝝ nullus
erit: vbi bonoꝝ nullus perit? Sic autem ñ
est dictuz. nũc significata est clarificatio fi
lij hominis. sed dictum est. Nunc clarifica
tus est filius hominis: quẽadmodũ non ẽ
dictum/petra significabat christuz. sed pe
tra erat christus. Nec dictum est/bonũ se- Matth.xiii
men significabat filios regni. aut zizania si
gnificabat filios maligni: sed dictum est/
bonũ semen: hi sunt filij regni. zizania aũt
filij maligni. Sicut ergo solet loqui scrip-
tura res significãtes. tanq̃ illas que signi-
ficant appellãs: ita locut⁹ ẽ dñs dicẽs: nũc
clarificat⁹ est filius hominis: postea q̃ se-
parato inde nequissimo ⁊ secum remanen
tibus sanctis significata est glorificatio ei-
us: quando separatis iniquis manebit in
eternitate cum sanctis. Cum autem di- C
xisset/nunc clarificatus est filius hominis

adiunxit: ⁊ deus clarificatus c̄ in eo Ipsa ē enī clarificatio filij hoīs vt ds clarificet̄ in eo. Si eī ñ ipe ī seipo sz ds ī illo clarificat̄: tūc illū deus ī se clarificat. Deniq; tanq̄ ista exponēs: adiūgit ⁊ dic̄. Si deus clarificat⁹ est in eo: ⁊ de⁹ clarificauit eū in semetipso: hoc est si deus clarificatus est in eo: quia non venit facere voluntatem suam sed voluntatem eius qui misit illum: ⁊ deus clarificauit eum in semetipso vt natura humana in qua ē filius hominis que a verbo eterno suscepta ē etiā ī mortali eternitate dñet̄. Et cōtinuo inquit clarificabit eū: resurrectionem. s. suā. nō sicut nr̄az in fine seculi sed ꝯtinuo futurā hac attestatiōe p̄dicēs. Ipsa est enī clarificatio de q̄ euāgelista iā dixerat qd̄ pauloante cōmemoraui: qz ꝓpterea nōdum spūs datus erat. illo itaq; nouo mō in eis q̄bus fuerat eo mō post resurrectionē credenrib⁹ dandus: qz iesus ñ dum fuerat clarificat⁹. id est. nōdū fuerat mortalitas īmortalitate vestita: ⁊ in eternaz virtutē tpal̄ infirmitas cōmutata. Potest et d̄ ista clarificatiōe dictū videri: nūc clarifiat⁹ est fili⁹ hoīs: vt qd̄ ait nūc: nō ad imminentē passionē sed ad vicinā resurrectionē ꝑtinere credat̄: tanq̄ fuerit factuz qd̄ erat tam ꝓxime iam futurū. Hodie dilectioni vr̄e ista suffecerint: cum donauerit dñs de ꝯsequentib⁹ postea disseremus

Ianis. vij

Explicit tractatus sexagesimustertius. Incipit tractatus sexagesimusquartus. De eo q̄ dicit: Filioli adhuc modicū vobiscū sum queretis me. ⁊ sicut dixi iudeis: quo ego vado vos nō potestis venire: et vobis dico modo.

ipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Tunc igitur verba eius erant opera eius: ⁊ vtiq; minus ē verba iusticie predicare. qd fecit preter nos/ q̄ impios iustificare qd ita facit in nobis vt faciamus ⁊ nos. Restat inquirere quomodo accipiendū sit: quodcūq; petieritis patrem in noīe meo hoc faciā Propter multa enim que petunt fideles eius nec accipiunt: nec parua hinc exorit̄ questio. Sed quoniā sermo iste iam claudendus est: et ꝯsiderande rei atq; tractande tribuatur saltem parua dilatio

Explicit tractatus septuagesimꝰ secundus. Incipit tractatꝰ septuagesimustertius. De eo quod dicit: Quia ego vado ad patrem. ⁊ qdcunq; petieritis patrem in nomine meo hoc faciam.

A Magnam spem dn̄s suis ꝓmisit sperantibꝰ dicens: quia ego ad patrez vado: ⁊ quodcunq; petieritis in nomine meo hoc faciam Sic ergo perrexit ad patrem vt non relinqueret indigentes: sed exaudiret petētes Sed quid est/ qdcunq; petieritis: cum videamus plerunq; fideles eius petere ⁊ nō accipere? An forte ꝓpterea quia male petunt? Nam hoc exprobrauit apostolus iacobus dicens. Petitis ⁊ non accipitis eo q̄ male petatis: vt in ꝯcupiscētijs vestris insumatis. Male ergo vsurꝰ eo qd vult accipere: deo potius miserante non accipit. Proinde si hoc ab illo petitur vnde homo ledatur exauditus. magis metuendū est/ ne qd posset non dare ꝓpitius det iratus. An non vidimus israelitas malo suo impetrasse: qd culpabili ꝯcupiscentia petierunt? Concupierant enim carnibus vesci: quibus pluebat̄ māna de celo. Fastidiebant quippe qd habebāt ⁊ qd non habebāt impudenter petebant: Quasi non melius peterent non vt cibus qui deerat indecenti desiderio p̄staret̄: sed vt ille qui aderat sanato fastidio sumeret̄. Quando enī nos delectant mala ⁊ non delectant bona: rogare debemus potius deum vt delectent bona q̄ vt ꝯcedantur mala: Non quia malum est carne vesci. cum de hac re loquēs apostolus dicat. omnis creatura dei bona est/ ⁊ nihil abijciendū qd cum gr̄a rūactione accipitur: Sz qr sicut idēipse ait. malū est hoī qui per offensionez māducat: Et si per hominis offensionem: q̄tomagis dei? Cuius in israelitis non parua erat offensio: repudiare qd dabat sapientia ⁊ petere id qd inhiabat ꝯcupiscētia: q̄uis illi nec peterent. sed quia deerat murmurarent. sed vt sciremus non dei creaturam eē culpabilem sed inobedientiā ꝯtumacem ⁊ inordinataz cupiditatem: non ꝓpter porcū sed ꝓpter pomū mortem primus homo inuenit: ⁊ esau primatus suos non ꝓpt̄ gallinam sed ꝓpter lenticulam ꝑdidit. Quō ergo intelligendū est qdcunq; petieritis hoc faciam: si deus aliqua petentibꝰ fidelibus etiam ꝯsulendo non facit? An forte solis apostolis hoc dictum debemꝰ accipere Absit. Unde enim ad hoc venit vt diceret superius dixerat: qui credit in me opa que ego facio ⁊ ip̄e faciet ⁊ maiora hoꝝ faciet. de q̄ re iam pristino sermōe tratauimꝰ: et ne quisq̄ hoc sibi tribuerz. vt etiā illa opa maiora a seipso facere ostenderet: adiecit atq; ait. Quia ego ad patrem vado: ⁊ qdcunq; petieritis in noīe meo hoc faciam: Nunqd in eum soli apostoli crediderunt. Ad eos itaq; loquebat̄ dicendo. qui credit in me. in qbꝰ eo donāte etiā nos sumꝰ: q̄ vtiq; nō qdcūq; petimꝰ accipimꝰ. Ipsos quoq; btissimos si cogitemꝰ apl̄os: inuenimus eū qui plus oībꝰ laborauit. nō aūt ipse sed gr̄a dei cū ipso / ter dn̄m rogasse vt ab eo discederet angelus sathane: nec tamē qd rogauerat accepisse. Quid dicimꝰ charissimi? Putabimus ne h̄ ꝓmissum vbi ait. qdcūq; petieritis h̄ faciā: nec apl̄is fuisse ab illo completū? Et cui tandē qd ꝓmittit impleuit: si apl̄os suos in sua ꝓmissione fraudauit? Euigila igit̄ hō fidelis: ⁊ vigilant̄ audi qd illic positū est: in nomīe meo. Ipsum enī qdcūq; non ait petieritis vtcūq;: sed ī noīe meo. Quis ꝓmisit ḡ taz magnū bn̄ficiū? Qui vocat̄ vtiq; xp̄s ih̄s: Xp̄s significat regē: ih̄s significat saluatorem. Nō itaq; nos saluos faciet q̄cūq; rex sed rex saluator. Ac ꝑ h̄ qdcūq; petimꝰ aduersus vtilitatē salutis. nō petimꝰ in noīe saluatoris: ⁊ tn̄ ipse saluator ē nō soluz qn̄ facit qd petimꝰ/ veꝝ etiā qn̄ non facit: qm̄ qd videt peti ꝯtra salutē / n̄ faciēdo potiꝰ se exhibet saluatorē. Nouit eī medicꝰ q̄d pro sua: quid cōtra suā salutē poscat egrotus: ⁊ ideo ꝯtraria poscentis nō facit volū

Rhom̄. xiiij

Genesis. iij.

Genes. xxv.

B

ij. Corin. xij

tatem vt faciat sanitatē. Quapropt̄ qñ volumus vt faciat qd̄cunq; petimus: non vtcunq; sed in noīe eius. hoc est in noīe saluatoris petamus. Nō ergo ꝯtra nostrā salutem petamus. Qd̄ si fecerit: non vt saluator facit quod est nomen fidelib⁹ ei⁹. Est quippe impijs ⁊ damnator: qui dignat̄ fidelibus esse saluator. Qui ergo credit in euz qd̄cunq; petierit in eo noīe qd̄ est illis qui credūt in eum/hoc facit: qm̄ hoc sicut saluator facit. Si aūt qui in euz credit aliq̄d per ignorantiā contra suam salutem petit non in noīe saluatoris petit: qr saluator eius non erit si qd̄ eius salutem impedit fecerit. Unde tunc expedit potius: vt nō faciendo ꝓpter qd̄ inuocat̄ faciat qd̄ vocat̄.

C Propterea non solū saluator sed etiaz mgr̄ bonus vt faciat qd̄cunq; petierimus. in ipsa oratione quam nobis dedit docuit quid petamus: vt etiā sic intelligam⁹ non petere nos in noīe mgr̄i qd̄ petim⁹ pret̄ regulam ipsius magisterij. Sane quedā q̄uis in noīe eius petamus. id est. ꝟm saluatorem ⁊ ꝟm mgr̄m petam⁹: non tunc qñ petimus facit. sed tamē facit. Neq; enī quia

Matthei. vj et illud petimus vt veniat regnū dei. propterea non facit qd̄ petimus: quia non statim cum illo in eternitate regnam⁹. Differtur enī qñ petim⁹: non negat̄. Ueruntam̄ orantes tanq̄ seminātes non deficiam⁹: tē

Galath. vj. pore enī ꝓprio metem⁹ vt simul petamus quando bene petimus vt non faciat qd̄ ñ bene petimus: quia ⁊ ad hoc pertinet qd̄ ī eadem oratione dñica dicim⁹. Ne nos inferas in temptationē. Neq; enī parua ē tēptatio: si ꝯtra tuam sit causam tua postulatio. Non autem negligent̄ audiendū ē qd̄ dñs ne quisq̄ eum putaret qd̄ se ꝓmisit facere petentib⁹: sine patre esse facturū: Cū dixisset qd̄cunq; petieritis in noīe meo h̄ faciam: continuo subiecit. vt glorificet̄ pater in filio. Si quid petieritis in noīe meo hoc faciam. Nullo mō igit̄ sine pr̄e hoc filius facit: qñquidem vt in illo pater glorificet̄ ꝓpterea facit. Facit ergo pater in filio vt filius glorificet̄ in pa-

Johānis. x. tre: Et facit filius in patre. vt pater glorificetur in filio: qm̄ vnū sunt pater ⁊ filius

Explicit tractatus septuagesim⁹ tertius. Incipit tractatus septuagesimusquartus. De eo quod dicit Si diligitis me mandata mea seruate: vsq; ad id quod ait. Uos autem cognoscetis eum q̄a apud vos manebit ⁊ in vobis erit.

A Audiuim⁹ fratres cum euangeliū legeret̄: dñm dicentē. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem ⁊ alium paraclytum dabit vobis vt maneat vobiscum in eternum. spiritum veritatis quem mundus non potest accipere/quia non videt eum: nec scit eum. Uos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit. et in vobis erit. Multa sunt: que ī istis paucis verbis dñi requirant̄. Sed multuz est ad nos vel oīa que hic querēda sunt q̄rere: vl̄ oīa que hic querim⁹ inuenire. Ueruntamen q̄tum nobis dñs donare dignatur ꝓ nostra ⁊ vestra capacitate: quid dicere debeamus ⁊ quid audire debeatis. attendentes ꝑ nos charissimi/qd̄ possum⁹ sumite: ⁊ ab illo qd̄ ñ possum⁹ poscite. Spiritū paraclytum christus ꝓmisit apostolis quo autem modo ꝓmiserit aduertamus. Si diligitis me inquit mādata mea seruate: ⁊ ego rogabo patrem ⁊ alium paraclytum dabit vobis vt maneat vobiscū in et̄num spiritum veritatis. Hic est vtiq; in trinitate spūssanctus: quē patri ⁊ filio ꝯsubstantialem ⁊ coeternū fides catholica confitetur. Ipse est de quo dicit apl̄s. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nr̄is: ꝑ spiritū sanctū qui datus est nobis. Quō ergo dominus dicit: si diligitis me mādata mea seruate: ⁊ ego rogabo patrē ⁊ alium paraclytum dabit vobis. cum hoc dicat de spūsancto: quem nisi habeam⁹/nec diligere deuz possum⁹. nec eius mādata seruare? Quomodo diligim⁹ vt eū accipiam⁹: quem nisi habeam⁹ diligere nō valem⁹? Aut q̄modo mādata ꝟuabim⁹ vt eū accipiam⁹: quē nisi habeam⁹ mādata seruare nō possum⁹ An forte p̄cedit in nob̄ charitas qua diligimus christū: vt diligēdo christum eiusq; mādata faciendo/mereamur accipere spiritum sanctum: vt charitas non christi que iam precesserat. sed dei patris diffundat̄ in cordibus nostris per spiritū sanctum q̄

Rhor

datus est nobis? ℙ Peruersa ē ista sentētia Qui enī se filium diligere credit ⁊ patrem non diligit: ꝓfecto nec filium diligit sed ꝙ ſbȳ ipse ꝓfinxit. Deinde apostolica vox
B ozin.xij. est. Nemo dicit dñs iesus: nisi i spū sancto. Et quis dñm iesum nisi qui eum diligit dicit: Si eo modo dic̄ quo apl's intelligi voluit. multi enī voce dicūt. corde autem et
Titum.j. factis negant: sicut de talibus ait. Confitētur enī se nosse deum: factis autem negāt Si negatur factis: ꝓculdubio etiam dicitur ficte. Nemo itaq; dicit dñs iesus. animo. verbo. facto. corde. ore. opere. Nemo dicit dñs iesus nisi in spū sancto: ⁊ nemo sic dicit nisi qui diligit. Jam itaq; apostoli docebant dñs iesus: ⁊ si eo modo docebāt vt nō ficte docerēt. ore confitentes. corde et factis negantes: ℙ rorsus si veraciter hoc docebant ꝓculdubio diligebāt. Quō igit diligebant: nisi in spiritu sancto? Et tamē eis prius impetur vt diligant eum ⁊ eius mandata ꝓseruent vt accipiant spiritum sanctum: quem nisi haberent ꝓfecto diligere ⁊ mandata seruare non possent. Restat ergo vt intelligamus spiritū sanctum habere qui diligit ⁊ habēdo mereri vt plꝰ habeat: ⁊ plus habendo plus diligat. Jam itaq; habebant spiritū discipuli quem dñs ꝓmittebat sine quo eum dñm non dicebāt nec tamen eum adhuc habebāt sicut eum dñs ꝓmittebat. Et habebāt ergo ⁊ nō habebant: qui ꝙtum habendus fuerat nōdū habebant. Habebant itaq; minus: dandus erat eis amplius. Habebāt occulte: accepturi fuerant manifeste: quia ⁊ hoc ad ma
inē.ij. ius donū sanctispūs pertinebat vt eis innoteſceret qō habebāt. De ꝙ mūere loqns apostolus ait. Nos autem non spiritū huius mundi accepimus sed spiritum qui ex deo est: vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Nam ⁊ ipsam manifestam impenditionem spūssancti: nō semel sed bis numero dñs egit. Mox enim vt resurrexit a mortuis: insufflans ait. Accipite spūmsanctum. Nunquid igitur quia tunc dedit: iō non misit etiam postea quem ꝓmisit? Aut non idemipse est spiritussanctꝰ qui ⁊ tūc est insufflatus ex ipso: ⁊ postea ab ipō missus e celo? Quapropē cur ipsa que facta ē euidenter donatio eius bis facta fuerit: alia questio est: Fortassis enīz ꝓpter duo p̄cepta dilectiōnis/hoc est ꝓximi ⁊ dei. vt cōmendaret ad spūmsanctū pertinere dilectio: hec eius gemina est in manifestatiōe facta donatio. Et si alia causa querenda ē non nunc eius inq̄sitione in logiorem quā oportet modum sermo iste mittēdus est: dum tamen constet sine spiritusancto christum nos diligere ⁊ mandata eius seruare non posse: ⁊ id nos posse atq; agere tanto minus q̄to illum p̄cipimus minus: tanto autem amplius q̄to illum percipimus amplius. ℙ roinde non solum non habēti verumetiam habenti non incassum ꝓmittit: non habēti quidē vt habeat. habenti autē vt amplius habeat. Nā nisi ab alio minus ab alio amplꝰ haberet: sctūs heliseus sancto helie non diceret. spūs q̄ est in te duplex sit in me. Q̄n aūt ait iohannes baptista. Nō enī ad mēsurā dat deus spm̄: ō ipso dei filio loquebat cui nō est datꝰ spūs ad mēsurā: qz ī illo ihabitat oīs plēitudo diuinitatis. Neq; enī sine gra spūssancti ē mediator dei ⁊ hoīum: homo xps iesus. Nam ⁊ ipse dicit de se fuisse ꝓphetic̄ illud impletū. Spūs dñi sup me ꝓpt̄ qō vnxit me: euāgelizare pauplb⁹ misit me. Q̄ō enī est vnigenitꝰ equalis patri: nō est gre sed nature. Q̄ō aūt in vnitate psone vnigeniti assumptꝰ est hō. gre est non nature: ꝓfitente euāgelio atq; docēte. ℙ uer autez crescebat ⁊ ꝓfortabat plenus sapia: ⁊ gra dei erat in illo. Ceteris aūt ad mēsurā datur ⁊ datus addit: donec vnicuiq; ꝓ modo sue pfectiōis ꝓpria mēsura compleat Ūñ ⁊ monet apl's. Nō plus sape q̄ oportet sape. sed sape ad tempantiaz: vnicuiq; sicut deus ptitus ē mēsurā fidei. Neq; enī ipse diuidit spūs sed dona p spm̄. Nā diuisiones donationū sunt: idem aūt spūs.

Quod ꝙ ait. Rogabo patrem et
C aliū paclytū dabit vobis: oñdit ⁊ seipsuz esse paclytū. ℙ araclytus enī latine ō: aduocat⁹. Et dictū est de xpo. Aduocatū habem⁹ ad pfem: iesum xpm iustum Sic aūt mūdū dixit nō posse accipe spiritumsctm̄: sicut etiā dictū est/prudētia carnis inimica ē deo legi enī dei nō est subiecta nec enī pōt: velut si dicam⁹: in iusticia iusta esse nō pōt. Mūdū quipe ait B loco mundi significans dilectoresꝫ: que dilectio non est a patre. Et ideo dilectioni huius mundi de qua satagimus vt minuat ⁊ ꝓsumat in nob ꝓtraria est dilectio dei ꝙ diffū

ſ.ſen.d.xvij vt aūt certi⁹
ſ.ſen.di.xvij B aūt queri
iij.Reg.ij. Johāms.iij
Coloſſen.ij. ſ.Timoť.ij. Luce.iiij. Luce.ij. vbi.ſ. Rhoma.xij. ſ.Cozinť.xij
ſ.Johan.iij. Rhoma.viij

ditur in cordibus nostris ꝑ spiritũ sanctuꝫ qui datus est nobis. **Mũdus ergo eũ accipere nõ potest: quia non videt eum neq̃ scit eum.** Neq̃ enĩ habet inuisibiles oculos mũdana dilectio: ꝑ quos videri spũssanctus nisi inuisibiliť non potest. **Vos autem inquit cognoscetis eum: quia apud vos manebit ⁊ in vobis erit.** Erit in eis vt maneat: nõ manebit vt sit. Plus est enĩ esse alicubi: q̃ manere. Sed ne putarẽt qđ dictũ est apđ vos manebit/ ita dictũ quẽadmodũ apud hominem hospes visibiliť manere consueuit exposuit quid dixerit apud vos manebit: cum adiũxit ⁊ dixit/ in vobis. Ergo inuisibiliter videtur: nec si nõ sit in nobis. p̃t eẽ in nobis eius scientia. Sic enĩ a nobis videtur in nobis. id est. nostra ꝯsciẽtia. nã faciem videmus alterius: nostram videre ñ possumus. Conscientiã v̄o nostrã videm⁹ alterius non videmus. Sed ꝯscientia nũq̃ nisi in nobis: spũs autez sanctus potest eẽ sine nobis. Datur quippe vt sit ⁊ in nobis: sed videri ⁊ sciri quẽadmodũ videndus ⁊ sciẽdus ẽ non p̃t a nobis: si non sit in nobis

Explicit tractatus septuagesim⁹ quartus. Incipit tractatus septuagesimusq̃ntus. De eo ꝙ dicit: Nõ relinquã vos orphanos veniã ad vos: vsq̃ ad id qđ ait: Et qui diligit me diliget a p̃re meo: ⁊ ego diligam eum ⁊ mãifestabo ei meipsuꝫ.

A **Post promissionẽ spũssancti ne q̃sq̃ putaret qđ ita eũ dñs datur⁹ fuerit velut ꝑ seipso. vt non ⁊ ipse cum eo fuisset ventur⁹: adiecit atq̃ ait. Non relinquã vos orphanos: veniam ad vos.** Orphani pupilli sunt. Illud enĩ grecum eiusdez rei nomen est: hoc latinũ. Nam ⁊ in psalmo vbi legimus. pupillo tu eris adiutor: grecus habet orphano. Quis ergo nos filius dei suo patri adoptauerit filios. ⁊ eundẽ patrẽ nos voluerit habere ꝑ gr̃am/ qui eius pater est ꝑ naturam: tamẽ etiã ipse circa nos paternũ affectũ quodãmodo demõstrat. cum dicit. Non relinquam vos orphanos: veniã ad vos. Hinc est qđ etiam sponsi filios nos appellat: vbi ait. Veniet hora vt auferať ab eis sponsus: ⁊ tũc ieiunabunt filij sponsi. Quis autem sponsus: nisi dñs christus? Deinde sequiť ⁊ dicit. **Adhuc modicũ et mũdus me iam non videt.** Quid ei Tunc eum videbat mũdus: qñ quidẽ mũdi noĩe vult intelligi eos de quib⁹ supius locutus est dicens de spũsancto quẽ mundus accipe non potest: quia non videt eũ neq̃ cognoscit eum? Videbat eum plane mũdus carneis oculis in carne ꝯspicuum: non aũt videbat qđ in carne verbum latebat. Videbat hominẽ: non videbat deuz videbat indumẽtũ: non videbat indutum Sed quõ post resurrectionẽ etiam ipsam carnem suam quam non solum videndam verumetiam contrectandam / suis voluit demonstrare. non suis subtrahere: fortasse hinc intelligendũ est esse dictum/ adhuc modicũ ⁊ mũdus me iam non videt: **Vos aũt videbitis me. q̃a ego viuo ⁊ vos viuetis.** Quid est quia ego viuo: ⁊ vos viuetis? Cur de presenti se dixit viuere. illos autem de futuro eẽ victuros: nisi quia vitam etiam carnis vtiq̃ resurgẽtis qualis in ipso p̃cedebat/ ⁊ illis est pollicitus secuturã? Et qꝛ ipsius mox futura erat resurrectio. p̃ñtis posuit tp̃is verbum ꝓpter significandã celeritatẽ: illoruꝫ aũt qm̃ seculi differť in finẽ. nõ ait viuitis sed viuetis. Duas ergo resurrectiões suã s. mox futurã ⁊ nr̃am in seculi fine vẽturã duob⁹ verbis p̃ñtis tp̃is ⁊ futuri eleganť breuiterq̃ ꝓmisit: Quia ego inq̃t viuo et vos viuetis. qꝛ viuit iõ ⁊ nos viuem⁹. per hoĩem quippe mors ⁊ ꝑ hoĩem resurrectio mortuoꝝ. Sicut enĩ in adã oẽs moriuntur ita ⁊ in xp̃o oẽs viuificabũť: qm̃ nemo ad mortẽ nisi ꝑ illũ. nemo ad vitã nisi ꝑ xp̃m. Quia nob̃ viximꝰ mortui sum⁹: qꝛ viuit ipse viuem⁹ nos. Mortui sum⁹ illi: qñ viximus nobis. Quia v̄o mortuus est ille pro nobis: ⁊ sibi viuit ⁊ nob̃. Quia enĩ viuit ille: ⁊ nos vtuem⁹. Nam sicut ꝑ nos mortez habere potuim⁹: non sic ⁊ vitam ꝑ nos habere possum⁹. **In illo die inquit vos cognoscetis: quia ego suz in patre meo ⁊ vos in me ⁊ ego in vobis.** In quo die: nisi de quo ait ⁊ vos viuetis? Tunc enim erit: vt possimns videre quod credimus. Nã ⁊ nunc est ĩ nob̃: ⁊ nos ĩ illo Sꝫ b̃ nc̃ credim⁹. tũc etiã cog̃scem⁹ q̃uis ⁊

ps. ix.

Matthei .i

Infra trac lxxvj.

Trac. lxxi

j. Corin

B

nunc credendo nouerim⁹ sed tũc ꝯtemplã
ant. v. do noscem⁹. Qꝫ diu eni sumus in corpe q̃=
tie. ix le nunc est. id est corruptibili qđ aggrauat
animã pegrinamur a dño: ꝑ fidem enĩ am=
ãnis. j bulamus non ꝑ speciẽ. Tunc ergo ꝑ speciẽ
qm̃ videbim⁹ eum sicuti est. Nam si etiam
nunc christ⁹ in nobis nõ esset: non diceret
a. viij apl's. Si aũt christ⁹ ĩ nobis: corpus quidẽ
mortuũ est ꝓpter peccatũ. spũs aũt vita ẽ
ꝓpter iusticiã. Quia ꝟo ⁊ nos etiã nunc in
. xv. illo sum⁹: satis ostendit vbi dicit. Ego suꝫ
vitis: vos palmites. In illo ergo die quã=
do viuemus ea vita qua mors absorbebit̃
cognoscem⁹ qꝛ ipse in patre ⁊ nos in ipso
et ipse in nobis: qꝛ tunc ꝑficietur hocipsuꝫ
qđ ⁊ nũc inchoatũ est iam per ipsum: vt sit
in nobis ⁊ nos in ipso. Qui habet inq̃t
mandata mea et seruat ea: ille est q̃
diligit me. Qui habet in memoria: ⁊ ser=
uat in vita. Qui habet in sermonib⁹: ⁊ ser=
uat in moribus: Qui habet audiẽdo: ⁊ ser
uat faciẽdo. aut qui habet faciẽdo: ⁊ ꝟuat
ꝑseuerãdo. Ipse est inquit qui diligit me
Opere est demõstrãda dilectio: ne sit in=
fructuosa noĩs appellatio. Et qui diligit
me inquit. diliget̃ a p̃re meo: et ego
diligã euꝫ et mãifestabo ei meip̃m.
Quid est diligam: tanq̃ tunc dilectur⁹ sit
et nũc nõ diligat? Absit. Quõ enĩ nos pat̃
sine filio: aut filius sine patre diligeret?
Quõ cum insepabiliter operent̃: sepabilit̃
diligunt? Sed ad hoc dixit diligã euꝫ: ad
quod sequitur. ⁊ manifestabo ei meipsum
Diligam ⁊ manifestabo. id est. ad hoc dili
gam vt manifestem. Nunc enĩ ad hoc dile
xit vt credam⁹ ⁊ mandatũ fidei teneam⁹.
tunc ad hoc diliget vt videamus ⁊ ipsa vi
sione mercedẽ fidei capiam⁹: quia ⁊ nos
nunc diligimus credẽdo qđ nõ videmus.
tunc autem diligimus vidẽdo qđ credim⁹

Explicit tractatus septuagesim⁹
q̃ntus. Incipit tractatus septuage
simussextus. De eo qđ sequit̃. Di=
cit ei iudas non ille scariothis. Do
mine quid factum est quia manife=
staturus es teipsum nobis ⁊ non
mundo: vsq̃ ad id qđ ait. Sermo
quem audistis non est meus. sꝫ ei=
us qui misit me patris.

Interroganti A
bus discipulis ⁊ eis magistro
respondente iesu. etiam nos
tanq̃ cum illis discimus: qñ
sanctũ euangeliũ vel legim⁹ vel audim⁹
Quia ergo dixerat dñs: adhuc modicuꝫ ⁊
mũdus me iam non videt vos autẽ vide=
bitis me: interrogauit euꝫ de hocipso iu=
das non ille traditor eius qui scario=
this cognoĩatus est: sed cuius ⁊ epl'a in=
ter scripturas canonicas legitur. Domi=
ne: q̃d factum est. quia nobis mãi=
festaturus es teipsum ⁊ nõ mũdo?
Simus cuꝫ ipsis tanq̃ interrogãtes disci=
puli: cõmunemq̃ magistrũ audiam⁹ ⁊ nos
Iudas enĩ sanctus non ĩmũdus nec insec=
tator dñi sed sectator. causam quesiuit q̃=
re se nõ mũdo sed suis manifestatur⁹ essꝫ
iesus: quare adhuc modicum ⁊ mũdus nõ
videret eum. ipsi autem viderẽt eum. Re
spondit iesus ⁊ dixit ei. Si quis di
ligit me sermonẽ meũ ꝟuabit. ⁊ pa=
ter meus diliget eum: ⁊ ad eum ve
niemus et mansionẽ apud eũ facie
mus. Qui non diligit me: sermões
meos non seruat. Ecce exposita ẽ cau
sa quare se suis manifestatur⁹ est non alie
nis. quos mũdi noĩe appellat: ⁊ ipsa ẽ cau
sa qđ hi diligãt/ illi non diligant. Ipsa cã
est: de qua sacer insonat psalmus. Iudica ps̃. xlij.
me deus: ⁊ discerne causam meã de gente
nõ sancta. Qui enĩ diligũt: qꝛ diligũt eli=
gunt̃. Qui ꝟo nõ diligũt: si linguis hoĩum
loquant̃ ⁊ angeloꝝ. fiũt eramentũ sonans j. Co. in. xiij
et cymbalũ tinniẽs. Et si habuerint ꝓphe
tiam ⁊ scierĩt oĩa sacramẽta ⁊ oẽm sciam
et habuerint oẽm fidẽ vt mõtes trãfferant
nihil sunt. Et si distribuerint oẽm subam
suaꝫ/ ⁊ tradiderint corpus suũ vt ardeant
nihil eis ꝓdest. Dilectio sctõs discernit a ps̃. lxvij.
mũdo que facit vnanimes habitare in do
mo: in q̃ facit pater ⁊ fili⁹ mãsionẽ qui do=
nant ⁊ ipsam dilectionẽ: q̃bus donãt in fi=
ne etiã ipsam suã mãifestationẽ. De q̃ di=
scipulus mgr̃m interrogabat: vt nõ solũ il
li q̃ tũc audiebãt ꝑ os ei⁹. sed etiã nos per
euãgeliũ ei⁹ ꝟ nosse possemus. Quesierat
enĩ đ xp̃i mãifestatiõe: ⁊ audiuit đ dilecti=
ne atq̃ mãsiõe. Est ergo q̃dã dei mãifesta
tio interior quã ꝓrsus ĩpij ñ nouer̃t q̃b⁹ đi
patris ⁊ spiritussancti manifestatio nulla

est. Filij vo potuit esse sed in carne: que nec talis est qualis illa. nec semp illis adesse potest qualiscunq; sit sed ad modicũ
tract. lxxv a tempus: ⁊ hoc ad iudiciũ non ad gaudiuz
B ad supplicium non ad premiũ. Nunc est ergo vt intelligam⁹ q̃tum aperire ille dignatur quomodo dictum sit: adhuc modicum ⁊ mũdus me iam non videt: vos autẽ videbitis me. Verum est quidem qđ post paululum etiam corpus suũ in quo poterant eum ⁊ impij videre /oculis eoꝝ fuerat subtracturus: qñquidem post resurrectionem nemo eum vidit illorum: sed q̃
Actuum. j. mõ dictum est testantibus angelis/ sic veniet quẽadmodũ vidistis eum euntem in celum. nec aliud credimus q̃ eum in eodẽ corpore ad iudiciũ viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ esse venturum: Proculdubio tunc eum videbit mũdus. quo noĩe significati sunt a regno eius alieni. Ac per hoc longe melius intelligitur illud iam temp⁹ significare voluisse in eo qđ ait. adhuc modicum ⁊ mundus me iam non videt. quando in fine seculi auferetur ab oculis damnatoꝝ: vt illi eum decetero videant apud quos diligẽtes eum/facit pater atq; ipse mansionem. Modicum autem dixit: quia ⁊ id qđ prolixum videtur hoĩbus. breuissimũ est ante oculos dei. De hoc quippe modico iste ip-
j. Johã. ij. se iohannes: filioli inquit nouissima hora est. Ne quis porro existimet patrem tantummodo ⁊ filium sine spũsancto apud dilectores suos facere mansionẽ: recolat qđ superius de spiritusancto dictuz ast. Quẽ mũdus non potest accipere. quia non videt eum nec scit eum: vos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit ⁊ in vob erit. Ecce facit in sanctis cum patre ⁊ filio sanctus etiã spiritus mansionẽ: intus vtiq; tanq̃ deus in templo suo. Deus trinitas pater ⁊ filius ⁊ spũssanctus veniũt ad nos dum venimus ad eos. Veniũt subueniendo: venimus obediendo. Veniũt illuminando: venimus intuendo. Veniunt implendo: venimus capiendo: vt sit nobis eorum non extraria visio sed interna: ⁊ in nobis eorum non transitoria mansio sed eterna. Sic mundo non se filius manifestat
C Mundus enim dictus est hoc loco: de quibus continuo subiunxit atq; ait. Qui non diligit me: sermões meos nõ seruat. Hi sunt qui patrem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctũ nunq̃ vident. Filium autem non vt beati ĩcent sed vt iudicẽtur/ad modicum vident: Nec ipsuz in forma dei vbi est cum patre ⁊ spũsancto pariter inuisibilis: sed in forma hominis vbi esse volunt mundo patiendo ꝯtemptibilis/iudicando terribilis. Quod vo adiunxit ⁊ sermo † Al. ſmo
quem audistis non est meus. sed eius qui misit me patris. nõ miremur non paueamus. non est minor patre: sed ñ est nisi a patre. non est impar ipso: sed nõ est a seipso. Neq; enĩ mentitus est dicẽdo qui non diligit me sermones meos nõ seruat. Ecce suos dixit esse sermones. nunquid sibiipse est contrarius. vbi rursus dixit: ⁊ sermo quem audistis non est meus? Aut quia ſm hominẽ non est suus? Et fortasse propter aliquam distinctionẽ vbi suos dixit pluraliter dixit. hoc est sermões. vbi autem sermonẽ. hoc est verbum/ non suum dixit esse sed patris: seipsuz intelligi voluit. In principio enĩ erat verbum: ⁊ Johann
verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbum. Non itaq; suũ sed patris est verbum quomodo nec sua imago sed pr̃is est: nec suus filius idem ipse sed patris. Recte igitur tribuit auctori quicquid fecit equalis a quo habet hocipsum qđ illi est indifferẽter equalis.

Explicit tractatus septuagesim⁹ sextus. Incipit tractatus septuagesimusseptimus. De eo qđ sequitur Hec locutus sum vobis apđ vos manens: vsq; ad id qđ ait. Pacem meam do vobis: non quomõ mũdus dat ego do vobis.

In precedẽti
A lectione sancti euangelij quã sequitur ista q̃ modo recitata est: dñs iesus dixerat se et patrem ad dilectores suos esse venturos: et apud eos mansionẽ esse facturos. Jam vo ⁊ supi⁹ dixerat de spũsancto: Vos autem cognoscetis eũ: qꝛ apud vos manebit et in vobis erit. Vñ intelleximꝰ in sanctis tanq̃ in templo suo simul manere trinitatez deũ. Nũc aũt dicit. Hec locut⁹ suz vobis: apud vos manẽs. Illa itaq; mãsio alia ẽ quã ꝓmisit futuraz: hvo alia quam presemtem esse testatur. Illa spiri-

tualis est atq; intrinsecus mētibus reddi-
tur: hec corporalis forinsecus oculis atq;
auribus exhibet. Illa in cremū beatificat
liberatos: hec in tempore visitat liberādos
Scōm illam dñs a suis dilectoribus nō re-
cedit: sm hanc it ⁊ redit. Hec inquit locu-
tus sum vobis: apud vos manens: vtiq; p-
sentia corpali qua cum illis visibilis loque
batur. Paraclytus autem inquit spi-
ritussanctus quem mittet pater in
nomine meo: ille vos docebit om-
sugge- nia ⁊ † cōmemorabit vobis omnia
quecūq; dixero vobis. Nunqd nas
dicit filius ⁊ docet spūssanctus: vt dicente
filio verba capiamus. docente autem spū-
sancto eadem verba intelligamus: Quasi
dicat filius sine spiritusancto/ aut spiritus
sanctus doceat sine filio. aut vo non ⁊ fili
us doceat. ⁊ spūssanctus dicat: Et cum de
us aliquid dicit ⁊ docet. trinitas ipsa dicat
et doceat? Sed quoniā trinitas est. opor-
tebat eius singulas insinuare psonas: eāq;
pō.ij. nos distincte audire insepabiliter intelli-
gere. Audi patrem dicentē vbi legis. Dñs
nis.vj dixit ad me filius meus es tu. Audi ⁊ do-
centem vbi legis. Omis qui audiuit a pa
tre ⁊ didicit: venit ad me. Filiū vo dicen-
tem modo audisti. De se quipe ait. Que-
xxiij. cunq; dixero vobis. Quem ⁊ si docentem
vis nosse: magistrū recole. Un⁹ē inqt ma
gister vester christus. Spiritū porro san-
ctum quem modo audisti docentē vbi dic-
tum est/ ipse vos docebit omnia: audi eti
am dicentem. vbi legis in actib⁹ apostolo
m.x. lorum beato petro dixisse spiritūsanctus:
vade cum illis: quia ego misi eos. Omnis
igitur ⁊ dicit ⁊ docet trinitas. Sed nisi eti-
am singillatim cōmendaret: eam nullo mo
do humana cape vtcūq; possit infirmitas
Cum ergo oīno sit insepabilis. nunq; trini
tas esse sciretur: si semper insepabiliter dice
retur. Nam ⁊ cum dicimus patrē ⁊ filium ⁊
spiritūsanctū: non eos vtiq; dicim⁹ simul.
B cum ipsi non possint esse nisi simul. Qō
vo addidit cōmemorabit vob: intelligere
debemus etiam. qō iubemur non obliuisci
saluberrimos monitus ad gratiam perti-
nere: quā nob cōmemorat spiritus. Pa-
cem inquit relinquo vobis: pacem me
am do vobis. Hoc autem est qō legi-
mus apud prophetam: pacem super pacē

Pacem nobis relinquit iturus: pacem su-
am nobis dabit in fine venturus. Pacem
nobis relinquit in hoc seculo: pacem suaz
nobis dabit in futuro seculo. Pacem nob
relinquit. in qua manētes hostem vincim⁹
pacem suam nobis dabit quando sine ho-
ste regnabim⁹. Pacem relinquit nobis vt
etiam hic inuicem diligam⁹: pacem suam
nobis dabit, vbi nunq; dissentire possimus
Pacem relinquit nobis ne de occultis no
stris inuicem iudicem⁹ cum in hoc sumus
mūdo: pacem suam dabit nobis cum ma- j. Corint. iiij
nifestabit cogitatiōes cordis. ⁊ tunc laus
erit vnicuiq; a deo. In illo tamen atq; ab
illo nobis est pax: siue quā nobis relinqt
iturus ad patrē: siue quā nobis dabit nos
pducturus ad patrem. Quid autez nobis
relinquit ascendens a nobis: nisi seipsum
dum non recedit a nobis? Ipse est enim Ephes. ij.
pax nostra: qui fecit vtraq; vnū. Pax er- Johānis. iij
go ipse nobis est. ⁊ cum credimus quia est
et cum videm⁹ eum sicuti est. Si enī q̄diu ij. Corint. v.
sumus in corpore corruptibili qō aggra- Sapiētie. ix
uat animam. cum per fidem ambulam⁹ nō
per spēm/ non deserit peginātes a se: q̄to
magis cum ad ipsam speciem venerimus
nos implebit ex se. Sed quid est qō vbi L.
ait/ pacem relin quo vobis: nō addidit me
am: vbi vo ait: pacem do vobis. ibi dixit
meam? Utrum subaudiendū est meam ⁊
vbi dictum nō est: quia postea dictum est:
potest referri ad vtrūq; etiam qō semel di
crum est? An forte ⁊ hic aliquid latet qō
petendū est et querendū: ⁊ ad quod pul-
santibus aperiendū? Quid si enim pacem
suam eam voluit intelligi: qualē habet ip
se? Pax vo ista quam nobis relinquit in
hoc seculo/ nostra est potius dicenda q̄ ip
sius. Illi quipe nihil repugnat in seipso:
qui nullum habet oīno peccatū. Nos au-
tem talem pacem nūc habemus: in qua ad
huc dicamus. dimitte nobis debita nostra
Est ergo nobis pax aliqua. quoniam con- a Matthei. vj
delectamur legi dei sm interiorē hominez Rhoma. vij
sed nō est plena: quia videm⁹ aliam legez
in membris nostris repugnantē legi men-
tis nostre. Itemq; int nosipsos est pax no-
bis: qua inuicem nobis credimus qō inui
cem diligamus. Sed nec ipsa plena est. qz
cogitationes cordis nostri inuicem nō vi-
dem⁹: ⁊ quedā de nob q̄ nō sunt ī nob. vl
ī meli⁹ inuicem. vel ī deterius opinamur.

Itaq; ista etiã si ab illo nob relicta ẽ: pax nra ẽ. Nisi ei ab illo: ñ haberem⁹ ꝛ talẽ: sz ipse non habet talem. Si tenuerim⁹ vsq; in finem qualez accepimus: qlem habz habebimus. vbi nihil nobis repugnet ex nobis et nihil nos inuicẽ lateat in cordib⁹ nostris Nec ignoro ista dñi verba etiam sic accipi posse: vt eiusdem dñi sententie repetitio videatur. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis: vt qđ dixerat pacem. hoc repetiuit dicẽs. do vobis. Ut volet quisq; accipiat: me tamẽ delectat. Credo ꝛ vos fratres mei dilectissimi sic tenere istam pacem vbi adũsariũ ꝓcorditer vincimus: vt desiderem⁹ pacem vbi aduersarium non habebim⁹ Quod vo dñs adiunxit atq; ait. **Non quomodo mũdus dat ego do vobis:** Quid est aliud nisi non quõ homines dant qui diligunt mũdum ita do vobis: Qui ꝓpterea dant sibi pacem vt sine molestia litium atq; bellorũ non deo sed amico suo mũdo perfruãtur. et quando iustis dant pacem: vt nõ eos psequant: pax non potest esse vera. vbi nõ est vera ꝓcordia: quia diuiũcta sunt corda Quõ enĩ consors dicitur qui sortem iungit: ita ille concors dicendus est qui corda iungit. Nos ꝙ charissimi quibus christus pacem relinquit ꝛ pacem suam nobis dat non sicut mũdus sed sicut ille p quem factus est mũdus: vt ꝓcordes simus. iũgamus inuicem corda: ꝛ cor vnũ sursum habeamus. ne corrumpatur in terra.

Explicit tractatus septuagesim⁹ septimus. Incipit tractat⁹ septuagesimus octauus. De eo qđ dicit: **Nõ turbetur cor vestrum neq; formidet. Audistis quia dixi vobis vado ꝛ venio ad vos: si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem quia pater maior me est.**

Accepim⁹ fratres verba dñi dicẽtis ad discipulos suos. **Non turbetur cor vestrũ: neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado ꝛ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: quia pater maior me est.** Hinc ergo turbari ꝛ formidare poterat cor illoꝝ qđ ibat ab eis ꝙuis venturus ad eos: ne forsitan gregem lupus ĥ interuallo inuaderet pastoris absentia. Sed a quibus homo abscedebat: deus non recedebat. et idem ipse christus homo et deus. Ergo ꝛ ibat per id qđ homo erat: et manebat per id quod deus erat. Ibat per id quod vno loco erat: manebat p id quod vbiq; erat. Cur itaq; turbaret ꝛ formidaret cor: quando ita deserebat oculos vt non deserere cor: Quis deus etiaz q̃ nullo continetur loco discedat ab eoꝝ cordibus qui eum relinquũt moribus nõ pedibus: ꝛ veniat ad eos qui conuertunt ad eum non facie sed fide: ꝛ accedunt ad eum mente non carne. Ut autem intelligerent fm id quod homo erat eũ dixisse: vado et venio ad vos: adiecit atq; ait. **Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia ad patrem vado: quia pater maior me est.** Per quod ergo filius non est equalis patri. per hoc iturus erat ad patrez: a quo venturus est viuos ꝛ mortuos iudicare. Per illud autem in quo equalis est gignẽti vnigenitus nunq; recedit a patre: sz cuz illo est vbiq; tot⁹ pari dinitate quaz null⁹ continet locus. Cum enim in forma dei esset sicut apostolus loquitur: non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Quomodo enim rapina possit esse natura: que nõ erat vsurpata sed nata. Semetipsum autẽ exinaniuit: formam serui accipiens. nõ ergo amittens illam. sed accipiens istam: eo modo se exinaniens quo hic minor apparebat q̃ apud patrem manebat. Forma ꝙpe serui accessit. ñ forma dei recessit. Hec est assumpta: non illa consumpta. Propt̃ hanc dicit: pater maior me est: ꝓpter illaz vo/ego ꝛ pater vnũ sumus. Hoc attendat arrianus. ꝛ hac attentione sit sanꝰ: ne contentione sit vanus. aut qđ est peius insanus. Hec est enim forma serui: ĩ qua dei filius minor est non patre solo sed etiã spiritusancto: neq; id tantum sed etiã seipso: quia idez ipse ĩ forma dei maior est seipso Neq; enim homo christus non dicitur filꝰ dei: quod etiam sola caro eius ĩ sepulchro meruit apellari. Nam quid aliud confitemur cum dicimus credere nos vnigenitum dei filium: qui sub pontio pilato crucifixꝰ est ꝛ sepultus: Et quid eius nisi caro se-

Philipp

Johãn B

pulta est sine anima? Ac per hoc cum credimus in dei filium qui sepultus est: pfecto filium dei dicimus ꝛ carnem que sola sepulta est. Ipse ergo christus filiꝰ dei eq̄lis patri ī forma dei: quia semetipsuz exinauit non formam dei amittēs sed formā serui accipiens/maior est ꝛ seipso: qz maior est forma dei que amissa non est q̄ꝫ serui que accepta est. Quid itaqz mirum vl quid indignū. si fm hanc formam serui loquens ait dei filius/pater maior me est: et fm dei formā loquens: ait idemipse dei filius. ego ꝛ pater vnū sumus? Unū sunt eī fm id quod deus erat verbuz: ꝛ maior est pater fm id quod verbum caro factum ē. Dicam etiā: qđ arriani ꝛ eunominiani negare non possunt. Scōm hanc formā serui puer christus etiam parentibꝰ suis minor
Luce.ij. erat: qñ paruus maioribus sicut scriptū ē subditus erat. Quid igitur hereticē cum christꝰ deus sit ꝛ homo loquitur vt homo etiam calūniaris deo? Ille in se naturam cōmendat humanam: tu in illo audes deformare diuinā? Infidel/ingrate: ideo ne tu minuis eum qui fecit te. quia dicit ille quid factus sit ꝓpter te? Equalis enī patri filius per quem factus est homo: vt minor esset patre factus est homo: quod nisi fieret quid esset homo? Dicat plane dñs ꝛ magister noster. Si diligeretis me. gauderetis vtiqz quia vado ad patrem: quia pa
C ter maior me est. Cum discipulis audiamus verba doctoris: non cum alienis seq̄mur astutiam deceptoris. Agnoscamꝰ geminam substantiā christi: diuinam .s. qua equalis est patri. humanā qua maior ē pat Utrunqz autem simul non duo sed vnus est christus: ne sit quaternitas non trinitas deus. Sicut enim vnus est homo aīa rationalis ꝛ caro/sic vnus christus deus ꝛ homo. Ac per hoc christus est deus: aīa rationalis ꝛ caro. Christū in his oībus: christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mūdus? Christus iesus: sed in forma dei. Quis est sub pontio pilato crucifixus? Christꝰ iesus. sed in
nē. dis. forma serui: Idem de singulis quibꝰ hoic que mo constat. Quis non est derelictus in in medio ferno? Christꝰ iesus: sed in aīa sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchrō? Christꝰ iesus: sed in carne sola. Dicitur ergo ꝛ in his singulis christus. Uerum ꝟ omnia non duo vel tres/sed vnus est christꝰ. Ideo ergo dixit Si diligeretis me gauderetis vtiqz quia vado ad patrem: quia nature humane gratulādū est. eo qđ sic assūpta est a verbo vnigenito vt imortalis cōstitueret in celo: atqz ita fieret terra sublimis/vt incorruptibil' puluis sederet ad dexteram patris. Hoc enim modo se iturum dixit ad patrē. Nam ꝓfecto ad illum ibat qui cum illo erat. Sed hoc erat ire ad eū et recedere a nobis. mutare atqz imortale facere qđ mortale suscepit ex nobis: ꝛ leuare in celum per quod fuit in terra ꝓ nobis: Quis nō debinc gaudeat: qui sic diligit christum. vt ꝛ suam naturam iam imortalem gratuletur' in christo. atqz id se speret futurū esse per dñm christū. qui cū patre ꝛ spiritusancto viuit ꝛ regnat deꝰ per omnia secula seculoꝝ Amen.

Explicit tractatus septuagesimꝰ octauus. Incipit tractatus septuagesimus nonus. De eo qđ dicit. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat vt cuz factū fuerit credatis: vsqz ad id qđ ait. Et sicut mādatū dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus hinc.

A Dominꝰ et saluator noster iesus christꝰ: dixerat discipulis suis. Si diligeretis me. gauderetis vtiqz quia vado ad patrem: quia patꝛ maior me est. Qđ ex forma serui eum dixisse non ex forma dei in qua equalis est patri/nouit fides que religiosis est mentibus fixa: nō calumniosis ꝛ dementibꝰ ficta. Deinde subiunxit. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Quid est hoc: cū magis homo credere debeat anteq̄ fiat id quod credendū ē? Hec est enī laus fidei: si quod creditur non videtur: Nam quid magnū est si id creditur quod videtur: Scōm illam eiusdē domini sententiā quādo discipulū arguit dicens. quia vidisti me credidisti: beati qui nō vident ꝛ credunt? Et nescio: vtꝝ credē dicēdus est quisqz quod videt. Naz ipsa fides in epla que scribitur ad hebreos: ita ē definita. Est aūt fides sperādarū substantia et ꝟiunctio rerum que non videnť. Quaꝓpter si fides est reruz que creduntur: ea-

ij. sent. dis. xxiij. c. j.

Johānis. xx

Hebre. xj.

demq; fides earum rez ē que non videntur: quid sibi vult qđ dñs ait. ⁊ nūc dixi vobis priusq; fiat vt cum factū fuerit credatis? ¶Nonne potius dicendū fuit. ⁊ nūc dixi vobis priusq; fiat vt credatis: qđ cū factum fuerit videatis? ¶Nam ⁊ ille cui dictū est: quia vidisti credidisti: non hoc credidit quod vidit. sed aliud vidit aliud credidit. Vidit enī hominē: credidit deum. Cernebat quippe atq; tangebat carnem viuentem quam viderat morientē: ⁊ credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat: p hoc qđ sensibus corpibus aparebat. Sed ⁊ si dicuatur credi que videñ. sicut dicit vnus quisq; oculis suis se credidisse. non tamē ipsa est que in nobis edificaţ fides: sed ex rebus que videñ agitur in nobis. vt ea credantur que nonvideñ. Quocirca dilectissimi vnde nunc mihi sermo est qđ dñs ait. ⁊ nūc dixi vobis priusq; fiat vt cum factum fuerit credatis: illud vtiq; dicit / cum factum fuerit. qđ eum visuri erant p̄ mortem viuentem ⁊ ad patrē ascendētē. Quo viso illud fuerant crediturī: qđ ipse esset christus filius dei viui: qui potuit hoc facere cum p̄dixisset. ⁊ p̄dicere anteq; faceret. Creditur autem hoc non fide noua sz aucta: aut certe cum mortuus esset defecta. cum resurrexisset refecta. Neq; enī eū dei filium non ⁊ ante credebāt: sed cum in illo factum esset qđ ante p̄dixit. fides illa

B que tūc qñ illis loquebaţ fuit parua. ⁊ cū moreret pene iam nulla: ⁊ reuixit ⁊ creuit

Deinde quod dicit: **Jam nō multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mūdi huius. Quis nisi diabolus Et in me non habet quicq;**: nullum oīno scilicet peccatū. Sic enī ostendit nō creaturarū sed peccatoz principē diabolum: quos nūc noīe mūdi huius apellat. Et quotiēscūq; mūdi nomen ī mala significatione ponitur: non ostendit nisi mundi istius amatores. De quibus alibi scriptuz

Jacobi. iiij. est. Quicūq; voluerit amicꝰ esse seculi huius: inimicus dei constituetur. Absit ergo vt sic intelligaţ diabolus princeps mūdi. tanq; gerat vniuersi mūdi. id est. celi ⁊ terre atq; oīum que in eis sunt principatuz. de quali mūdo dictum est cum de christo verbo sermo esset. ⁊ mūdus per eum factꝰ est. Vniuersus itaq; mūdus a sūmis celis vsq; ad infimā terram creatori est subditꝰ non desertori. redemptori non interēptori: liberatori non captiuatori: doctori non deceptori. Quēadmodū autem sit intelligendus princeps mūdi diabolus: euidentius aperuit paulus apostolus. Qui cū dixisset / non est nobis colluctatio aduersus Ephes. v carnem ⁊ sanguinē. id est. aduersus homines: subiecit atq; ait. sed aduersus principes ⁊ potestates ⁊ rectores mūdi tenebrarum harum. Sequenti enī verbo exposuit quid dixisset mūdi. cum subiecit / tenebrarum harum: ne quisq; mūdi noīe intelligeret vniuersam creaturā: cuius nullo modo sunt rectores angeli desertores. Tenebrarum inquit harum: id est. mūdi istius amatoz. Ex quibus tamen electi sunt nō per suū meritum. sed per dei gratiam: qui Ephes. v bus dicit. Fuistis enim aliqñ tenebre: nūc autem lux in dño. Omnes enī fuerunt sub rectoribus tenebrarū harum. id est. hominū impioz tanq; tenebre sub tenebris: sed gratias deo qui eruit nos / sicut dicit idez apostolus. de potestate tenebrarum: ⁊ trā Colossen stulit in regnū filij charitatis sue. In quo princeps huius mūdi / hoc est tenebrarum harum / non habebat quicq;: quia neq; cū peccato deus venerat. nec eius carnem de peccati ꝓpagine vgo pepererat. Et tanq; ei diceret. cur ergo moreris si non habes peccatum cui debeatur mortis supliciuz: continuo subiecit. **Sed vt cognoscat mūdus quia diligo patrem. ⁊ sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite eam⁹ hic.** Discūbēs enī discūbētibꝰ loqbaţ. Eamꝰ aūt dixit: q̄. nisi ad illū locū vñ fuerat tradēdus ad mortē. qui nullum habebat meritum mortis: sed habebat vt moreret mandatū pris: Tāq; ps. lxviij. ille de quo predictuz erat. que non rapui tunc exoluebam. mortem sine debito soluturus: ⁊ nos a morte debita redempturus Rapuerat aut̄ adam peccatum. quando manū in arborē presumptione decepꝰ extendit: vt incōmunicabile nomē inconcesse diuinitatis inuaderet. quā filio dei natura contulerat non rapina.

Explicit tractatus septuagesimꝰ nonus. Incipit tractatus octuagesimus. De eo quod dicit. Ego sum vitis vera ⁊ pater meus agricola ē

vsqz ad id quod ait. Jã vos mũdi estis ꝓpter sermonem quem locutus sum vobis.

pitul. xv A

Ste locꝰ euã gelicus frẽs vbi se dicit dominus vitem ⁊ discipulos suos palmites: fm hoc dicit qđ est caput ecclesie. nos quoq; mẽbra eius: mediator dei ⁊ hominum homo christus iesus. Uniꝰ quipe nature sunt vitis ⁊ palmites. ꝓpter quod cum esset deus cuiꝰ nature non sumus: factus est homo/ vt i illo esset vitis humana natura: cuius ⁊ nos boies palmites esse possimus. Quid ergo est. Ego sum vitis vera. Munquid vt adderet vera. hoc ad eam vitẽ retulit: vnde ista similitudo translata est? Sic enĩ dicitur vitis ꝑ similitudinẽ non per ꝓprietatem: quẽadmodũ dicitur ouis. agnus. leo. petra. lapis angularis ⁊ cetera huiusmodi que magis ipsa sunt vera: ex quibꝰ ducũtur iste similitudines non ꝓprietates. Sz cũ dicit/ ego sum vitis vera: ab illa seytiq; discernit cui dicitur. Quõ puersa es i amaritudinẽ vitis aliene? Nam quo pacto est vitis vera que expectata ẽ vt faceret vuã fecit autem spinas? Ego sum inquit vitis vera: ⁊ pater meus agricola ẽ. Omnem palmitem ĩ me nõ ferentẽ fructum tollet eum: ⁊ omnem qui fert fructum purgabit eum. vt fructum plus afferat. Munqđ vnũ sunt agricola et vitis. Scõm hoc ergo vitis christus: fm qõ ait/ pater maior me est. Scõm autem id quod ait/ ego ⁊ pater vnũ sumꝰ ⁊ ipse agricola est: nec talis quales sunt qui extrinsecus opando exhibent ministeriũ: sed talis vt det etiam intrinsecus incrementũ. Naz neq; qui plãtat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementũ dat deus. Sz vtiq; deus est christus: quia deus erat verbũ. Unde ipse ⁊ pater vnũ sunt: ⁊ si verbum caro factum est quod non erat: manet qõ erat. Deniq; cum de patre tanq; de agricola dixisset/ quod infructuosos palmites tollat/ fructuosos autem purget vt plus afferant fructum: continuo etiam seipsum mũdatorem palmitũ ostendẽs. iam vos inquit mũdi estis ꝓpter sermonem quez locutus sum vobis. Ecce ⁊ ipse mũdator est palmitum/ quod est agricole nõ vitis officiũ. qui etiam palmites operios suos fecit. Nam ⁊ si non dant incrementũ impediunt tamen aliqõ adiumentũ. Sed non de suo. quia sine me inquit nihil potestis facere. Audi etiam ipsos confitentes. Quid autem est apollo? Quid autẽ paulus? Ministri ꝑ qs credidistis: ⁊ vnicuiq; sicut dñs dedit: Ego plantaui. apollo rigauit. Et hoc ergo sicut vnicuiq; dñs dedit. Non itaq; de suo. Jam vo qõ sequit. sed deus incrementũ dedit. non per illos sed per seipsum facit. Excedit hoc humanam humilitatẽ. excedit angelicã sublimitatem: nec oĩno pertinet nisi ad agricolaz trinitatẽ. ¶Jam vos mũdi estis: mũdi. s. atq; mũdandi. Neq; enĩ nisi mũdi essent: fructum ferre potuissent. Et tamen omnem qui fert fructum purgat agricola: vt fructum plus afferat. Fert fructum qz mũdus est: atq; vt plus afferat purgat adhuc Quis enĩ est in hac vita sic mũdus: vt non sit magis magisq; mũdandus? Ubi si dixerimus quia peccatũ non habemꝰ/ nosipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nra: fidelis est ⁊ iustus qui dimittet nobis peccata et mũdet nos ab omni iniq̃tate. Mundet itaq; mũdos hoc est fructuosos: vt tanto sint fructuosiozes. q̃to fuerint mũdiozes. Jam vos mũdi estis: ꝓpter verbum qõ locutus sum vobis. Quare ñ ait/ mũdi estis ꝓpter baptismũ quo loti estis. sed ait/ ꝓpter verbum qõ locutus sum vobis: nisi qz et in aqua verbum mũdat. Detrahe verbum: ⁊ quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementẽ ⁊ fit sacramentũ/ etiam ipsum tanq; visibile verbum. Nam et hoc vtiq; dixerat: qñ pedes discipulis lauit. Qui lotꝰ ẽ nõ indiget nisi vt pedes lauet: sed ẽ mũdus totꝰ. Ũ ista tanta virtꝰ aque vt corpus tangat ⁊ cor abluat: nisi faciente verbo? Non quia dicit: sed qz creditur. Nam ⁊ in ipso verbo/ aliud est sonꝰ transiens: aliud virtus manẽs. Hoc ẽ verbum fidei qđ ꝓdicamꝰ ait apls: qz si ꝓfessus fueris ĩ ore tuo qz dñs est iesus. ⁊ credideris in corde tuo qz deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris. Corde enĩ creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. Unde in actibus apl̃oz legimus. Fide mũdans corda eorum. Et ĩ epi

Johãnis. xv vbi. s.

B

j. Johan. j.

ꝺ ꝓse. di. iiij illud circa finem.

j. q. j. Retrahe.

Et. iiij. sent. dis. iij. c. j.

Johan. xiij.

Rhomañ. x.

Actuum. xv

1. Petr. iij. stola sua beatus petrus: sic ⁊ vos inq̄t baptisma saluos facit non carnis depositio sordium: sed cōsciētie bone interrogatio. hoc est verbum fidei quod predicamus: quo sine dubio vt mūdare possit consecratur ⁊ baptismus. Christus quippe nobiscū vitis: cum parre agricola. dilexit ecclesiā: et seipsum tradidit pro ea. Lege apostolum ⁊ vide quid adiungat: vt eam sanctificaret inquit mūdans eam lauacro aq̄ in verbo. Mundatio igitur nequaq̄ fluxo et labili tribueret elemento: nisi adderet in verbo. Hoc verbum fidei tantū valet ī ecclesia dei. vt per ipsuz credentē/offerentem/bñdicentē/tingentez. etiam tantillū mūdet infantem: q̄uis nondum valentez corde credere ad iusticiam. ⁊ ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum: d̄ quo dñs ait. Jaz vos mūdi estis: ꝓpt̄ verbum quod locutus sum vobis.

Ephes. v.

Explicit tractatus octuagesimus Incipit tractatus octuagesimus primus. De eo quod dicit. Manete ī me ⁊ ego in vobis: vsq̄ ad id quod ait. Si manseritis in me ⁊ verba mea in vobis manserint. q̄dcunq̄ volueritis petetis ⁊ fiet vobis.

A Item se dixit vesse iesus ⁊ discipulos suos palmites: ⁊ agricolam patrez Unde iam pridem sicut potuimus disputatum est. In hac autem lectione cum adhuc de seipso qui est vitis ⁊ de suis palmitibus. hoc est discipulis loq̄retur: manete inquit in me ⁊ ego ī vobis. Nō eo modo illi in ipso. sicut ipse in illis. Utrunq̄ autem ꝓdest non ipsi sed illis. Ita quippe in vite sunt palmites: vt viti non conferant. sed inde accipiant vnde viuant. Ita v̄o vitis est in palmitib⁹: vt vitale alimentū subministret eis non sumat ab eis. Ac per hoc ⁊ manentē in se habere christum ⁊ manere in christo: discipulis ꝓdest vtrunq̄ non christo. Nam p̄ciso palmite: potest de viua radice alius pullulare. Qui autem p̄cisus est: sine radice non potest viuere. Deniq̄ adiūgit ⁊ dicit. Sicut palmes non potest ferre fructū a semetipso nisi manserit in vite. sic nec vos nisi in me manseritis. Magna gr̄e cōmēdatio frēs mei. corda instruit hūiliū: ora obstruit supboꝝ. Ecce si cui audent respondeāt: qui ignorātes dei iusticiam ⁊ suam volentes constituere: iusticie dei non sunt subiecti. Ecce cui rñdeant sibi placentes: ⁊ ad bona opera facienda deum sibi necessariū non putantes. Nonne huic resistunt veritati/hoīes mente corrupti. reprobi circa fidem: qui respondent et loquunt iniquitatē dicentes? A deo habemus quod hoīes sumus: a nobisipsis āt q̄d iusti sumus. Quid dicitis quid vosipsos decipitis non assertores sed ꝑcipitatores liberi arbitrij: ex alto elationis. ꝑ inania p̄sumptiōis. in ꝓfunda submersi? Nēpe vox vestra est. q̄d homo ex semetipso facit iusticiam. hoc est altum elatiōis vestre: sed veritas ꝯtradicit ⁊ dicit. Palmes non potest ferre fructum a semetipso: nisi manserit in vite. Ite nūc per abrupta ⁊ nō habētes vbi figamini: vētosa loq̄citate iactamini. Hec sunt inania p̄sumptiōis vr̄e. Sed q̄d vos sequat̄ videte: ⁊ si est in vobis vllus sensus horrete. Qui enī a semetipso se fructū existimat ferre: in vite non ē Qui in vite non est: in christo nō est. Qui in christo non est: christian⁹ nō est. Hec sunt ꝓfunda submersiōis vr̄e. etiā atq̄ etiam ꝯsiderate: q̄d adhuc veritas adiūgat ⁊ dicat. Ego sum inq̄t vitis: vos palmites. Qui manet in me ⁊ ego in eo. hic fert fructū multū: quia sine me nihil potestis facere. Ne q̄sq̄ putaret saltez paruū aliquē fructū posse a semetipso palmitē ferre: cū dixisset. hic fert fructū multū: nō ait q̄ sine me parū potestis facere: sed nihil potestis facere. Siue ergo parū siue multū/ sine illo fieri nō potest/ sine quo nihil fieri potest: q̄ ⁊ si paꝝ attulerit palmes. eū purgat agricola vt pl⁹ afferat. Tamē nisi in vite māserit ⁊ vixerit d̄ radice: q̄tūlibet fructū a semetipso nō potest ferre. Quis aūt christ⁹ vitis nō esset nisi hō esset: tamē istam gr̄az palmitib⁹ nō p̄beret nisi etiā d̄s esset. Veruz q̄ ita sine ista gr̄a nō pōt viui vt ⁊ mors in ꝑtāte sit liberi arbitrij: si q̄s ī me inq̄t nō māserit. mittet̄ foras sicut palmes ⁊ arescet: ⁊ colligēt eū ⁊ ī ignem mittēt ⁊ ardet. Ligna itaq̄ vitis tāto sunt ꝯtēptibiliora si ī vite nō māserint: q̄to gloriosio

Rhomañ. x. ij. Timo. iij.

B

ra si manserint. Denicz sicut de his etiaz p
:chie .xv ezechielem pphetam dñs dicit /pcisa nul=
lis agricolarū vsibus psunt :nullis fabrili
bus operib⁹ deputanť. Unū de duob⁹ pal
miti pgruit:aut vitis/aut ignis. Si ī vite ñ
est:in igne erit. vt ergo in igne non sit /ī vi
te sit. Si manseritis in me inquit et
verba mea in vobis manserint qđ
cunqz volueritis petetis ꝛ fiet vo
bis. Manendo quipe in christo qđ vel=
le possunt.nisi qđ cōuenit christo ? Quid
velle possunt manēdo ī saluatore. nisi qđ
non alienū est a salute? Aliud quipe vo=
lumus quia sumus in christo:ꝛ aliud volu
mus quia sumus adhuc in hoc seculo. De
mansiōe nanqz huius seculi nobis aliq̄n=
do subrepit:vt hoc petamus qđ nobis nō
expedire nescim⁹. Sed absit vt fiat nobis
si mansemus in christo. qui non facit qđ pe
timus:nisi qđ expedit nobis. Manētes er=
go in eo cum verba eius in nobis manent
qđcunqz voluerim⁹ petimus ꝛ fiet nobis:
quia si petimus ꝛ non fiet.nō boc petimus
qđ habet mansio in eo.nec qđ habent ver
ba eius que manent in nobis :sed qđ habz
infirmitas ꝛ cupiditas carnis que nō est ī
eo.ꝛ in qua non manēt verba eius. Nam
ttb .vj. vtiqz ad verba eius ptinet oratio illa quā
docuit:vbi dicim⁹. Pater nr̄ qui es in cel'.
Ab huius oronis verbis ꝛ sensib⁹ non re=
cedam⁹ petitiōibus nr̄is :ꝛ quicqđ petie=
rimus fiet nobis. Tūc enī dicēda sunt verba ei⁹ in nob manē :qñ facim⁹ q̄ p̄cepit et
diligim⁹ que pmisit. Qñ autem verba ei⁹
manēt in memoria nec inueninnť in vita:
non computaťr palmes in vite .qz vitam ñ
attrahit a radice. Ad banc differentiā va=
let qđ scriptū est. Et memoria retinētibus
rij. ꝛz ali mādata eius:vt faciant ea. Multi enī me
rrāslatio moria retinent ꝛ ptemnūt vel etiā deridēt
et opugnēt ea. In bis verba christi nō ma
nent:quia tangūt ꝛ quodāmodo nō cohe=
rent. Et ideo illis non erūt in būficiū: ꝛz ī
testimoniū. ꝛ qz sic insunt eis vt non ma=
neant in eis:ad boc tenenť ab eis vt iudi=
centur ex eis.

Explicit tractatus octuagesimus
primus. Incipit tractatus octua=
gesimussecūdus. De eo quod dicit
In boc clarificatus est pater meus
vt fructum plurimū afferatis:vsqz
qđ ait. Sicꝛ ego p̄cis mei p̄cepta
seruaui et maneo ī ei⁹ dilectione.

Dagis magisqz a
saluator gratz q̄ saluamur dis
cipulis loqndo cōmēdās:in
boc inquit clarificatus est
pater meus vt fructū plurimū affe
ratis ꝛ efficiamini mei discipuli. Si
ue glorificatus siue ,clarificatus dicať. ex
vno greco verbo vtrū qz tranlatū est:qđ ē
Δοξαλόγεω Doxa enī que grece dicit:
latine gloria ē. Qđ ideo cōmemorandum
existimaui:qz dicit apl's. Si abraā ex opi= Rhoma .iiij
bus iustificat⁹ ē: habet gloriā sed non ad
deū. Hec est ad deū gloria qua glorificať
non bō sed deus/si non ex opib⁹ sed ex fi=
de iustificať. vt ex deo illi sit qđ etiā bene
opatur:qm̄ palmes sicut iam supius dixi:
nō potest ferre fructū a semetipso. Si enim
in boc clarificat⁹ est de⁹ pater vt fructum
plurimū afferam⁹ ꝛ efficiamur christi dis=
cipuli:non boc glorie nře tribuam⁹ tanqz
ex nobisipsis habeam⁹. eius est enim bec
gra:ꝛ ideo in boc non nra sed ei⁹ ē gloriā
Unde ꝛ alibi cum dixisset. sic luceat lu= Matthei:v.
men vestrū coram boibus vt videant opa
vestra bona:ne a semetipsis putarēt eē bo
na opa sua.mox addidit :ꝛ glorificēt p̄rem
vestrū q̄ in celis est. In boc enī glorificať
pater vt fructū plurimū afferam⁹ ꝛ effici
amur christi discipuli. A quo efficimur:ni
si ab illo cuius mia p̄uenit nos? Ipsi⁹ enim Epbes.ij.
figmentū sumus:creati ī christo iesu ī opi=
bus bonis. Sicut dilexit me p̄r inquit
et ego dileri vos: manete in dile= Galath.v.
ctione mea. Ecce vnde sunt nobis opa
bona. Nam vnde nobis eēnt :nisi qz fides
p dilectionē opať? Unde aūt diligerem⁹
nisi p̄rius diligeremur ? Aptissime boc in
epla sua idē iste euāgelista dixit. Nos di= j. Joban.iiij
ligamus deū :qm̄ ipse p̄rior dilexit nos.
Qđ aūt ait/sicut dilexit me p̄r ꝛ ego dile=
xi vos:non eqlitatē nature ostēdit nostre
et sue.sicut ē p̄ris ꝛ ipsius:sed gram q̄ me=
diatoris dei ꝛ bominum est bō christus iesus.
Mediator qppe mōstrať cū dicit:sicut dile= j. Timo.iiij.
xit me p̄r. ꝛ ego dilexi vos. Nam p̄r vtiqz
diligit ꝛ nos sed in ipso:qz in boc glorifica
tur p̄r vt fructū afferam⁹ in vite. Hoc est in fi
lio:ꝛ efficiamur eius discipuli. Manete in
quit in dilectiōe mea. Quō manebimus?
Audi qđ sequit. Si p̄cepta mea inqt

seruaueritis:manebitis i dilectio-
B ne mea. Dilectio facit p̄cepta seruare:
an p̄cepta seruata faciūt dilectionē? Sed
q̄s ambigat:q̄ dilectio p̄cedit? Unde eī
p̄cepta seruet nō habet:q̄ non diligit. Q̄d
ergo ait.si p̄cepta mea seruaueritis mane
bitis in dilectiōe mea:ostēdit nō vnde di-
lectio generet sed vnde monstret. Tam̄
diceret. Nolite vos putare manere in dile
ctione mea:si nō seruaueritis p̄cepta mea.
Si enī seruaueritis manebitis. hoc ē. hīc
apparebit q̄d in dilectione mea manebitis
si p̄cepta mea fuaueritis. Nemo se fallat
dicendo q̄d cum diligat:si eius p̄cepta nō
seruat. Nam intantū euz diligim⁹: in q̄ntū
eius p̄cepta seruam⁹. Jn q̄ntū aūt min⁹ ser
uamus:min⁹ diligim⁹. Quis q̄d ait/ ma-
nete in dilectiōe mea/nō apparet quā dixe
rit dilectionē:vtrū qua eū diligimus an q̄
ipse diligit nos:Sed ex verbo supioze di-
noscit. Dixerat quipe/ et ego dilexi vos.
cui verbo ꝓtinuo subiūxit:manete in dile
ctione mea. Illa ergo q̄ dilexit nos. Quid
est ergo manete in dilectiōe mea: nisi ma-
nere in gr̄a mea? Et q̄d est si p̄cepta mea
seruaueritis manebitis in dilectiōe mea:
nisi ex hoc scietis q̄d in dilectiōe mea qua
vos diligo manebitis si p̄cepta mea serua
bitis? Non ergo vt nos diligat ꝓius eius
p̄cepta seruam⁹:sed nisi nos diligat ꝓecep
ta eius seruare non possum⁹. Hec ē gra-
tia que humilib⁹ pater:supbos latet. Sed
q̄d illud est q̄d adiūgit:sicut et ego pa-
tris mei p̄cepta seruaui et maneo i
eius dilectiōe? Utiq̄ etiā hic hanc dile
ctionē pr̄is intelligi voluit:qua eū diligit
pater. Jta quipe dixerat/sicut dilexit me
pater et ego dilexi vos:atq̄ his verbis illa
subiūxit/manete in dilectiōe mea:illa ꝓo
culdubio q̄ dilexi vos. Ergo q̄d ait etiā ō
patre / maneo in eius dilectiōe:illa.s.ac-
cipienda ē.qua dilexit eū pater. Sed nun
quid et hic gr̄a intelligēda ē qua pater di-
ligit filium:sicut etiā gr̄a est q̄ nos diligit
filius cum simus nos filij gr̄a non natura:
vnigenit⁹ aūt natura nō gr̄a? An hoc etiā
in ipso filio ad hoiem referenduz est? Jta
sane. Nā dicēdo:sicut dilexit me pater.et
ego dilexi vos:gr̄am mediatoris ostēdit.
Mediator aūt dei et hoium:nō in q̄ntū de⁹
sed in q̄ntū homo ē christ⁹ ieſus. Et ꝑfecto
Luce.ij. ſm id q̄d hō est de illo legit:et ieſus ꝓficie
bat sapia et etate et gr̄a apud deū et hoies.
Scōm hoc igit recte possum⁹ dicere q̄d cū
ad naturā dei nō ptineat natura humana
ad psonā tamē vnigeniti filij dei p gratiā
ptinet humana natura:et tantā gr̄az vt nul
la sit maior.nulla ꝓsus eq̄lis. Neq̄ enim
illam susceptionē hois vlla merita p̄cesse
runt:sed ab illa susceptiōe merita ei⁹ cun
cta ceperūt. Manet ergo filius in dilectio
ne qua eum dilexit pater:et ideo seruat p̄-
cepta eius. Quid est enim et ille hō:nisi q̄d
deus susceptor ē eius? Deus enī erat ver-
bum vnigenit⁹ gignēti coeternus:sed vt
mediator daretur nob.p ineffabilē gr̄am
verbū caro factū est et habitauit in nobis.

Explicit tractatus octuagesimus
secundus. Jncipit tractatus octua
gesimus tertius. De eo q̄d dicit. Hec
locutus sum vobis.vt gaudiū meū
in vobis sit et gaudiū vestrum
impleat:vsq̄ ad id q̄d ait. Hoc est
p̄ceptū meū vt diligatis inuicem si
cut dilexi vos.

Audistis cha- A
rissim:dōm dicentē discipulis
suis. Hec locut⁹ sum vo-
bis.vt gaudiū meum in
vobis sit:et gaudiū v̄m impleat.
Q̄d est gaudiū christi in nob:nisi q̄ digna
tur gaudē de nob? Et q̄d est gaudiū nr̄m
q̄d dicit implendū:nisi eius hr̄e ꝓsortiuz?
Propter q̄d petro dixerat. Si non lauero Johan.xi
te:nō habebis ptem mecū. Gaudiū ergo
eius in nob.gr̄a est quā p̄stitit nob:et ip
se ē gaudiū nr̄m. Sz de hac ille etiā ex ei- Ephes.j.
nitare gaudebat:q̄n nos elegit ante ꝓsti-
tutionē mūdi. Nec recte possum⁹ dicere:
q̄d gaudiū ei⁹ plenū nō erat. Nō enī deus
impfecte aliq̄n gaudebat:sz illud ei⁹ gau-
diū in nob nō erat.q̄ nec nos in q̄b⁹ esse
posset iam eram⁹:nec q̄n esse cepim⁹ cum
illo esse cepim⁹. Jn ipso aūt semp erat:q̄
nos suos futuros certissima sue p̄scientie
veritate gaudebat. Proinde gaudiū iam
ipse pfectū de nobis habebat:q̄n nos p̄sci
endo et p̄destinādo gaudebat. Neq̄ enim
vllus in illo eius gaudio motus esse pote-
rat.ne forte nō fieret:q̄d se facturū eē pre
sciebat. Sz neq̄ cū id facē cepit q̄d se fa-
cturū esse p̄sciuit:gaudiū ei⁹ q̄ btūs ē cre-

uit:alioqn beatior fact⁹ ē.qz nos fecit. Ab fit ꝫ frēs: dei bītudo qz nec minor fuerat sine nob:nec fit maior ex nob. Gaudium igitur eius de salute nr̄a.qō in illo semper fuit cū p̄sciuit ⁊ p̄destinauit nos.cepit eē ī nobis qñ vocauit nos:⁊ hoc gaudiū meri to nostrū dicim⁹:quor nos beati futuri su mus.Sz ꝫ gaudiū nr̄m crescit ⁊ p̄ficit:et ad suā p̄fectionē p̄seuerādo ptēdit.Ergo inchoat in fide renascentiū:implebit in p̄ mio resurgentiū. Ecce vnde dictū existi mo.Hec locut⁹ sum vob.vt gaudiū meū in vobis sit:⁊ gaudiū vr̄m impleat. In vo bis sit meū:impleat vr̄m.Semp enim erat meū plenū.⁊ anteꝙ vocaremī:cū vocādi a me p̄cipiemini.Sed fit ⁊ in vob cū ꝫ effi ciamini qō p̄sciui de vobis:impleat autez vr̄m.qz bti eritis qō nōdū estis: sicut crea ti estis q nōdū fuistis. ℣ Hoc ē inqt p̄ ceptū meū:vt diligatis inuicē sicut dilexi vos.Siue dicat p̄ceptū siue mā datū:ex vno verbo greco vtrūq; interp̄ta tur qō est ἐντολη Jam vo istā sniaz ⁊ an te dixerat:de q̄ me vob vt potui disputaſ se memisse debetis. Jbi enī sic ait.Mādatū nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos.vt ⁊ vos diligatis inuicē. Huius itaq; mādati repetitio cōmēdatio est: nisi qō ibi mādatū inqt nouū do vob: hic aūt/hoc est inqt mādatū meū. Jbi tanꝙ nō fuerit ante tale madatū: hic tanꝙ non sit aliud eius mādatū.Sed ibi dictū ē nouum/ne invetustate nr̄a p̄seuerem⁹:hic di ctū est meū /ne p̄temnēdū putarem⁹.Qō aūt hic ita dixit/hoc est mādatū meū/ve lut nō sit aliud:q̄d putam⁹ frēs mei. Mun q̄d nam solum eius de ista dilectiōe man datū est:q̄ diligim⁹ inuicē? Mōne ē ⁊ ali ud maius:vt diligam⁹ deū? Aut vo de so la nobis dilectiōe mandauit: vt alia non req̄ram⁹? Tria tñ cōmēdat ap̄lus dicens. Manēt aūt fides.spes charitas.tria ꝫ:ma ior aūt hor charitas.Et si in charitate ꝫ est in dilectiōe p̄cludunt duo illa p̄cepta: maior tamen dicta est eē sola. De fide igit nobis ꝙ multa mādata sunt: ꝙ multa de spe? Quis potest cuncta colligere? Quis enumerādo sufficere? Sed intueamur qō ait idem apostolus:plenitudo legis chari tas. Ubi ergo charitas est:q̄d ē qō possit deesse? Ubi autem non ē:quid est qō pos sit p̄odesse? Demon credit nec diligit:ne mo diligit q̄ non credit. Frustra q̄dem sz tamen pōt sperate veniā qui nō diligit:ne mo autez pōt despare q̄ diligit. Jtaq; vbi dilectio est.ibi necessario fides ⁊ spes:et vbi dilectio p̄rimi.ibi necessario dilectio dei. Qui enī non diligit deuz.quō diligit p̄rimū tanꝙ seipsum: qñquidē non dili gitꝫ seipsum? Est quipe impi⁹ ⁊ iniquus Qui aūt diligit iniq̄tatē:nō plane diligit sed odit aiaz suā. Hoc ergo p̄ceptū dñi te neamus vt nos inuicē diligam⁹:⁊ quicq̄d aliud p̄cepit faciam⁹: qm̄ quicq̄d ē aliud hic habem⁹. Discernit quipe ista dilectio ab illa dilectiōe:qua se inuicē diligūt ho mines.sicut hoies. Mā vt discerneret:ad iunctū est.sicut dilexi vos. Ut q̄d enī di ligit nos christus:nisi vt regnare possim⁹ cum christo? Ad hoc ergo ⁊ nos inuicē di ligamus.vt dilectionē nostram discerna mus a ceteris:q̄ nō ad ꝫ se inuicē diligūt qz nec diligūt. Qui aūt se p̄pt habenduz deū diligūt:ipsi se diligūt. Ergo vt se dili gant:deū diligāt. Mō est hec dilectio ī oi bus hoibus. Pauci se p̄pterea diligūt: vt sit deus oīa in oibus.

℣ Explicit tractatus octuagesimus tertius. Incipit tractatus octuage simusquartus. De eo qō dicit. Ma iorem hac dilectionē nemo habet ꝙ vt animam suam ponat quis p̄ amicis suis.

Lenitudinem

A dilectiōis q̄ nos inuicē dilige re debemus fratres k̄m̄i: defi nuit dñs dicēs. Maiorem hac dilectionē nemo hz:ꝙ vt aīam suā ponat q̄s p̄ amicis suis. Quia ℔ supius dixerat:hoc ē mādatū meū vt di ligatis inuicē sicut dilexi vos. q̄b⁹ verbis addidit qō nūc audistis.maiorē hac dile ctionē nemo hz:ꝙ vt aīaz suā ponat q̄s p̄ amicis suis:fit ex ꝫ p̄seq̄ns qō idē iste euā gelista iohānes in epl'a sua dicit:vt quem admodū xp̄s p̄ nob aīam suā posuit.sic ⁊ nos debem⁹ p̄ frib⁹ aīas ponē: diligētes vtiq; inuicē sicut ipse dilexit nos.q̄ p̄ nob aīam suā posuit. Mimirū ꝫ ē qō legit in p̄ uerbijs salomōis. Si sederis cenare ad mē sā potētis:p̄sideraſ itellige q̄ apponūt tibi ⁊ sic mitte manū tuā:sciēs qz talia optz te

ſ. Johan.iij.

P̄r̄oū.xiij.

preparare. Nam que mensa est potentis: nisi vnde sumitur corpus ⁊ sanguis eius qui animā suam posuit pro nobis? Et quid est ad eam sedere: nisi humiliter accedere? Et quid est ꝓsiderare ⁊ intelligere que apponunt tibi: nisi digne tantā gratiam cogitare? Et quid est sic mittere manum vt scias quia talia te oportet preparare: nisi quod iaz dixi. quia sicut ꝓ nob animam suam posuit. sic ⁊ nos debemus animas pro fratrib⁹ ponere? Sic enī ait apo-
j. Petri. iij. stolus petrus. Christus pro nobis passus est relinquens nobis exemplū: vt sequmur vestigia eius. Hoc est talia prepare. Hoc beati martyres ardenti dilectiōe fecerunt quoz si non inaniter memorias celebram⁹ atq; in cōuiuio quo ⁊ ipsi saturati sunt ad mensam dñi accedimus: oportet vt quemadmodū ipsi ⁊ nos talia preparem⁹. Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos commemoram⁹. quēadmodū alios qui in pace requieścūt vt etiam ꝓ eis oremus: sed magis vt orēt ipsi ꝓ nob vt eoz vestigijs adheream⁹: quia impleuerūt ipsi charitatē qua dñs dixit non posse esse maiorē. Talia enī suis fratrib⁹ exhibuerūt: qualia de
B dñi mensa pariter acceperūt. Neq; hoc ita dictum est. quasi ꝓpterea dño christo pares esse possim⁹: si pro illo vsq; ad sanguinem martyriū duxerimus. Ille
Johānis. x. potestatem habuit ponēdi aiam suam. ⁊ iterū sumendi eam: nos autem nec q̄tum volumus viuim⁹. ⁊ morimur etiam si nolumus
Actuum. vj. Ille moriēs mox in se occidit mortez: nos eius morte liberamur a morte. Illius caro non vidit corruptionē: nostra post corruptionē in fine seculi: per illum induetur incorruptione. Ille nobis non indiguit vt nos saluos facerz: nos sine illo nihil possumus facere. Ille se nobis palmitib⁹ ꝑbuit vitem: nos habere preter illum non possumus vitam. Postremo ⁊ si fratres pro fratribus moriant: tamen in fraternoz peccatorū remissionē nullius sanguis martyris funditur: qd̄ fecit ille pro nobis. Neq; in h̄ quid imitaremur: sed quid gratularemur contulit nobis. Quatenus ergo martyres pro fratribus sanguinē suū fuderunt: hactenus talia exhibuerūt. qualia de mensa dñica perceperūt. In ceteris eorum q̄ dixi q̄uis nec omnia que dicere potui: martyr christi longe impar est christo. Qd̄ si q̄sq; se non dico potentie christi sed inocentie compabit: non dicam ⁊ aliena se putando sanare sed suū saltem nullum habere peccatum: etiam sic auidioz ē q̄ ratio salutis exposcit. multū est ad illum non capit tantum. Qd̄ ⁊ bñ quidēm ista ꝓuerbiorum L
sententia cōmonet: que continuo subiungit atq; dicit Quod si auidioz es: noli ꝓcupiscere cibos eius. Satius est enim vt nihil inde sumas: quā vt tibi plus q̄ oportz assumas. Hec enī inquit vitam habēt fallacem: hoc est hypocrisin. Dicēdo enim se sine peccato esse: iustum non potest exhibere sed fingere. Ideo dictum est. Hec eī habent vitam fallacem. Unus est solus. q̄ et carnem hois habere: ⁊ peccatū potuit nō habere. Merito qd̄ sequitur nobis p̄cipitur: ⁊ tali verbo atq; ꝓuerbio hūana infirmitas ꝓuenitur eiq; dicitur. Noli extendere te cum sis pauper contra diuitē. Diues eī qui nec hereditario nec ꝓprio vnq̄ debito obnoxius: ⁊ ipse iustus est. ⁊ alios iustificat christus. Noli ꝓtra eum te extendere: intantū pauper vt remissionis peccatorum aquireas quotidian⁹ in oratiōe mē dicus. Tuo autem consilio inquit abstinere: vnde nisi a p̄sumptiōe fallaci? Ille q̄ppe quia non tantum est homo sed etiā deus: ideo nusq; reus. Si enīz direxeris oculum tuum ad illum nusq; parebit: Oculū tuū. oculum videlicet humanū: quo cernis humana. si direxeris ad illum nusq; parebit: quia videri non potest. quemadmodum videre tu putes. Parauit enī sibi pennas sicut aquile ⁊ vadit in domū prepositi sui. vnde ad nos vtiq; venit: nec tales qualis venit inuenit. Diligamus ergo inuicem sicut ⁊ christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis. Maiorem quippe hac dilectionē nemo habet. vt animam suam ponat q̄s ꝓ amicis suis. Eū q̄ sic imitemur pia obedientia: vt ei nos cōparare nulla p̄sumamus audatia.

¶ Explicit tractatus octuagesimus quartus. Incipit tractatus octuagesimus q̄nt⁹. De eo qd̄ dicit. Vos amici mei estis si feceritis que p̄cipio vobis: vsq; ad id qd̄ ait. Jam non dicam vos seruos. quia seruus nescit quid faciat dñs eius.

A Quum dominꝰ ieſus cõmendaſſet charitatẽ quam exhibuit nobis moriẽdo pro nobis atq; dixiſſ. maiorem hac dilectionẽ nemo habet vt aiam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: vos inquit amici mei eſtis. ſi feceritis que ego precipio vobis. Magna dignatio cum ſeruus bonus eſſe non poſſit. niſi pcepta dñi ſui fecerit: Hinc amicos ſuos voluit intelligi/vnde ſerui boni poſſunt pbari Sed vt dixi iſta dignatio eſt: vt dñs quos nouit ſeruos ſuos/dignetur dicere amicos ſuos. Nam vt ſciatis ad ſeruoꝝ officiũ pertinere pcepta dñi ſui facere: alio loco ſeruos vtiq; obiurgat dicens. Quid autẽ vocatis me dñe dñe: & non facitis que dico? Cum ergo dicitis inquit dñe: iuſſa facitis quid dicatis oſtendite. Nonne ſeruo obedienti ipſe dicturus ẽ? Euge ſerue bone: quia in paucis fuiſti fidelis. ſupra multa te conſtituã intra in gaudiũ dñi tui. Poteſt igitur eſſe ſeruus & amicus: qui ſeruus eſt bonus: Sed qđ ſequitur attendamus. Jam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dñs eius. Quõ ergo intellecturi ſumus & ſeruum et amicum eſſe ſeruũ bonũ: cum dicat iam nõ dicam vos ſeruos. quia ſeruus neſcit qđ faciat dñs eius? Jta nomen conſtituit amici. vt auferat ſeruũ: non vt in vno vtrunq; maneat. ſed vt alterum altero decidente ſuccedat. Quid eſt hoc? Jta ne cum precepta dñi fecerimꝰ fui nõ erimus. Jta ne tũc fui nõ erimꝰ qñ bonꝰ fui fuerimꝰ. Et qs cõtradicere poteſt veritati que ait: iam non dicã vos ſeruos? Et cur hoc dixerit docet Quia ſeruus inquit neſcit: quid faciat dominus eius. Nunquid nam ſeruo bono et pbato dñs eius non etiam ſecreta ſua cõmittit? Quid eſt ergo qđ ait: ſeruus neſcit quid faciat dñs eius? Verum eſto: neſcit quid faciat. Nunqđ neſcit etiam quid pciat? Nam & ſi hoc neſcit: quõ ſeruit? Aut quõ ſeruus eſt: qui non ſeruit? Et tamẽ dominus loquitur. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis qđ ego pcipio vob. Jã nõ dicã vos ſeruos. O rem mirabilem /cum ſeruire nõ poſſumus niſi precepta domini fecerimꝰ: quomodo precepta faciendo ſerui non erimus? Si ſeruus non ero precepta faciẽdo. & niſi pcepta fecero ſeruire non potero: ergo ſeruiendo ſeruus non ero? Intelligamus fratres intelligamꝰ: & hoc ĩ nobis dñs faciat vt intelligamꝰ: faciat etiam vt intellecta faciamus. Hoc autem ſi ſcimus. pfecto ſcimus qõ facit dñs. quia noſ ipſos tales non facit niſi dñs: & per hoc ad eius amicitiam pertinemꝰ. Sicut enĩ duo ſunt timores qui faciunt duo genera timẽtiũ: ſic due ſunt ſeruitutes: que faciũt duo genera ſeruientiũ. Eſt timor quẽ perfecta charitas foras mittit: & eſt alius timor caſtus permanens in ſeculũ ſeculi. Illum timorem qui non eſt in charitate: attendebat apoſtolus cum dicebat. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis: iterum ĩ timore. Illum autem timorem caſtum attendebat: cum dicebat. Noli altum ſapere ſed time. In illo timore quẽ foras charitas mittit: eſt etiam ſeruitus ſimul foras cum ipſo timore mittẽda. Vtrunq; enim iũxit apoſtolus: hoc eſt ſeruitutẽ & timorem dicendo. Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruituti iterum in timore. Ad hãc ſeruitutẽ ſeruũ pertinentem intuebat & dñs dicens. Jam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dñs eius. Non vtiq; ille ſeruꝰ pertinens ad timorem caſtum. cui dicitur. euge ſerue bone intra in gaudiũ dñi tui: Sed ille ſeruus pertinens ad timorem foras a charitate mittendũ. de quo alibi dicit. Seruus non manet in domo ĩ eternum filius autem manet in eternum. Qñ itaq; dedit nobis poteſtatem filios dei fieri vt nõ ſerui ſed filij ſimus: at miro quodam & ineffabili ſed tamen vero modo ſerui nõ ſerui eſſe poſſumus: ſerui ſcilicet timore caſto: ad quem pertinet ſeruus intrans ĩ gaudium dñi ſui: non ſerui autem timorẽ foras mittẽdo. ad quem pertinet ſeruus nõ manens in domo in eternũ. Vt autem tales ſerui non ſerui ſimus: dñm facere ſcimus. Hoc autem ſeruus ille neſcit: qui neſcit quid faciat dñs eius. Et cum aliquid boni facit ſic extollit quaſi ĥ ipſe faciat nõ dñs eius: & in ſe nõ in dño gloriat cũ ſe ipſe deceperit: q; ſic gloriat quaſi nõ acceperit Nos autẽ chariſſimi vt amici dñi eſſe poſſimus: quid noſter dñs faciat ſciamꝰ. Nõ ſolum enim homines: verumetiam iuſtos ipſe facit nos & nõ ipſi nos. Et vt ĥ ſciamꝰ qſ niſi ipſe facit? Nõ ei ſpm hoc modi accepimꝰ ſed ſpiritum qui ex deo eſt: vt ſciamꝰ que

uce. vj.

tb̃. xxv.

B

j. Johan. iiij pos. xviij.

Rhom. viij.

Rhoma. xj.

Matth. xxv

Johan. viij.

Johãnis. j.

j. Corint. j.

j.Corint.ij. a deo donata sunt nobis. Ab ipso quicq̄d boni est/donatur vt sciatur. Ergo quia et hoc bonū est ab ipso vtiq; donatur vt sciatur a quo bonū omne donetur: vt oīno de omnibus bonis qui gloriatur in dño glorietur. Quod v̄o sequitur. vos autem dixi amicos. quia omnia quecūq; audiui a patre meo nota feci vobis ita est ꝓfundum: vt nullo modo sit isto sermone coartandū. sed in alium differēdū.

Explicit tractatus octuagesimus quintus. Incipit tractatus octuagesimussextus. De eo quod dicit. Vos autem dixi amicos: vsq; ad id quod ait. ⁊ fructus vester maneat: vt quodcunq; petieritis patrez in nomine meo det vobis.

A Merito queritur quō accipiendū sit: quod ait dñs. Vos autez dixi amicos: quia omīa quecūq; audiui a patre meo. nota feci vobis Quis autem audeat affirmare vel credere vllum hominū scire oīa quecunq; a patre audiuit vnigenitus filius: quando nec hoc quidem quisq; capit quō a patre audiat vllum verbum. cum ipse sit patris vnicum verbum? Quid est qd̄ aliq̄to post in hoc ipso tamen sermone: quem post cenā

Johan.xvj. ante passionē ad discipulos habuit: multa

Infra tract. xcvj. inquit habeo vobis dicere sed non potestis illa portare modo? Quo igitur pacto intellecturi sumus oīa eum nota fecisse discipulis. quecūq; audiuit a patre: cum propterea quedam multa non dicat. quia scit eos modo portare non posse? Sed nimirū qd̄ facturus est fecisse se dicit: qui ea que futura sunt fecit. Sicut enī dicit per ꝓphe

ps̄.xxj. tam. foderunt man⁹ meas ⁊ pedes. nec ait fossuri sunt velut p̄terita dicens. ⁊ ea tam̄ futura p̄dicens: Ita ⁊ hoc loco ait. omnia se nota fecisse discipulis que se nouit nota esse facturū in illa plenitudine scientie

j.Corin.xiij de qua dicit apostolus. Cum autem venerit qd̄ perfectuz est: quod ex parte est euacuabit̄. Ibi quippe dicit nūc scio ex parte. tunc autem cognoscā sicut ⁊ cognitus sum et nūc per speculum in enigmate: tūc autē

Titum.iij. facie ad faciem. Nam ⁊ ipse apl̄us saluos nos dicit esse factos per lauacrū regenerationis: qui tamen alio loco. spe inquit salui facti sumus. Spes autem que videt̄ nō est spes. Qd̄ enī videt quis/ quid sperat? Si autem qd̄ non videmus speramus: per

j.Petri.j. patientiā expectamus. Unde etiam eius coapl̄s petrus. in quem modo inquit non videntes creditis: quem cum videritis exultabitis gaudio inenarrabili ⁊ honorato ꝑcipientes mercedem fidei salutez animarum vestrarū. Si ergo nunc tempus est fidei. salus autem animarū merces est fidei

Galath.v. Quis dubitet in fide que per dilectionem operatur: ꝑagendū diem vltimū atq; in fine diei recipiendā esse mercedez. non solum redemptionē corꝑis nostri de qua dicit apl̄s paulus. verū etiam salutem aīarū nostrarū. de qua dicit apl̄s petrus? Utriusq; enī rei felicitas. isto tempe atq; in ista mortalitate in spe potius habet̄: q̄ ī re tenetur. Verum hoc interest. q̄ exterior noster homo id est. corpus adhuc corrumpit̄ interior autem, id est. anima iam renouat̄ de die in diem. Itaq; sicut īmortalitatem carnis ⁊ salutem animarū futuram expectamus. q̄uis iaz pignore accepto salui facti esse dicamur: ita oīum noticiam quecunq; vnigenitus audiuit a patre futuraz sperare debemus: q̄uis hoc iam se fecisse dixerit christ⁹. Non vos me elegistis inquit: sz ego vos elegi B Hec ē illa ineffabilis gratia. Quid enim eramus quando christū nōdū elegeram⁹: ⁊ ideo nō diligebam⁹? Nam qui eū nō eligit: quō diligit? Nunq̄d iam in nob̄ erat qd̄ in psalmo canit̄. elegi abiect⁹ esse ī domo dñi: magis

ps̄.lxxxj. q̄ habitare in tab̄naculis peccatoꝝ? Non vtiq;. Quid ergo eram⁹: nisi iniqui ⁊ ꝑditi? Neq; enī iam credideram⁹ in eū: vt eligeret nos. Nam si iam credētes elegit: electos elegit. Cur ergo diceret. non vos me elegistis: nisi qꝛ mīa eius p̄uenit nos. Hic

ps̄.lviij. certe vacat vana illoꝝ rōcinatio. qui p̄scientiam dei defendūt ꝯtra gr̄az dei: ⁊ ideo dicūt nos electos ante mūdi ꝯstitutionē:

Ephes.j. qꝛ p̄sciuit nos deus futuros bonos. nō seipsum nos facturū bonos. Nō h̄ dicit q̄ dicit: Nō vos me elegistis: qm̄ si ꝓpt̄ea nos elegisset qꝛ bonos futuros esse nos p̄sciuerat. simul etiā prescissz qd̄ eū nos fuissem⁹ pri⁹ electuri. Nō enī alit̄ esse possem⁹ boni: nisi forte dicēd⁹ ē bon⁹ q̄ nō eligit bonū Quid ḡ eligit ī nō bōis? Nō eī electi sunt

quia boni fuerunt: qui boni non essent nisi electi essent. Alioqn gratia iam non est gratia: si pcessisse ꝯtendimus merita. Hec quippe electio gratia est: de qua dicit apostolus. Sic ergo ⁊ in hoc tpe reliquie per electionē gr̄e dei salue facte sunt. Vñ subiungit. Si autem gratia: iam non ex operibus: alioqn gratia iam non est gratia. Audi ingrate: ingrate audi. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Non est vt dicas ideo electus sum: quia iam credebā. Si eī credebas in eum: iam elegeras eum. Sed audi. Non vos me elegistis. Non est vt dicas. anteq̄ crederem iam bona opabar: iō electus sum. Quid enī est boni operis ante fidem: cum dicat apl's: omne qd̄ non est ex fide peccatū est? Quid ergo dicturi sumus audiēdo non vos me elegistis: nisi qꝛ mali eramus ⁊ electi sumus: vt boni ꝑ gratiam nos eligentis essem⁹? Non est enim gratia: si pcesserunt merita. Est autem gratia. Hec igitur non inuenit: sed efficit merita. Et videte charissimi: quēadmodū nō eligat bonos: sed qd̄ elegit faciat bonos Ego inquit elegi vos. **et posui vos: vt eatis ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus vester maneat.** Nonne iste est fruct⁹ de quo iam dixerat: sine me nihil potestis facere? Elegit ergo ⁊ posuit vt eamus ⁊ fructum afferamus. Nullū itaq̄ fructum vnde nos elegit habebam⁹. Vt eatis inquit et fructū afferatis. Imus vt afferamus et ipse est via qua imus: ī qua nos posuit vt eamus. Proinde in oībus mīa eius preuenit nos. Et fructus inquit vester maneat: **vt qd̄cunq̄ petieritis patrem ī nomine meo. det vobis.** Maneat ergo dilectio: ipsa est enī fruct⁹ noster. Que dilectio nūc est in desiderio nondū in saturitate: ⁊ ipso desiderio qd̄cunq̄ petierimus in noīe vnigeniti filij dat nobis pr̄. Quod autem accipere saluādis non expedit nobis. non existimem⁹ nos petere in noīe saluatoris: sed hoc petimus in noīe saluatoris. qd̄ pertinet ad rationem salutis.

Explicit tractatus octuagesimus sextus. Incipit tractatus octuagesimusseptimus. De eo quod dicit. Hec mando vobis vt diligatis inuicez: vsqꝫ ad id qd̄ ait. Sꝫ ego elegi vos d̄ mūdo: ꝓpterea odit vos mundus.

ma. xj.

m̄. xiiij

c. lxxxj

A

In lectiōe euāgelica que hanc autecedit: dixerat dn̄s. Non vos me elegistis sed ego elegi vos. ⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus vester maneat: vt qd̄cūq̄ petieritis patrez in noīe meo det vobis. De quibus verbis iam nos quod dn̄s dedit: disseruisse meministis. Hic autem dicit sequēti. s. lectione: quam modo cum recitaret̄ audistis. **Hec mando vobis: vt diligatis inuicē.** Ac per hoc intelligere debemus hūc esse fructum nostrū de quo ait: ego vos elegi vt eatis ⁊ fructum afferatis. ⁊ fructus vester maneat: Et qd̄ adiunxit. vt qd̄cūq̄ petieritis patrē in noīe meo det vobis. Tūc itaq̄ dabit nobis si diligamus inuicē: cum hoc ipsum ipie dederit nobis qui nos elegit non habētes fructū. quia non eum nos elegeram⁹: ⁊ posuit nos vt fructum afferamus. hoc est inuicem diligam⁹. Quem fructum sine illo afferre non possumus: sicut palmites facē sine vite nihil possunt. Charitas ergo est fructus noster: quam definit apostolus/de corde puro ⁊ ꝯsciētia bona et fide non ficta. Hac diligim⁹ inuicē: hac diligimus deum. Neq̄ enī vera dilectiōe diligeremus inuicem: nisi diligentes deuz Diligit enim vnusq̄sq̄ proximū tanq̄ seipsum: si diligit deuz. Nam si non diligit deum. non diligit seipsum. In his enī duob⁹ pceptis charitatis: tota lex pendet ⁊ prophete. Hic est fructus noster. De fructu itaq̄ nobis mandans: hec mādo inq̄t vobis vt diligatis inuicē. Unde ⁊ apostolus paulus. cum contra opera carnis cōmendare fructū spiritus vellet. a capite h̄ posuit: Fruct⁹ inq̄t spūs charitas ē. Ac deinde cetera tanq̄ ex isto capite exorta ⁊ religata ꝯtexuit: que sunt gaudiū. pax. longanimitas. benignitas. bonitas. fides. mānsuetudo. ꝯtinentia. castitas. Quis autem bene gaudet: qui bonū non diligit vnde gaudet? Quis pacem veram nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit. Quis est longanimis in bono opere perseueranter manendo: nisi ferueat diligendo? Quis est benignus: nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus: nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis. nisi ea fide que per dilectionem operatur?

s̄. trac. lxxxj

j. Timoth. j

Matth. xxij

Galath. v.

Galath.v. Quis vtiliter mansuetus: cui non dilectio moderetur? Quis ab eo cōtinet vnde turpetur: nisi diligat vnde honestat? Merito itaq; magister bonus dilectionem sic sepe cōmendat tanq̄ sola p̄cipienda sit: sine q̄ non possunt prodesse cetera bona: ⁊ que non potest haberi sine ceteris bonis. quibus homo efficitur bonus. Pro hac autez dilectione: patienter debemus etiam mundi odia sustinere. Necesse est enim vt nos
B oderit: quos cernit nolle qd̄ diligit. Sz plurimū nos de seipso dn̄s consolat: q̄ cuz dixisset: hec mando vobis vt diligatis inuicem: adiecit atq; ait. **Si mūdus vos odit: scitote quoniā me priorē vobis odio habuit.** Cur ergo se membrū supra verticez extollit? Recusas esse ī corpore: si non vis odium mundi sustinere cū capite. **Si de mundo inquit essetis: mundus quod suū erat diligeret.** Uniuerse vtiq; hoc dicit ecclesie quā plerunq; etiam ipsam mūdi noīe appellat: sic
ij. Corint.v. est illud. Deus erat in christo: mundū re-
Johānis.iij concilians sibi. Itemq; illud. Non veuit filius hoīs vt iudicet mūdum: sed vt saluet mūdus per ipsum. Et in epistola sua iohā-
j. Johan.iij nes ait. Aduocatū habemus ad patrem iesum christum iustum: ⁊ ipse ꝓpiciator est peccatoꝝ nostroꝝ: non tantū nostroꝝ sed etiam totius mūdi. Totus ergo mūdus ecclesia est: ⁊ totus mundus odit ecclesiam: Mundus igitur odit mūdum: inimicus reconciliatū. damnatus saluatū: inquinatus mūdatū. Sed iste mūdus quez deus ī christo reconciliat sibi ⁊ qui per christum saluatur/ ⁊ cui per christuz peccatū omne donatur: de mūdo electus est inimico: dānato: ꝯtaminato. Ex eadem quippe massa q̄ tota in adam perijt. fiunt vasa misericordie. in quibus est mundus pertinens ad
Rhoma.ix. reconciliationem. quam mundus odit ex eadem massa pertinens ad vasa ire: que perfecta sunt ad perditionē. Deniq; cū dixisset. si de mūdo essetis/ mūdus qd̄ suum erat diligeret: continuo subiecit. **Quia vero de mūdo non estis sed ego elegi vos de mūdo: ꝓpterea odit vos mūdus.** Ergo ⁊ ipsi inde erāt/ vnde vt non essent: electi sunt inde non meritis suis quoꝝ nulla bona p̄cesserāt opera: non natura que tota fuerat per liberū arbitrium in ipsa radice viciata. Sed gratuita hoc est vera gratia. Qui enim de mūdo mūdum elegit. fecit qd̄ eligeret non inue- Rhoma.
nit: quia reliquie per electionē gratie salue facte sunt. Si aūt gratia inquit. iam nō ex operibus: Alioq̄n gratia. iam non ē gratia. Si autem queratur quō se diligat mūdus ꝑditionis: qui odit mūdum redēptionis: diligit se vtiq; falsa dilectione nō vera. Proinde falso se diligit: ⁊ vere odit. Qui enī diligit iniquitatē odit animā suā ps.x.
Sed diligere se dicit. qm̄ iniquitatez qua iniquus est diligit: ⁊ rursus odisse se dicit. qm̄ qd̄ ei nocet hoc diligit. Odit ergo ī se naturam. diligit vitiū. Odit qd̄ factus est per dei bonitatē: diligit qd̄ in eo factū est pes liberam voluntatē. Unde nos quoq; illum diligere ⁊ ꝓhibemur si recte intelligimus ⁊ iubemur. ꝓhibemur. s. vbi nobis dicitur: nolite diligere mūdum. iubemur Johānis
autem vbi nobis dicitur. diligite inimicos Luce.vj
vestros. Ip̄i sunt mūdus qui nos odit. Ergo ⁊ ꝓhibemur diligere in illo qd̄ ipse diligit in seipso. ⁊ iubemur diligere in illo qd̄ ipse odit in seipso. dei. s. opificiū ⁊ diuersas bonitatis sue ꝯsolatiōes. Uitiū quippe ī illo diligere ꝓhibemur. iubemurq; diligere naturam. cum ipse in se diligat vitium/ oderitq; naturnm: vt nos eum ⁊ diligamus ⁊ oderimus recte. cum se ipse diligat oderitq; peruerse.

Explicit tractatus octuagesimꝰ septimus. Incipit tractatus octuagesimusoctauus. De eo quod dictum est. Mementote sermōis mei quē ego dixi vobis: vsq; ad id qd̄ ait. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit me.

A **Exhortans dominus seruos suos ad mundi odia ꝑferenda patienter: nullum eis maius ⁊ melius q̄ de seipso ꝓponit exēplū: qm̄ sicut dicit apostolus petrus. Christus pro nobis passus** j. Petri
est relinquēs nobis exēplū vt sequamur vestigia eius. Qd̄ vtiq; si facimꝰ ipso adiuuante facimus qui dixit: sine me nihil potestis facere. Deniq; iam dixerat: si odit Johānis
vos mūdus scitote quia me priorem vob̄ odio habuit: ⁊ nunc in eo qd̄ audistis cum legeretur euāgeliū. mementote inquit

sermonis mei quem ego dixi vobis: Nõ est seruus maior dño suo Si me ꝑsecuti sunt: ⁊ vos ꝑsequentur. Si sermonẽ meũ seruauerũt: ⁊ vr̃m seruabũt. Dicendo autem non est seruus maior dño suo: Nõne euidenť ostẽdit quẽadmodũ intelligere debeamus qđ supius dixerat. iam non dico vos seruos
cta.lxx Ecce enĩ eos seruos dicit. Nunq̃d est aliud. non est seruus maior dño suo: si me ꝑ-
n.viij. secuti sunt ⁊ vos ꝑseqnenť? Manifestũ est
nis.iiij igitur illum seruũ. qui non manet ĩ domo in eternũ. illum pertinentẽ ad timorẽ quẽ foras charitas mittit/esse intelligendũ vbi
n.xv. dictum est/iam non dico vos seruos: Hic autem vbi dicitur. ñ est seruus maior dño suo si me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑsequenť. illũ significari seruũ ꝑtinẽtẽ ad timorez castũ
.xviij. qui ꝑmanet in seculum seculi. Hic enĩ ser-
b.xxv uus est auditur⁹. Euge serue bone: intra ĩ gaudium dñi tui. Sed hec inquit omnia facient vobis ꝓpter nomẽ meum: quia nesciunt euz qui misit me Que omnia facient nisi que dixit? Odio hebebunt scilicet ⁊ ꝑsequenť sermonemq̃ ꝯtemnẽt: quoniam si sermonẽ non seruarent eorum nec tamen odissent eos neq̃ ꝑsequerenť: vel etiam si odissent nec tamẽ ꝑsequerenť: non oĩa facerent. Hec autem oĩa facient vobis ꝓpter nomẽ meũ. quid est aliud dicere q̃ me in vobis odio habebunt: me in vobis ꝑsequenť: ⁊ sermonẽ vestrum quia meus est ideo non seruabunt? Hec enĩ oĩa facient vobis ꝓpter nomẽ meum: non vestrum sed meũ. Tanto igiť miseriores qui ꝓpter hoc nomen ista faciũt. q̃to beatiores qui ꝓpter hoc nomen ista
hei.v. patiunť: sicut ipse alio loco dicit. Beati q̃ ꝑsecutionẽ patiuntur ꝓpter iusticiã. Hoc
inth.j. est enĩ ꝓpter me vel ꝓpter nomen meum: quia sicut apostolus docet. Fact⁹ est sapientia a deo ⁊ iusticia ⁊ sanctificatio ⁊ redemptio: vt quẽadmodũ scriptuz est. qui
B gloriatur in dño glorieť Faciũt quippe ista mali malis sed non ꝓpter iusticiã: ⁊ iõ miseri vtriq̃ ⁊ qui faciunt ⁊ qui patiunť. Faciũt ⁊ mali bonis: vbi ⁊ si non faciũt isti ꝓpter iusticiã. tamen illi ꝓpter iusticiã patiuntur. Sed dicit aliquis. Si mali qñ ꝑsequunť bonos ꝓpter nomen christi. ꝓpter iusticiam boni patiunť: ꝓfecto ꝓpter iusticiam hoc eis mali faciunt. Quod si ita est: ergo ⁊ quando boni malos ꝓpter iusticiã ꝑsequunť: ꝓpter iusticiam etiam mali patiuntur. Si enĩ possunt mali ꝑsecutionẽ facere bonis ꝓpter nomen christi: cur ñ possunt mali ꝑsecutionẽ pati a bonis ꝓpť nomen christi? Et quid est ꝓpter nomẽ christi: nisi ꝓpter iusticiam? Naz si non ꝓpter qđ boni faciunt ꝓpter hoc mali patiuntur quia faciunt boni ꝓpter iusticiam. patiuntur mali ꝓpter iniusticiam: Nec mali ergo ꝓpter hoc possunt facere ꝓpť qđ boni patiunťur: quia faciunt mali ꝓpter iniusticiam. patiunť boni ꝓpter iusticiã. Quomodo ergo erit verum. hec oĩa facient vob ꝓpter nomen meum: cum illi non ꝓpter nomen christi faciant. id est. non ꝓpter iusticiam sed ꝓpter iniquitatẽ suam. Hec questio ita soluiť: Si eo modo intelligam⁹ dictum. hec omnia facient vobis ꝓpter nomen meum vt totum referatur ad iustos: tanq̃ dictum sit. hec omnia patiemĩ ab eis ꝓpter nomen meum. vt hoc sit facient vobis: quod est. patiemini ab eis. Si autẽ ꝓpter nomen meum sic accipitur: tanq̃ diceret: ꝓpter nomen meum qđ in vobis oderunt: ita potest accipi ⁊ ꝓpter iusticiã quã in vobis oderunt. Ac per hoc ⁊ boni cum ꝑsecutionem faciunt malis. possit recte dici ⁊ ꝓpter iusticiam facere quã diligẽdo ꝑsequunť malos: ⁊ ꝓpter iniq̃tatem quam oderunt in ipsis malis. Ita ergo ⁊ ipsi mali possunt dici pati ⁊ ꝓpter iniquitatem q̃ in illis punitur: ⁊ ꝓpter iusticiam que ĩ eorum pena exercetur Item queri potest C
si etiam mali faciunt ꝑsecutionẽ malis. sicut impij reges ⁊ iudices cum essent ꝑsecutores piorum vtiq̃ ⁊ homicidas ⁊ adulteros ⁊ q̃sq̃ maleficos quos ꝯtra leges publicas fecisse cognoscerẽt puniebant: quomodo intelligendũ est qđ ait dñs. si de mũdo essetis. mũdus qđ suũ erat diligeret? s.lxxxvij.
Neq̃ enim quos punit diligit mũdus a q̃ videmus supradicta scelerũ genera plerunq̃ puniri: nisi quia mundus est in eis a quibus talia scelera vel puniunť vel patiuntur: ⁊ mũdus est in eis a quib⁹ talia scelera diliguntur. Mundus itaq̃ ille qui intelligitur in malis atq̃ inpijs/⁊ odit qđ suum est/ex ea parte hominũ qua sceleratis nocet: ⁊ diligit qđ suũ ẽ ex ea parte hominũ q̃ eisdez ipsis sceleratis fauet. Ergo h

omnia facient vobis ꝓpter nomen meum vel ita dictum est ꝓpter qđ vos patimini: vel ita ꝓpter quod ⁊ ipsi faciunt: quia et hoc in vobis dum ꝑsequunt̃ oderunt. Et addidit: quia nesciunt eũ q̃ misit me Hoc ſm eam scientiã dictuz intelligendũ est: de qua ⁊ alibi scriptũ est. Scire autẽ te sensus est ꝯsumatus. Hac quippe scientia qua sciunt patrem a quo missus ẽ christus nullo modo eos ꝑsequunt̃ quos colligit christus: quia ⁊ ipsi cum eis colliguntur a christo.

Et infra. lxxxix. c. xc. a Sapiẽtie. vj

Explicit tractatus octuagesimus octauus. Incipit tractatus octuagesimusnonus. De eo quod dicit. Si non venissem ⁊ locutus eis fuissem: vsq; ad id quod ait. Qui me odit ⁊ patrem meum odit.

A Vperius dixerat dñs ad discipulos suos Si me persecuti sunt ⁊ vos ꝑsequentur. Si sermonem meum seruauerũt: ⁊ vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis ꝓpter nomẽ meum: quia nesciunt eum qui misit me. De q̃bus autem hoc dixerit si queramus: inuenimus eum ad hec verba venisse ab eo qđ dixerat. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Nunc v̄o quod addidit Si non venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatum nõ haberent: iudeos ostendit expressius. De his ḡ et illa dicebat. Naz hoc indicat verboꝝ ipa ꝯtexio. De his ergo dicit. Si nõ venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatum non haberent: de quibus dicebat. Si me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑsequentur. Si sermonẽ meum seruauerunt: ⁊ vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis ꝓpter nomen meum: quia nesciunt eũ qui misit me His enim verbis ⁊ ista subiungit. Si non venissem ⁊ locutus eis fuissem: peccatum non haberẽt. Judei ergo ꝑsecuti sunt christum: quod euidentissime indicat euangelium. Judeis locutus est christus: nõ alijs gentibus. In eis ergo voluit intelligi mũdum qui odit christum ⁊ discipulos eius: imo v̄o non eos solos. sed hos quoq; ad eundem mundum pertinere monstrauit.

Quid est ergo: si non venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatum non haberent? Nunquid sine peccato erant iudei: anteq̃ christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vl̄ stultissimus dixerit? Sed magnũ quoddã peccatum non omne peccatum: quasi sub generali nomine vult intelligi: Hoc est eĩ peccatum quo tenentur cũcta peccata: qđ vnusquisq; si non habeat dimittunt̃ ei cuncta peccata. Hoc est autem: quia non crediderunt in christuz: qui ꝓpterea venit vt credatur in eum. Hoc peccatum si non venisset: non vtiq; haberent. Aduentus q̃ppe eius q̃tum credentibus salutaris/tantum non credentibus exitialis factus est: tanq̃ ⁊ ipse caput ⁊ princeps apostoloruz qđ de se ipsi dixerunt extiterit / quibusdã quidem odor vite in vitam: quibusdam odor mortis in mortem Sed qđ adiũxit atq; ait. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo: potest mouere querentes. vtrum hi ad quos non venit christus nec locutus est eis. habeant excusationem de peccato suo. Si eni non habent: cur hic dictum est ꝓpterea istos non habere. quia venit ⁊ locutus est eis? Si autem habent. vtrum ad hoc habeant vt a penis alienentur: an vt mitius puniãtur? Ad hec inquisita pro meo captu/dño donante respondeo: habere illos excusationem non de omni peccato suo. sed de h̄ peccato quo in christum non crediderunt ad quos non venit ⁊ quibus non est locutus. Sed non ĩ eo sunt numero hi ad quos in discipulis venit. ⁊ quibus per discipulos est locutus: qđ ⁊ nunc facit. Nam ꝑ ecclesiam suam venit ad gentes: ⁊ per ecclesiam loquitur gentibus. Ad hoc enim pertinet qđ ait. qui vos recipit me recipit: ⁊ q̃ vos spernit me spernit. An vultis inquit apostolus paulus experimentũ accipere eius qui in me loquitur christus? Restat inquirere: vtrum hi qui prius q̃ christꝰ veniret in ecclesiam ad gentes. ⁊ priusq̃ euãgelium eius audirent/vite huius fine preuenti sunt seu p̃ueniunt̃: possunt hr̃e hanc excusationẽ? Possunt plane: sed non iõ possunt effugere damnationẽ. Quicunq; enim sine lege peccauerũt. sine lege ꝑibũt et quicunq; in lege peccauerũt/per legem iudicabunt̃. Que quidem apostoli verba

ij. Corint

B

Matthe

ij. Corin

Rhoma

quoniaz id quod ait: peribũt/terribili⁹ so
nat: q̃ q̃d ait/iudicabunt̃: non solum nihil
adiuuare hanc excusationẽ videntur ostẽ
dere. verumetiam plus grauare. Qui enĩ
se qꝛ nõ audierũt excusabunt: sine lege pi
bunt Sed vtrum hi qui cum audierunt cõ
tempserũt vel etiam restiterunt. nec tantũ
ꝯtradicẽdo sed ⁊ eos a quibus audierunt
odijs persequendo/in eis deputandi sunt
de quibus aliquid leuius videtur sonuis-
se. quod dictum est/per legem iudicabun
C tur: merito queritur. Sed si aliud est peri-
re sine lege. aliud iudicari per legem. ⁊ il-
lud est grauius/hoc autem leuius: procul-
dubio non sunt isti in hac pena leuiore po
nendi. qui neq̃ in lege peccauerunt. sz oĩ-
no legem christi accipere noluerũt: ⁊ eam
q̃tũ ad ipsos attinet oĩno nullã eẽ volue
rũt. Illi aũt peccãt ĩ lege q̃ sũt ĩ lege. id ẽ
oma. vij qui eam suscipiũt. eamq̃ sanctam ⁊ man-
datum sanctum ⁊ iustum ⁊ bonũ fatentur
sed infirmitate non implẽt q̃d ab ea rectis-
sime precipi dubitare nõ possunt: Hi sunt
qui aliquo modo forsitan possunt ab eoꝝ
qui sine lege sunt perditione discerni: si ta
men q̃d apostolus ait/per legez iudicabũ
tur sic accipiendũ est. tanq̃ dixerit/nõ per
ibunt: q̃d mirum est. Neq̃ enim de infide-
libus et fidelibus erat sermo vt hoc dice
ret. sed de gentib⁹ ⁊ iudeis: q̃ certe vtriq̃
nisi in eo saluatore saluentur qui venit q̃-
rere quod perierat: ad perditionẽ sine du
bio pertinebũt: q̃uis dici possit. alios gra
uius. alios leuius perituros. id est. alios
grauiores. alios leuiores penas in sua per
ditione passuros. Ille enim perire deo di-
citur: quisquis ab illa beatitudĩe quã dat
sanctis suis per suppliciũ separatur. Tan-
ta autem est suppliciorꝝ: q̃ta diuersitas pec
catorum. que quomodo sese habeat/ al-
tius iudicat sapientia diuina q̃ coniectu-
ra scrutatur aut effatur humana: Isti cer-
te ad quos venit ⁊ quibus locutus ẽ chri-
stus. non habent de magno infidelitatis
peccato illam excusationem: qua possint
dicere. non vidimus nõ audiuimus. Siue
non acceptaretur ista excusatio ab illo cu
ius inscrutabilia sunt iudicia. siue accepta
retur: ⁊ si non vt ab omni damnatiõe libe
rarentur/certe vt aliq̃to leuius damnarẽ
tur: Qui me odit inquit ⁊ patrẽ me-
um odit. Hic nobis fortasse dicat̃. Quis
potest odisse quem nescit. Et vtiq̃ anteq̃
diceret: si non venissem ⁊ locutus eis fuis-
sem/peccatum non haberent: dixerat dis-
cipulis suis. Hec facient vobis: quia nesci s̃. lxxxviij. c.
uut eum qui misit me. Quomodo ergo ne
scierunt ⁊ oderunt? Si enim non q̃d est ip-
se sed nescio quid aliud de illo opinantur
non vtiq̃ ipsum sed illud inueniunt̃ odis-
se quod fiugunt/ aut errando poti⁹ suspi-
cantur. Et tamẽ nisi possent homines odis
se quod nesciunt: non veritas vtrunq̃ di-
xisset quod eius patrem ⁊ nesciunt ⁊ ode
runt. Sed quomodo id fieri possit si adiu-
uante dño per nos demonstrari potest: qꝛ
hec disputatio est iam claudẽda nunc non
potest.

Explicit tractatus octuagesimus
nonus. Incipit tractatus nonage
simus. De eo quod dicit. Qui me
odit ⁊ patrem meum odit.

Vdistis do/
minũ dicentẽ Qui me odit A
⁊ patrem meum odit: q̃
superius dixit. hec facient vo
bis. quia nesciunt eum qui misit me. Non
itaq̃ dissimulanda nascitur questio: quo-
modo possunt odisse quem nesciunt Si eĩ
non quod ipse est/ sed nescio quid ali-
ud eum suspicantur aut credunt ⁊ hoc ode
runt: vtiq̃ non ipsum oderunt sed q̃d sua
mendaci suspitioue vel vana credulitate
concipiunt. Si autẽ q̃d est hoc de illo sen-
tiunt: quomodo eum nescire dicuntur? Et
de hominibus quidem fieri potest: vt eos
sepe quos nunq̃ vidimus diligamus. Ac
per hoc nec illud econtrario impossibile
est: vt eos quos nunq̃ vidimus oderimus
Fama q̃ppe d̃ aliq̃ sermocinãte seu bñ seu
male fit non immerito: vt amemus vel ode
rimus ignotuz. Sed si fama sit verax: quo
modo est de quo vera didicimus dicẽdus
ignotus? An quia eius faciem non vidi-
mus? Quã cum ⁊ ipse non videat: nulli ta
men potest notior eẽ q̃ sibi. Non igitur ĩ
eius facie corporali nobis intimatur cu-
iusq̃ noticia. Sed tunc nobis ad cognitio
nem patet: quando eius mores ⁊ vita non
latẽt. Alioquin nec seipsum nosse quisq̃

potest: qui videre faciem suaz non potest
Sed vtiqz tanto certius q̃z notus est alijs
ipse se nouit: quanto certius interiore con
spectu potest videre qd̃ sapit / videre qd̃
cupit / videre quod viuit. Que cum aperi-
untur et nobis: tũc vere fit cognitus nobis
Hec itaqz quoniã plerumqz ad nos de ab-
sentibus vel etiam mortuis siue fama siue
litteris perferuntur. Hinc fit vt sepe quos
nunquã facie corporis vidim⁹ / non tamen
quos omnino nescimus vel oderimus ho-
mines vel amemus. Sed plerumqz in eis
nostra credulitas fallitur: quia nonnũquã
et hystoria ⁊ multomagis fama mentitur.
Pertinet ad nos ne perniciosa opiniõe fal
lamur: vt quia non possumus hominũ in-
dagari cõscientiã: de ipsis rebus habeam⁹
veram certamqz sententiã: hoc est vt si ille
vel ille hõ vtꝝ sit impudic⁹ pudicusue ne-
scimus: oderim⁹ tamẽ impudiciciã / et pu-
diciciam diligamus. Et si illum vel illũ in
iustum esse iustumue nescimus: amem⁹ ta
men iusticiam / et iniusticiam detestemur:
non quas nobis ipsis errando confingim⁹
sed quas fideliter hanc appetendam illaz
qz vitandam in dei veritate conspicimus:
vt cum de ipsis rebus quod appetendũ est
appetimus / quod deuitandum est deuita-
m⁹: ignoscatur nobis quod de occultis ho
muinm aliquãdo / immo assidue non vera
sentimus. Hoc enim ad humanam tempta
tionẽ pertinere arbitror / sine qua duci ista
non potest vita: ita vt apostolus diceret:
i. Corint. x. Temptatio vos non apprehendat nisi hu-
mana. Quid enim tam humanum quã nõ
posse inspicere cor humanum: et ideo non
eius latebras perscrutari. Sed plerumqz
aliud quã id quod ibi agitur suspicari?
B Quãquã et in his rerũ tenebris huma-
naruz. hoc est cogitationum alienarũ et si
suspitiones intelligẽ nõ possum⁹ qr hoĩes
sumus: iudicia tamen .id est definitas fir-
masqz sententias continere debemus: nec
j. Corin. iiij. ante tempus quicquã iudicare donec ve-
niat dominus ⁊ illuminet abscondita tene
brarum et manifestet cogitationes cordis
et tunc laus erit vnicuiqz a deo. Quando
ergo non erratur in reb⁹ vt recta sit impro
batio viciorum / virtutumqz probatio: pro
fecto si erratur in hominibus venialis ẽ hu
mana temptatio. Per has autẽ humano-
rum cordium tenebras res multum miran
da et multum dolenda contingit: vt eũ nõ
nunquã quem iniustum putamus et tamẽ
iustus est. et iusticiam in eo nesciẽtes quẽ
diligimus deuitemus / auersemur: a nostro
prohibeamus accessu. communem cuz illo
vitã victumqz habere nolimus. eumqz etiã
si discipline ĩponẽde necessitas cogat. siue
ne alijs noceat. siue vt fiat ipse correc-
tior asperitate salubri persequamur. ⁊ ho
minem bonum tanquaz malum affligam⁹
quez nesciẽtes amam⁹. Hoc fit siquis ver
bi gratia cum sit pudicus / a nobis creditur
impudicus. Sine dubio enim si pudicũ di
ligo: hoc est ipse quod diligo. Ergo etiam
ipsum diligo ⁊ nescio: Et si impudicũ odi
non ipsum odi quia non est quod odi. Et
tamen dilecto meo cum quo semper ĩ cha
ritate pudicitie habitat anima mea / facio
ignarus iniuriam: non errans in discretio-
ne virtutum atqz vitiorum. sed in cordium
tenebris humanoꝝ. Proinde sicut fieri po
test vt homo bon⁹ hominẽ bonum oderit
nesciens vel potius diligat nesciens. ipsũ
enim diligit cum bonũ diligit. quia id qd̃
est ille hoc iste diligit: oderit autez nesci-
ens non ipsum sed quod putat esse ipsuz:
Ita fieri potest vt etiam homo iniust⁹ ode
rit hominez iustum: ⁊ dum estimat se sui
similem iniustuz diligere nesciens diligat
iustum. Et tamen dum eum credit iniustũ
diligit non ipsum sed quod putat esse ip-
suz. Quẽadmodũ aũt hoĩez: sic ⁊ deũ. De
niqz si interrogarentur iudei vtrum dilige
rent deum: quid se aliud q̃z diligere respõ
derent. nec ex amino mẽtientes: sed errã-
do potius opinantes. Quomodo enim di
ligerent patrem veritatis: qui hr̃ent odio
veritatem? Nolunt enim sua facta damna
nari: ⁊ hoc habet veritas vt talia fa-
cta damnent̃. Tantum igitur oderunt ve-
ritatem: q̃tum oderunt suas penas q̃s ta-
libus irrogat veritas. Nesciunt autem il-
lam esse veritatem: que tales quales ipsi
sunt damnat. Oderunt ergo quã nesciunt
et cum illam oderunt profecto ⁊ eum de q̃
nata est nisi odisse non possũt. Ac per hoc
quia veritatem qua iudicante damnant̃.
de patre deo natã nesciunt: vtiqz etiam ip
sum ⁊ nesciunt ⁊ oderunt. O miseros ho-
mines: qui cuz esse volunt mali: nolũt esse

veritatem qua damnantur mali. Nolunt enim eam esse quod est. cum ipsi debeant nullo modo esse qd̄ sunt: vt ipsa manente mutentur: ne ipsa iudicante damnent̄.

Explicit tractatus nonagesimus Incipit tractatus nonagesim⁹ primus. De eo qd̄ dicit. Si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatū non haberent. Nūc autem ⁊ viderunt ⁊ oderunt ⁊ me et patrem meum: sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.

Dixerat dominus. Qui me odit ⁊ p̄rez meū odit. Utiq; enim qui odit veritatē: necesse est oderit ⁊ a q̄ veritas nata est. Unde etiam q̄tum datū est locuti sumus. Deīde addidit vnde nobis nūc loquendū est. Si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent: peccatū illud scilicet magnū de quo supius ait. Si n̄ venissem ⁊ locutus eis fuissem: peccatum non haberent. Hoc est peccatū: qd̄ in eum loquentem ⁊ opantē non crediderūt. neq; enim nullum habebant peccatū: anteq̄ loqueretur eis ⁊ oparetur in eis. Sed hoc peccatū qd̄ in eu3 non crediderūt ideo sic cōmemorat̄: quia ipso peccato tenentur ⁊ cetera. Hoc enī si non heberēt ⁊ in eū crederent: dimitterent̄ ⁊ cetera. Sed quid est hoc q̄ cū dixisset. Si opera non fecissem ī eis: mox addidit. que nemo alius fecit? Nulla quippe in opibus christi videntur esse maiora q̄ suscitatio mortuoꝝ: qd̄ scimus etiam antiquos fecisse ꝓphetas. Fecit hoc etiaz helias. fecit heliseus ⁊ cū in hac carne viueret: ⁊ cum in suo monum̄to sepultus iaceret. Nam quidam portantes mortuū cum irruētib⁹ hostibus eo refugissent. eumq; ibi posuissent: cōtinuo resurrexit. Fecit tamen aliqua christus que nemo alius fecit: qd̄ q̄nq; milia hominū d̄ q̄nq; : ⁊ q̄ttuor milia de septem panib⁹ pauit: q̄ sup aquas ambulauit. ⁊ petro vt hoc faceret p̄stitit: q̄ aquam mutauit in vinū: qd̄ aperuit oculos ceci nati: ⁊ alia multa q̄ cōmemorare longū est. Sed r̄ndetur nob̄ et alios fecisse que ipse non fecit: ⁊ q̄ nemo alius fecit. Quis enī nisi moyses egyptios plagis tot tantisq; percussit: diuiso mari populū duxit: Manna de celo esuriētibus impetrauit: aquā de petra sitientib⁹ fudit? Quis nisi iesu naue populo transituro iordanis fluenta diuisit: ⁊ currentē solem emissa ad deum oratione frenauit ⁊ fixit? Quis preter samson ꝓpter suam sitim maxilla mortui asini exundāte satiatus ē? Quis preter heliam curru igneo ī alta subuectus est? Quis preter heliseū qd̄ paulo ante cōmemoraui. sepulto suo cadauere: cadauer alterius reddidit vite. Quis preter danielem inter ora inclusoꝝ secum leonum esurientiū vixit innocuus? Quis preter tres viros ananiā. azariā. misaelē ī flāmis ardentibus ⁊ non vrentibus deambulauit illesus? Pretereo cetera: q̄m hec satis esse arbitror. quibus demonstret̄ ⁊ alios sanctos quedam opera miranda fecisse q̄ nemo alius fecit. Sz qui tā multa vitia ⁊ malas valitudines vexatiōesq; mortaliuz tanta potestate sanaret: nullus oīno legit̄ antiquoꝝ. vt enī taceamus quos iubēdo sicut occurrebāt saluos singl'os fecit: marcus euangelista quodā loco ait. Vespere autem facto cum occidisset sol. afferebant ad eū oēs male habētes ⁊ demonia habētes: ⁊ erat omnis ciuitas ad ianuā ꝯgregata: ⁊ curauit multos qui vexabant̄ varijs languorib⁹: ⁊ demonia mlta eijciebat. Id autem cum memorasset mattheus. etiā testimoniū ꝓpheticū addidit dicens: vt adimpleret̄ quod dictū est per esaiaz ꝓphetam dicentem. Ipse infirmitates nr̄as accepit: ⁊ egritudines portauit. Itez alio loco dicit marcus. Et quocunq; introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates. in plateis ponebant infirmos: ⁊ dep̄cabant̄ eum vt vel fimbriā vestimēti ei⁹ tangerēt: ⁊ q̄tquot tangebant eum salui fiebant. Hec nemo alius fecit in eis. Sic enim intelligēdum est qd̄ ait in eis: nō inter eos vel corā eis: sed prorsus in eis q̄ sanauit eos. Hec quippe intelligi voluit que non solum facerent admirationē. verumetiam manifestam conferrent salutem: ꝑ quibus beneficijs vtiq; amorem non odiū retribuere debuerunt: Omnia quidem ceteroꝝ miracula superat qd̄ est natus ex virgīe: matrisq; integritatē solus potuit nec ꝯceptus vio-

xxix.a
Re.xvij.
Reg.iiij
Reg.xiij
tth.xiiij
tth.xv.
tth.xiiij
annis.ij
ānis.ix.
Exodi.vij.
Exodi.xiiij.
et.xvj.
Exodi.xvij
Josue.iiij.
Josue.x.
Judicū.xv.
iiij.Reg.ij.
vbi.s̄.
Danielis.vj
Danielis.iij
Marci.j.
Matth.viij.
Esaie.liij.
Marci.vj.
B
Luce.ij.

lare nec natus. Sed hoc nec coram eis factum est: nec in eis. Ad agnosendā quippe huius miraculi veritatem: non cōmuni cū eis aspectu. sed discreto ab eis discipulatu apostoli peruenerūt. Jam vo illud qd die tertia in carne in qua occisus fuerat d sepulchro se reddidit viuū. ⁊ nunq̄ deinde moritur⁹ cum illa ascendit in celuz: superat etiam cuncta que fecit. Sed neq̄ h factum est in iudeis: neq̄ coram eis. Et n dum hoc fecerat: quando dicebat. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit. Nimirū ergo sunt illa. que in eorū valitudinibus tanta miracula salutis ostendit: q̄ta in illis antea nemo donauit. Hec enim viderunt: ⁊ hoc eis exprobrans adiungit ⁊ ait. Nunc autem viderunt ⁊ oderunt ⁊ me ⁊ patrem meum. Sz vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Eorum legem dicit. nō ab ipsis inuentam sed ipsis datam: Sicut dicimus panem nostrū quotidianū. quem tamen a deo petimus. addendo da nobis Gratis autem odit: qui nulluz ex odio cōmodum querit vel incōmodum fugit. Sic oderunt dn̄m impij: sic diligunt iusti. Hoc est gratis vt alia preter illuz non expectēt bona: quoniam ipse erit in omnib⁹ omnia Quisquis vo altius attenderit christum dicentem: si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: sed hec ⁊ si pater aut spiritussanctus fecit/nemo alius fecit. qr totius triuitatis vna substantia est: inueniet ipsum fecisse si quando quispiā dei homo tale aliquid fecit. Potest quippe in seipso cuncta per ipsum: nemo autem potest aliquid sine ipso. Christus nanq̄ cum patre et spūsancto non sunt tres dij sed vn⁹ de⁹ de quo scriptum est. Benedictus dn̄s deus israel: qui facit mirabilia solus. Nemo ergo alius fecit quecunq̄ opera in eis fecit: quoniā quisquis alius homo aliquid eorum fecit. ipso faciente fecit: Hec autez ipse nō illis facientibus fecit.

ps̄. xxxiiij.

Matthei. v.

ps̄. lxxj.

Explicit tractatus nonagesimus primus. Incipit tractatus nonagesimussecūdus. De eo qd dicit. Cuz autem venerit paraclytus quē ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit/ille testīoniū ꝑhibebit d me. ⁊ vos testīoniū ꝑhibebit q̄a ab ītio mecū est.

Dominꝰ iesus A

Pin sermone quē locut⁹ est discipulis suis post cenam proximus passioni. tanq̄ iturus et relicturus eos pn̄tia corpali cum omnibus autem suis vsq̄ in ꝯsummationē seculi futurus p̄sentia spūali: exhortat⁹ est eos ad ꝑferēdas ꝑsecutiōes impioꝝ quos mūdi noīe nūcupauit. Ex quo tamē mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit: vt scirent dei gr̄a esse qd sunt: suis autem vitijs fuisse qd fuerūt. Deinde ꝑsecutores ⁊ suos ⁊ ipsoꝝ iudeos euidenter expressit: vt oīno appareret etiam ipsos mūdi damnabilis appellatiōe conclusos/qui ꝑsequūtur sanctos. Cunq̄ d illis diceret qd ignorarent eum a quo missus ē. ⁊ tamen odissent ⁊ patrem ⁊ filiū. hoc est ⁊ eum q̄ missus est. ⁊ eum a quo missus est. de quibus oībus in alijs sermonib⁹ iam disseruimus ad hoc ꝑuenit vbi ait. vt adimpleat̄ sermo qui in lege eorum script⁹ est. quia odio habuerūt me gratis. Deinde tanq̄ ꝯsequent̄ adiūxit: vnde modo disputare suscepim⁹ Cum autem venerit paraclyt⁹ quē ego mittā vobis a p̄re spm̄ veritatis q̄ a p̄re ꝓcedit. ille testimoniuz ꝑhibebit de me: ⁊ vos testimoniū ꝑhibebitis. q̄a ab initio mecū estis Quid hoc ꝑtinet ad illud qd dixerat: nūc autem ⁊ viderūt ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ p̄rez meum sed vt impleat̄ sermo q̄ script⁹ est in lege eoꝝ. qr odio habuerūt me gratis. An qr ꝑaclytus qn̄ venit spūs veritatis: eos q̄ viderūt ⁊ oderūt testimonio manifestatiore ꝯuincit? Immo vo etiam aliq̄s ex illis q̄ viderūt ⁊ adhuc oderāt: ad fidez que ꝑ dilectionē opatur sui manifestatiōe ꝯuertit. Hoc vt ita intelligam⁹: ita factū eē recolimus. Venit enī die pentecostes spiritussctūs in centū viginti hoīes ꝯgregatos in q̄bus ⁊ apostoli oēs erant: q̄ illo adimpleti cū linguis oīum gentiū loquerent̄. plures ex his q̄ aderāt tāto miraculo stupefacti qn̄quidē viderūt loquente petro tam magnū atq̄ diuinū testimoniū ꝑhiberi de christo. vt ille q̄ occisus ab eis inter mortuos deputabat̄ resurrexisse ⁊ viuere ꝓbaret̄ compūcti corde ꝯuersi sunt: ⁊ tanti sanguinis tam impie atq̄ īmanit̄ fusi indulgentiā ꝑceperūt: ipso redempti sangui

Actuum. i.

Actuum. i.

ne quē fuderūt. Christi enī sanguis sic in remissionē pctōꝝ oīum fusus ē: vt ipsum etiam peccatū posset delere quo fusus ē. Hoc ergo intuēs dñs dicebat: odio habuerunt me gratis. Cū aūt venerit paclyt⁹: ille testimoniū ꝑhibebit de me. Tanq̄ dicerет. Odio me habuerūt: ⁊ occiderūt vidētes. Sed tale de me paraclytus testimonium ꝑhibebit: vt eos faciat in me credere ñ
B videntes. Et vos inquit testimoniū ꝑhibebitis: q̄a ab initio mecū estis. Perhibebit spūssctūs: ꝑhibebitis ⁊ vos. Quia enī ab initio mecū estis. potestis ꝑdicare qđ nostis: qđ vt modo nō faciatis. illius spūs plenitudo nōdū adest vobis. Ille ergo testimoniū perhibebit de me: ⁊ vos testimoniū ꝑhibebitis. Dabit enī vo-
mañ. v. bis fiduciam testimoniū ꝑhibēdi charitas dei diffusa in cordib⁹ vr̄is: ꝑ spm̄sctm̄ qui dabitur vobis. Que vtiq̄ petro adhuc defuit: qñ mulieris ancille interrogatiōe perterrit⁹. nō potuit verū testimoniū ꝑhibere: sed ꝯtra suā pollicitationē timore ma-
hā. iiij. gno cōpulsus ē ter negare. Timor autem iste nō est in charitate: sed ꝑfecta charitas foras mittit timorē. Deniq̄ ante passionē dñi seruilis timor eius interrogat⁹ est a femina seruitutis: post resurrectionē dñi liberalis eius amor ab ipso principe libertatis: ⁊ ideo ibi turbabat̄. hic tranquillabat̄ Ibi quē dilexerat negabat: hic quē negauerat diligebat. Sed adhuc etiā tūc amor ipse infirmus fuerat ⁊ angust⁹: donec eum roboraret ⁊ dilataret spūssctūs. Qui postea q̄ illi est abūdantia gr̄e largioris infusus. sic ad ꝑhibendū de christo testimoniū quondā eius frigidū pectus accēdit. atq̄ illa prius trepida que veritatē suppsserant ora reserauit: vt cū oēs in quos venerat spūssctūs linguis oīum gentiū loq̄-
uum. ij. rentur iudeoꝝ circūstantib⁹ turbis: solus ad testimoniū de christo ꝑhibendū pre ceteris ꝓmptius emicaret: eiusq̄ interfectores de illi⁹ resurrectiōe ꝯfunderet. Si quē delectat tam suauit̄ sanctū tale spectaculum intueri. actus apl'oꝝ legat: ibi beatuz petrū quē negantē doluerat. stupeat ꝑdicantem. Ibi linguā illam videat ad fiduciam a diffidētia. ⁊ ad libertatē a seruitute trāslatā. tot linguas inimicoꝝ ꝯuertē ad christi ꝯfessionē: quarū nō valēdo vnā ferre. versa fuerat in negationē. Quid plura Tantus ī illo fulgor gr̄e. tanta spūssancti plenitudo apparebat. tanta de ore ꝑdicantis ꝑciosissime veritatis pondera ꝓcedebant: vt ingētis multitudīs adūsarios interfectores christi iudeos faceret pro illo paratos mori: a q̄bus cum illo formidabat occidi. Hoc fecit spūssctūs tūc missus ante ꝓmissus. Ista dñs magna atq̄ mirāda sua bñficia ꝑuidebat qñ dicebat. Et viderūt ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ patrez meū: vt adimpleat̄ sermo qui in lege eorū script⁹ est quia odio habuerūt me gratis. Cū autem venerit paraclyt⁹ quē ego mittā vobis a patre spiritū veritatis qui a patre procedit. ille testimoniū ꝑhibebit de me: ⁊ vos testimoniū ꝑhibebitis. Ille quippe testīoniū ꝑhibens ⁊ testes fortissimos faciēs. abstulit christi amicis timorē: ⁊ inimicoꝝ odium ꝯuertit in amorem.

Explicit tractatus nonagesimus secūdus. Incipit tractatus nonagesimusterti⁹. De eo qđ dicit. Hec locutus sum vobis vt nō scandalizemini: vsq̄ ad id qđ ait. Sed hec locutus sum vobis: vt cū venerit hora eoꝝ reminiscamini quia ego dixi vobis.

A In his que pre- A
cedūt h euāgelij capitulū. dominus discipulos suos ad inimicoꝝ odia ꝑferēda ꝯfirmās suo prepauit exēplo. vt eū imitādo fierēt fortiores: addēs ⁊ ꝓmittēs eis qđ vētur⁹ eēt spūssctūs q̄ de illo testīoniū ꝑhiberet. ⁊ adijciens qđ ⁊ ipsi fierēt testes ei⁹: h vtiq̄ ī eis opante spūsctō. Sic enī ait. Ille testīoniū ꝑhibebit de me: ⁊ vos testīoniū ꝑhibebitis Utiq̄ qꝛ ille ꝑhibebit: etiā vos ꝑhibebitis Ille in cordib⁹ vr̄is: vos in vocib⁹ vr̄is. Ille inspirādo vos sonādo: vt possit impleri: ī oēz terrā exiuit son⁹ eoꝝ. Paꝝ q̄ppe fuerat eos adhortari exēplo suo: nisi impleret spūscō. Deniq̄ apl's petr⁹ cū iā verba ei⁹ audisset vbi dixerat. Nō est seruus maior dño suo. si me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑsequent̄. ⁊ h ī illo iā vidēt impleri. in q̄ patientiā dñi sui si exēplo sufficēt debuit imitari. succubuit ⁊ negauit: nō vtiq̄ ferēs qđ illū ferre cernebat. Cū v̄o accepit donum spūssci quē negauerat ꝑdicauit: ⁊ quē ꝯfiteri timuerat ñ timuit ꝓfiteri. Pri⁹ ei exēplo q̄dē fuerat edoctus. vt qđ fieri conuenerat nosset: sed nondū fuerat virtute fultus vt qđ nouerat faceret. instructus erat vt staret: sed non erat firmatus ne caderet

ps. xviij.

Johan. xiij.

Capitu. xvj

ps. cxviij.

Rhomañ. v.

Al. absq; synagogis

Rhoma. xj.

Joban. xij.

Johānis. v.

Rhomañ. x.

Qđ postea q̄ per spiritū sanctum factum ē annūciauit vsq; ad mortem. quez negauerat timens mortem. Ideo dominus in hoc consequenti capitulo de quo nunc nob̄ loquendum est: hec inquit **locutus sum vobis. vt non scandalizemini**. Canitur quipe in psalmo. Pax multa diligētibus legem tuam dñe: z non est illis scandalum. Merito itaq; promisso spiritusancto quo in eis operante fierent testes eius subiunxit: hec locutus sum vobis vt non scandalizemini Cum enī charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: fit pax multa diligentibus legem dei. z non sit eis scandalum. Deinde que passuri essent: iam exprimens ait. † **Extra synagogas faciēt vos**. Quid autem mali erat apostolis expelli de synagogis iudaicis? quasi nō inde fuerant se separaturi: etiam si eos nullus expelleret? Sed nimirum hoc voluit denunciare. quia iudei christum non fuerant recepturi: a quo isti non fuerāt recessuri. Et ideo futurum erat vt fozas mitterentur cum illo ab eis qui esse nollent ī illo: hi qui esse non possent sine illo. Nam profecto quia non erat vllus alius populus dei q̄ illud semen abrae: si agnoscerēt et reciperent christum tanq; rami naturales in oliua permanerent: nec alie fitrent ecclesie christi. alie synagoge iudeozū: eedem quipe essent: si in eodem esse voluissent. Qđ quia noluerunt: quid restabat. nisi vt remanentes extra christum. extra synagogas facerent eos qui nō relinquerēt christum? Accepto quipe spiritusancto testes eius effecti: non vtiq; vt tales eēnt de quibus dicitur. multi principes iudeozum crediderunt in eum: sed propter metuz iudeozum ne repellēnt de synagogis: nō audebant confiteri eum. Dilexerunt enī gloriam hominū: magis q̄ dei. Crediderūt ergo in eum: sed non sic quomodo eos volebat credere qui dicebat. Quomodo potestis credere gloziam ab inuicem expectantes: z gloziam que a solo deo est non quezentes? Discipulis ergo sic in eum credentibus vt impleti spiritusancto. hoc est dono gratie dei non sint de numero eozum q̄ ignozantes dei iusticiam. z suam volentes constituere/iusticie dei non sunt subiecti nec de illozum de quibus dictum est. dilexerunt gloziam hominū magis q̄ dei: illa congruit prophetia que de ipsis inuenitur impleta. Domine in lumine vultus tui ambulabunt: z in nomine tuo exultabuat tota die z in tua iusticia exaltabuntur: quoniam gloria virtutis eozum tu es. Merito eis dicitur: extra synagogas faciēt vos: illi scilicet qui zelum dei habent. sed nō fm scientiam. Propter qđ ignozantes dei iusticiam z suam volentes cōstituere eos expellunt qui non in sua sed ī dei iusticia exaltabunt: nec expulsi ab omnibus erubescūt. quoniam gloria virtutis eozum ipse est. Deniq; cū hoc eis dixisset adiecit. Sz **venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiū se prestare deo: z hec faciēt vobis. qa ñ cognouerunt patrem neq; me**: hoc est non cognouerunt deum nec eius filiuz cui se in vobis occidendis prestare arbitrantur obsequium. Que verba dominus ita subiunxit: tanq; ex hoc consolaretur suos qui de synagogis iudaicis expellerentur. Prenūcians enim que mala essent pro eiº testimonio perpessuri. extra synagogas inquit faciēt vos: nec ait. z venit hoza vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiū se prestare deo. Quid ergo ait? Sed venit hoza: quemadmodū diceret: si aliquid boni post ista mala predicaret. Quid sibi ergo vult extra synagogas facient vos: Sed venit hoza: Tanq; hoc dicturº fuisset. Separabunt quidez illi vos: sed ego vos colligam. Aut separabunt quidem illi vos: sed venit hoza leticie vestre. Quid ergo ibi facit hoc verbū quod ait. sed venit hora: quasi consolationez eis promitteret pº tribulationem: cum magis dicere debuisse videatur indicatiuo modo. z venit hora? Sed non ait z venit: cum tribulationē super tribulationē. non consolationē post tribulationem venturam illis esse predicere. An forte sic eos illa de synagogis separatio fuerat turbatura: vt moꝛ mallent quā in hac vita sine iudeozum congregationibus imozari? Absit vt sic turbarentur q̄ dei nō hominū gloziā requirebāt. Quid ḡ est extra synagogas facient vos sz venit hoza: cum potius dicere debuisse videaꝛ et venit hoza vt omis qui interficit vos ar

ps. lxxxv

Rhomañ.

B

bitretur obsequiũ se prestare deo? Neq; enim saltem dictum est sed venit hora vt interficiant vos: quasi vt eis mors pro consolatione illius separationis accideret: Sed venit hora inquit. vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiũ se prestare deo. Prorsus non mihi videtur aliud significare voluisse: nisi vt intelligerent atq; gauderent tam multos se christo acquisituros cum de iudeorum congregationib⁹ pellerentur vt eos quidem non sufficerent pellere sed non sinerent viuere: ne omnes ad nomen christi sua predicatione conuerterent ⁊ ab obseruatione iudaismi tanq̃ diuine veritatis auerterent. Hoc enim de iudeis dictum debemus accipere: de quibus dixerat: extra synagogas facient vos Nam testes. id est. mart res christi etiam si occisi sunt a gentilibus: non tamẽ illi arbitrati sunt deo sed dijs suis falsis obseq̃um se prestare cũ hec facerent. Judeorũ autem omnis qui occidit p̃dicatores christi deo se putauit prestare obsequiũ: credens qd̃ desererent deum israel quicunq; conuerterent̃ ad deum christum: vt eni et ip̃m xp̃m occiderẽt: ista rõne cõmoti sunt. Nam eorum de hac re etiam verba cõscripta sunt. Videtis quia totus mũdus post eum abijt? Si dimiserimus eũ viuere: venient rhomani ⁊ tollant nobis ⁊ locum et gentem. Et qd̃ cayphas dixit. Expedit vt vn⁹ hõ moriat̃ pro populo ⁊ non tota gẽs pereat. Et in hoc ergo sermone suo discipulos suos erexit exemplo: quibus dixerat. Si me persecuti sunt: ⁊ vos persequẽtur. vt quemadodũ illum occidendo deo se prestitisse obsequiũ putauerunt: sic etiam illos. Iste itaq; sensus est in his verbis extra synagogas facient vos: Sed nolite solitudinẽ formidare. Separati quippe a congregatione eorum tam multos in noĩe meo congregabitis: vt illi metuẽtes ne tẽplum quod erat apud eos ⁊ omnia legis veteris sacramenta deserantur interficiẽt vos: sic fundentes sanguinem vestrum vt deo se prestare arbitrentur obsequiũ. Ecce est illud quod de his dixit apostolus. Zeium dei habent/sed non ꝑm scientiam: obsequium se putant prestare deo interficiendo famulos dei. O error horrendus. Ita ne vt placeas deo: percutis placentem deo? Et templum dei viuũ te feriente prosternitur: ne dei templum lapideum deseratur? O execrabilis cecitas. Sed ex parte ĩ israel facta est vt plenitudo gentium intraret: ex parte inq̃ facta est non ex toto. Non enim omẽs sed aliqui ex ramis fracti sũt: vt insereretur oleaster. Naz spiritusancto implente discipulos christi cuz linguis omniũ gentium loquerent̃: cum ꝑ eos diuina miracula frequentarent̃ ⁊ diuina eloquia spargerent̃: etiã occisus ita dilectus est christus: vt eius discipuli expulsi a congregationib⁹ iudeorũ: ex ipsis q̃q; iudeis ingentem multitudinem congregarent: ⁊ nullã solitudinẽ formidarent. Hĩc ergo accensi ceteri reprobi ⁊ ceci zeluz dei habentes sed non ꝑm scientiam ⁊ obsequium se prestare deo credentes: occidebant eos. Sed pro illis occisus colligebat eos: qui de his futuris anteq̃ occideret̃ instruxerat eos: ne ignaros atq; imparatos animos mala inopinata ⁊ improuisa q̃uis cito transitura turbarent: sed precognita et patienter accepta/ad bona sempiterna ꝑducerent. Hanc enim fuisse causam vt hec eis prenũciaret: etiam ipse demonstrauit adiungens. Sed hec locutus suz vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi vobis. Hora eorum. hora tenebrosa: hora noctẽna. Sed in die mandauit dñs misericordiam suã. ⁊ in nocte declarauit: quando nox iudeorum separatũ a se diem christianorum/nulla confusione fuscauit: ⁊ quando carnem occidere potuit. fidem tenebrare non potuit.

Rhoma. xi.

ps. xlj.

Explicit tractatus nonagesimus tertius. Incipit tractatus nonagesimusquartus. De eo quod dicit: Hec autem vobis ab initio nõ dixi quia vobiscum eram: vsq; ad id quod ait. De iudicio autem q̃a prĩceps huius mundi iudicatus est.

Cum domin⁹ Ciesus p̃dixissz discipl'is suis ꝑsecutiõs q̃s passuri fuerãt p⁹ ei⁹ abscessuz subiũxit atq; ait Hec ãt ab initio nõ dixi vobis q̃a vobiscũ erã. Nũc ãt vado ad euz

C

mãnis. xij

man. xiij.

romañ. x.

A

qui misit me. Vbi primū videndū est: vtrū eis futuras ñ p̄dixerit añ passiones.
Matthei .x. Marci .xiij. Sed alij tres euangeliste satis eum predixisse ista demonstrant anteq̄ventum esset ad cenam: qua peracta fm iohannem/ista locutus est vbi ait. Hec autem vobis ab initio non dixi: quia vobiscū eram. An forte hinc ista soluitur questio: quia ꝛ illi euz narrant passioni proximum fuisse cum hec diceret? Non ergo ab initio quando cum illis erat: quia iam discessur⁹ iamq̄ ad patrem perrecturus hec dixit. Et ideo etiam fm illos euangelistas verum est qō hic dictum est: hec autem vobis ab initio nō dixi. Sed quid agimus de fide euangelij fm matthеum qui hec eis a dño non solum cū iam pasca esset cum discipulis cenaturus iminente passione. verum ꝛ ab initio denūciata esse cōmemorat: vbi primū nominatim duodecim exprimunt apostoli ꝛ ad opera diuina mittuntur? Quid sibi ergo vult quod hic ait. hec autem vobis ab initio non dixi quia vobiscuz eram: nisi quia ea que hic dicit de spiritusancto qō sit venturus ad eos ꝛ testimoniū perhibitur⁹ q̄n do mala illa passuri sunt. Hec ab initio eis non dixit: quia cum ipsis erat. Consolator ergo ille vel aduocatus: vtrunq̄ enim interpretatur qō est grece pataclyt⁹: christo absc̄edente fuerat necessarius: ꝛ ideo de illo non dixerat ab initio quādo cum illis erat qz eius presentia cō solabant. Absc̄essur⁹ autem oportebat vt diceret illum esse vēturum. per quem futurum erat vt charita
Rhomañ .v te diffusa in cordibus suis verbum dei cū fiducia predicarent: ꝛ illo intrinsecus apō eos testimoniū perhibente de christo. ipsi quoq̄ testimoniū perhiberent: neq̄ scandalizarent cuz inimici iudei absq̄ synagogis facerent eos ꝛ interficerent arbitrātes
s. tra. xciij. a obsequiū se prestare deo: quoniam charitas omnia tolerat que diffundēda erat in cordibus eorum per spiritussancti donum Hinc ergo iste totus ducitur sensus. quia facturus eos erat martyres suos. id est. testes suos per spiritumsanctū: vt illo in eis operante persecutionū quecunq̄ aspera tolerarent: nec frigescerent a charitate p̄dicandi. illo diuino igne succensi. Hec ergo inquit locutus sum vobis. vt cum venerit hora eorum reminiscami quia ego dixi vobis. Hec scilicet locutus sum vobis. nō tantum quia passuri estis ista sed quia cū venerit paraclytus ille testimoniū perhibebit de me: ne ista timendo taceatis. Un de fiet: vt etiā vos testioniū perhibeatis. Hec autem vobis ab initio non dixi: quia vobiscum eram. Et ego vos consolabar: mea corporali presentia exhibita humanis sensib⁹ vestris quā paruuli cape poteratis

Nunc autem vado ad eum q̄ me misit: ꝛ nemo inquit ex vobis interrogat me quo vadis. Significat sic se iturum vt nullus interrogaret: qō palā fieri visu corporis cernerent. Nam superius Johan.x interrogauerāt eum quo esset iturus: ꝛ responderat eis se iturum quo ipsi tunc venire non possent. Nunc vō ita se promittit iturum: vt nullus eorum quo vadit interroget. Nubes enim suscepit eum quando Acuum. ascendit ab eis: ꝛ cuntem in celum nō verbis quesierunt sed oculis deduxerūt. **Sz quia hec locutus sum vobis inquit tristicia implebit cor vestrum.** Videbat vtiq̄ quid illa sua verba in cor corporibus egerent: spūalem quippe nondum interius habentes consolationē quā p̄ spiritū sanctum fuerant habituri id quod exterius ī christo videbant amittere metuebant: ꝛ quia se amissuros esse illū vera denunciātē dubitare non poterant. ꝓtristabatur humanus affectus. quia carnalis desolabatur aspectus. Mouerat autē ille qd eis potius expediret: quia visus interior ipse est vtiq̄ melior. quo eos consolatur⁹ fuerat spiritussanct⁹: non cernentiū corporibus ingesturus corpus humanū. sed seipsum credentiū pectoribus infusur⁹. Deniq̄ adiungit. **Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclytus non veniet ad vos: Si autem abiero. mittam eum ad vos:** Tanq̄ diceret. Expedit vobis vt hec forma serui auferatur a vobis: caro qdē factū ẋbū habito in vobis. Sed nolo me carnaliter adhuc diligatis. ꝛ isto lacte p̄ēti sp infantes eē cupiatis: expedit vob vt ego vadā. si ei non abiero: paraclytus non veniet ad vos Si alimenta tenera quibus vos alui non subtraxero: solidum cibum non esurietis.

Si carni carnaliter heseritis: capaces spi-
C ritus non eritis. Nā quid est si nō abie-
ro paraclytus non veniet ad vos: si autem
abiero mittam eum ad vos? Nunquid hic
positus eum non poterat mittere? Quis h̄
dixerit? Neq; enim vbi ille erat iste inde
recesserat: ⁊ sic venerat a patre vt nō ma-
neret in patre. Postremo quomodo eum
etiam hic constitutus non poterat mittere
Matthei.iij quem scimus super eum baptizatum ve-
nisse atq; mansisse: imo vo a quo scim⁹ eū
nunq̄ separabilem fuisse? Quid est ergo. si n̄
abiero paraclytus non veniet ad vos: nisi
non potestis capere spirituz. q̄diu ꝑm car
nem persistitis nosse christum? Unde ille
inquit: qui iam ceperat spiritum. Et si no
Corint.v. ueramus inquit ꝑm carnem christum: sed
nunc iam non nouimus. Etiam ipsam q̄p-
pe carnem christi non ꝑm carnem nouit: q̄
verbum carnem factum spiritualit̄ nouit.
Hoc nimirum significare voluit: magister
bonus dicendo. si enim non abiero para-
clytus non veniet ad vos: si autem abiero
mittā eū ad vos. Christo āt discedēte cor-
poraliter: non solum spūssanctus. sed ⁊ pa
ter ⁊ filius illis affuit spiritualit̄. Nā si ab
eis sic abscessit christ⁹ vt ꝓ illo n̄ cū illo in
eis esset spiritussanctus: vbi est eius ꝓmis
Mat.xxviij sio dicentis: ecce ego vobiscum sum vsq;
Johan.xiiij ad ꝯsummationē seculi: ⁊ veniem⁹ ad euz
ego ⁊ pater. ⁊ mansionē apud eum facie-
mus: cum ⁊ spiritūsanctū ita se promiserit
esse missurum vt cum eis esset in eternuz?
Ac per hoc cum ex carnalibus vel anima-
libus essent spirituales futuri: profecto et
patrem ⁊ filinm ⁊ spiritūsanctū capacius
fuerant habituri. In nll'o ḡ credēdus est
esse pat̄ sine filio ⁊ spūssctō. aut sine pr̄e ⁊
filio spūssanctus. aut pater ⁊ spūssanctus
sine filio: sed vbi eorū quilibet vn⁹. ibi tri
nitas deus vnus. Oportebat autem ita in
sinuari trinitatem: vt q̄uis nulla esset diū
sitas substantiarū. singillatim tamen com-
mendaret̄ distinctio personarum: vbi eis
qui recte intelligunt. nunq̄ videri potest
separatio naturarum. Quod autem sequi
tur. et cum venerit ille arguet mun-
dum de peccato. ⁊ de iusticia. ⁊ de
iudicio. De peccato quidem quia
non crediderūt in me. De iusticia
vo quia ad patrem vado ⁊ iam nō
videbitis me. De iudicio autez q̄a
princeps huius mundi iudicat⁹ ē
tanq̄ solum sit peccatum n̄ credere in chri
stum. ⁊ tanq̄ ipsa sit iusticia nō videre chri
stum. ⁊ tanq̄ ipsuz sit iudiciū. qd̄ princeps
huius mūdi. hoc est diabolus iudicatus ē:
valde latebrosum est nec isto sermone co-
artandum. ne fiat obscurius breuitate:
sed alio potius q̄tum dn̄s adiuuerit expli
candum.

Explicit tractatus nonagesimus:
quartus. Incipit tractatus nona-
gesimusquintus. De eadem lectiōe

Promittēs do A
minus missurum se spiritum-
sanctum: cum venerit inq̄t
ille arguet mūdū de pec
cato. ⁊ de iusticia. ⁊ d̄ iudicio. Quid
est hoc? Nunquid nam dn̄s christus non s̄.tra.lxxxix
arguit mundū de peccato cum ait: Si non
venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatum
non haberent. Nunc autem excusationez
non habent de peccato suo? Sed ne quis
forte dicat hoc ad iudeos ꝓprie pertinere
non ad mūdum: Nonne alio loco inq̄t. Si Johānis.xv
de mūdo essetis mūdus qd̄ suū erat dili-
geret? Nunquid nō arguit de iusticia vbi
ait: pater iuste mūdus te non cognouit? Johan.xvij
Nunquid non arguit de iudicio vbi se ait
finistris esse dicturuz: ite in ignem eternū Matth.xxv
qui paratus est diabolo ⁊ āgelis eius? Et
multa alia repiuntur in sancto euangelio:
vbi de his christus arguit mūdum. Quid
est ergo: qd̄ tanq̄ ꝓprie tribuit hoc spiri-
tuisancto? An forte quia christus ī iudeo
rum gente tantū locutus est mundū non
videtur arguisse: vt ille intelligatur argui
qui audit arguentem? Spiritus autē san-
ctus in discipulis eius toto orbe diffusis:
non vnam gētem intelligitur arguisse sed
mundum. Nam hoc illis ait ascensurus in
celum. Non est vestrum nosse tempora vl' Actuum.j.
momēta que pater posuit ī sua ptāte: sed
accipietis virtutem spiritussancti superue
nientis in vos: ⁊ eritis mihi testes in hie-
rusalem ⁊ in tota iudea ⁊ ī samaria ⁊ vsq;

ad fines terre. Hoc est arguere mundum. Sed quis audeat dicere qō p discipulos christi arguet mūdum spiritussanctus: t ñ arguat ipse christus? Cum clamet apostolus. An vultis accipere experimentū eius qui in me loquitur christus? Quos itaq; arguit spiritussanctus: arguit vtiq; t christus. Sed ꝯtum mihi videtur quia p spiritumsanctum diffundenda erat charitas in cordibus eorum que foras mittit timorem/quo impediri possint ne arguere mū dum qui persecutiōib⁹ fremebat auderēt: propterea dixit: ille arguet mūdum. tanq; diceret. ille diffundet in cordibus vestris charitatem. Sic enim timore depulso: arguendi habebitis libertatem. Sepe autē diximus insepabilia opera esse trinitatis. sed singillatim cōmendādas fuisse personas: vt non solum sine separatione verum etiam sine confusione t vnitas intelligat er trinitas. Exponit deinde quid dixerit de peccato t de iusticia t de iudicio. **De peccato quidem inquit: quia nō crediderunt in me.** Hoc enim peccatum quasi solum sit pre ceteris posuit: q; hoc manente cetera detinentur. t hoc discedente cetera remittunt. **De iusticia vo inquit quia ad patrem vado: et iam non videbitis me.** Hic primo videndum est. si recte quisq; arguitur ō peccato: quomodo recte arguitur t de iusticia. Nunquid si arguēdus est peccator p pterea quia peccator est: arguendum putauit quisq; t iustum. propterea quia iust⁹ est? Absit. Nam t si aliquando iustus arguitur: ideo recte arguitur quia scriptum est. Non ē iustus in terra: qui faciat bonū et non peccet. Quocirca etiam cum iustus arguitur de peccato arguitur non de iusticia: quoniam t in illo quod legimus diuinitus dictum. noli effici iustus multum. nō est notata iusticia sapientis sed superbia presumentis. Qui ergo fit multus iustus: ipso nimio fit iniustus. Multum enī se facit iustum. qui dicit se non habere peccatum. aut qui se putat non gratia dei s; sua voluntate sufficiente effici iustum: nec recte viuēdo iustus est. sed potius inflatus putando se esse quod non est. Quo pacto igitur mundus arguendus est de iusticia: nisi de iusticia credentium? Arguit itaq; de peccato quia in christum non credit: et arguitur de iusticia eorum qui credūt. Ipsa quipe fidelium comparatio: infidelium est vituperatio. Hoc t ipsa expositio satis indicat. Volens enim aperire quid dixerit: de iusticia vo inquit quia ad patrem vado t iam non videbitis me. Non ait. et iam non videbunt me de quibus dixerat. quia non credunt in me: sed peccatum qd vocaret exponens. de illis locutus est dicens: quia non credunt in me. Exponens autem quam dixerit iusticiam ō qua vt dixit mundus arguitur: ad ipsos quibus loquebatur se cōuertit atq; ait. Quia ad patrem vado: t iam non videbitis me. Quapropter mundus de peccato quidem suo. de iusticia vo arguitur aliena: sicut arguūtur de lumine tenebre. Omnia enim que arguuntur ait apostolus: a lumine manifestantur. Quum enim malum sit eorum qui non credunt: non solum per seipsum. verumetiam ex bono potest eorum apparere qui credunt. Et quoniam ista vox infidelium esse consueuit. quomodo credimus quod non vidimus: Ideo credentiū iusticiā sic oportuit definiri. quia ad patrem vado t iam non videbitis me. Beati enim qui non vident t credunt. Nam et qui viderunt christum non in eo laudata est fides eorum quia credebant quod videbant. id est. filium hom̄s: sed quia credebant quod non videbant. id est. filium dei. Cum vo t ipsa forma serui subtracta eorum esset aspectibus: tum vo ex oī parte impletum est. iustus ex fide viuit. Est ei fides: sicut in epistola que ad hebreos est diffinitur: sperandarū substantia t conuictio rerum que non videntur. Sed quid ē iam non videbitis me? Non enim ait. ad pr̄z vado t ñ videbitis me. Vt tpis interuallum quo non videbatur significasse intelligeretur: siue breue siue longum. tamē vtiq; terminatū. Sed dicendo iam non videbitis me: velut nunq; deceterο visuros eos christum veritas pnūciauit? Hec ne iusticia est nunq; christum videre t in eū tam en credere: cuz propterea laudetur fides ex qua iustus viuit. quoniam credit quem modo non videt christum. se aliq̄ndo esse visurum? Postremo fm hanc iusticiam nunquid dicturi sumus paulum apostolum non fuisse iustum: confitentem se christum vidisse post ascensionē ei⁹ ī celū

ij. Corin. xiij
Rhoma. v.
j. Johā. iiij.
B
Eccles. vij.
Ephes. C
Johānis
Rhoma
Hebreo
j. Corin.

de quo vtiq; iam tempore dixerat: iaz non videbitis me. Nunquid secundũ hanc iusticiam iustus non erat gloriosissimus stephanus: qui cum lapidaretur ait: ecce video celum apertum: et filiũ hominis stantem ad dexteram dei? Actu. vij. Quid ergo est ad patrem vado: et iam non videbitis me: nisi quomõ sum cum nobiscum sum? Tunc enĩ adhuc erat mortalis in similitudĩe carnis peccati: qui esurire poterat atq; sitire: fatigari atq; dormire. Hunc ergo christũ idest: talem christuz cum transisset de hoc mundo ad patrem non erant iam visuri: ⁊ ipsa est iusticia fidei de qua dicit apostolus: ij. Cor. v. Et si noueramus christum secundum carnem: sed nunc iã non nouimus. Erit itaq; ĩquit vestra iusticia qua mũdus arguetur: quia vado ad patrem et iaz non videbitis me: quõ in eum quem non videbitis credetis in me: et quãdo me videbitis q̃d tunc ero: non videbitis me quod sum vobiscũ modo: nõ videbitis me humilẽ sz excelsum: non videbitis mortalem: sed sempiternum. non videbitis iudicandum: sed iudicaturum: et de hac fide vestra. idest. iusticia vestra: arguet spiritussctũs incredulum mundũ. D Arguet etiam de iudicio: quia princeps huius mũdi iudicatus est. Quis est iste nisi ꝺ quo ait Joh. xiiij. alio loco: ecce venit princeps mundi et in me nihil inuenit: idest nihil iuris sui: nihil quod ad euz pertineat: nulluz scilicet omnino peccatum? Per hoc em̃ est diabolus princeps mundi: non em̃ celi et terre ⁊ omnium que in eis sunt est diabolus prĩceps qua significatiõe intelligitur mundus vbi dictum est: et mundus per eum factus est Joh. j. Sed mundi est diabolus prĩceps: de quo mundo ibi continuo subiungit atq; ait: et mundus eũ nõ cognouit: hoc est, hõines ĩ fideles: quibus toto orbe terraruz mund⁹ est plenus: Inter quos gemit fidelis mundus: quem de mundo elegit per quem factus est mundus: de quo ipse dicit. Joh. iij. Nõ venit filius homĩs vt iudicet mundum: sz vt saluetur mundus per ipsum. Mundus eo iudicante damnatur: mundus eo subueniente saluatur: quoniam sicut arbor folijs et pomis: sicut area paleis et frumentis: ita infidelibus et fidelibus plenus est mũdus. Prĩceps est ꝯ mundi huius: hoc est princeps tenebrarum haruz. hoc est infidelium de quibus eruitur mũdus quibus dicitur: fuistis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Eph. vj. Princeps mundi huius de quo alibi dicit. Eph. v. Nunc princeps mũdi huius missus est foras: vtiq; iudicatus est: quoniam iudicio ignis eterni irreuocabiliter destinatus est. Joh. xij. Et de hoc itaq; iudicio quo prĩceps iudicatus est mũdi: arguitur a spiritusancto mundus: quoniã cum suo principe iudicatur: quem superbus atq; impius imitatur. Si em̃ deus sicut dicit apostolus petrus / peccãtibus agnelis nõ pepercit: sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos seruari: quomodo nõ a spiritusctõ de hoc iudicio mundus arguitur: quãdo in spiritusancto hec loquitur apostolus? ij. Pe. ij. Credant itaq; homĩes in christum ne arguantur de peccato infidelitatis sue: quo peccata omnia detinentur. Transeãt in numerũ fidelium: ne arguantur de iusticia eoruz: quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudiciũ / ne cum mundi principe dãpnentur: quem iudicatum imitantur. Etenĩ ne sibi existimet parci superbia dura mortalium: de superborum supplicio terrenda est angelorum.

Expilcit tractatus nonagesimus quintus. Incipit tractatus nonagesimussextus. Ab eo quod scriptum est: Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo: Cuz autẽ venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnẽ veritatem.

In isto sancti A euangelij capitulo vbi dñs ait discipulis suis: adhuc multa habeo vobis dicere sz nõ potestis portare mõ: pri⁹ querẽdũ illud occurrit q̃mõ supius dixerit om̃ia que audiui a patre meo nota feci

vobis: et hic dicat: adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo Verum illud quomõ dixerit: quod nõdũ fecerat tãq̃ fecerit: sic ea q̃ futura sũt deũ fecisse ꝓpheta testat̃ dicẽs: qui fecit que futura sunt. iam cũ ipsa verba tractarem⁹/ vt potuimus exposuimus. Nunc ergo que ista sint que apostoli tũc portare nõ poterant: vultis forsitã scire. Sed quis nr̃m audeat eorum se dicere iã capacẽ: que illi capere non valebant? Ac per hoc nec a me expectanda sunt vt dicantur que forte nõ caperem si mihi ab alio dicerẽtur: nec vos ea portare possetis: etiã si ego tantus essẽ vt a me ista que vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidem potest vt sint in vobis aliqui ad ea capienda iaz idonei: que alij capere nondũ valẽt: et si non omnia de q̃bus magister ille deus dicebat: adhuc mlta habeo vobis dicere: tamẽ eorũ fortasse nonnulla. Sed que nam sint ista que ip̃e non dixit: temerariũ est velle presumere ⁊ dicere: Nam et mori pro christo nondum erant idonei tunc apostoli quib⁹ dicebat: nõ potestis me sequi modo. Unde prim⁹ eorum petrus: qui hoc iam se posse presũpserat: aliđ expertus est quã putabat. Et tamen postea: et viri et mulieres: pueri et puelle: iuuenes ⁊ virgines: senes cũ iunioribus: innũerabiles martyrio coronati sũt et posse inuente sunt oues: quod tunc q̃ndo ista dominus loquebatur: nondũ poterant portare pastores. Nunq̃d ergo debuit illis ouibus dici in illo temptatiõis articulo: quod certare vsq̃ ad mortem pro veritate oportebat: et pro christi noĩe vl̃ doctrina sanguinẽ fundere? Nunq̃d inquaz debuit eis dici: quis vestrũ audeat idoneum martyrio se putare: cui petrus idone⁹ nondũ fuerat quãdo euz os ad os ip̃e dominus instruebat? Sic itaq̃ dixerit aliq̃s non debere dici populis christianis audire cupientibus: que sint de quibus domin⁹ tũc dicebat: adhuc mlta habeo vob̃ dicere sed non potestis portare modo: si apostoli nondũ poterãt: multo minus vos potestis: quia forte sic multi possunt audire/ quod tũc nondũ poterat petrus: sic multi possunt martirio coronari: quod tũc nõdum poterat petrus: preserti iaz misso spiritusancto qui tunc nondũ erat missus: de quo continuo subiungit atq̃ ait. Cũ aũt venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnẽ veritatez. Sic vtiq̃ demonstrans illos ideo que habebat dicere portare non posse: quia nondũ ad eos venerat spiritussctũs. Ecce concedam⁹ vt ita sit. multos ea modo portare posse iam misso spiritusctõ: que tũc eo nondũ misso non poterant portare discipuli. Nunquid ideo scim⁹ que sint que dicere noluit: que tunc sciremus si ab eo dicta legeremus vl̃ audiremus? Aliud est em̃ scire vtrũ a nobis vel a vobis portari possint: aliud autẽ scire que sint siue portari possint siue non possint: Que cum ipse tacuerit: quis nr̃m dicat ista vel illa sunt? Aut si dicere audeat: vnde probat? Quis em̃ est tam vanus aut temerarius: qui cũ dixerit etiam vera quibus voluerit que voluerit: sine vllo testimonio diuino affirmet ea esse que tunc dominus dicere noluit? Quis hoc nostruz faciat et non maximã culpã temeritatis incurrat: in quo nec prophetica nec apostolica excellit auctoritas? Naz profecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica auctoritate firmatis. qui post ascensionez domini scripti sunt: parũ fuerat hoc legisse: nisi illic id etiã legeretur hoc ex eis esse que tunc dominus noluit discipulis dicere/ quia non poterant illa portare: tanquã si verbi gratia/ ego dicerẽ illud quod legimus in huius euãgelij capite: in principio erat verbum: et verbũ erat apud deum: et deus erat verbũ: hoc erat in prĩcipio apd̃ deuz: et alia que sequũtur: quoniã postea scripta sunt: nec ea dominũ iesum dixisse narratum est: cum hic esset in carne: sz hec vnus ex apostolis eius ipso ac spiritu eius sibi reuelãte cõscripsit: ex his esse que noluit tunc dominus dicere: quia ea discipuli portare non poterãt: quis me audiat tã temere ista dicentẽ? Si autẽ vbi hoc legim⁹: ibi h̃ etiã legẽm⁹ q̃s ñ tãto apl̃o credẽt Sz id q̃q̃ mihi videt̃ absurdissime dici/ ea tunc non potuisse portare discipulos: que de inuisibilib⁹ et altissimis reb⁹ ĩuenim⁹ in apl̃icis litteris que postmoduz scripte sũt: nec ea dñm qñ cũ illis visibilit̃ erat dixisse narrat̃: cur em̃ ea tũc forte ñ poterãt

Joh. xiij.

Joh. j.

que nunc in eorum libris: quis non legat: quis non ferat: etiaz si non intelligat? Nõ nulla quidem homies infideles in scripturis sanctis et non intelligunt cum legunt vel audiunt: et lecta vel audita ferre non possunt: sicut pagani quod per eũ qui crucifix⁹ est factus ẽ mũd⁹: sicut iudei qđ fili⁹ dei sit: q̃ eo mõ q̃ ipsi celebrãt sabbatũ soluit. Sicut sabelliãi: quia trinitas est pat̃ ⁊ filius et spiritussanctus: sicut arriani: quia equalis est patri filius: et patri ac filio spiritussanctus. sicut fotiniani: quia non homo tantum similis nobis: sed etiam deus deopatri equalis est. Sicut manichei qđ christus iesus per quez liberati sumus nasci in carne et de carne dignatus est. Et ceteri omnes peruersarum ac diuersarũ sectarum homies/ vtiq̃ ferre nõ possunt: q̃c quid in scripturis sanctis et in fide catholica reperitur/ quod contra eorum proferatur errores: sicut nos ferre non possum⁹ sacrilegas eorũ vanitates et insanias mẽdaces? Quid est eñ ferre nõ posse: nisi eq̃ animo non habere? Sed oĩa que post ascẽsionem domini canonica veritate atq̃ auctoritate conscripta sunt: q̃s fidelis vel etiam cathecuminus antq̃ spiritũ sanctũ baptisatus accipiat: non equo animo legit atq̃ audit: etiã si nondũ sicut oportet intelligit? Quomodo ergo aliquid eorum que post ascensionem domini scripta sunt/ non possent ferre discipuli etiã nondũ sibi misso spiritusctõ: cum omnia nunc ferant cathecumini nondũ accepto spiritusco. Qr et si non eis fidelium sacramenta produntur non ideo fit quod ea ferre nõ possunt: sed vt ab eis tanto ardenti⁹ cõcupiscãtur: quãto eis honorabilius occultantur.

Qua propter charissimi nõ a nobis expectetis audire que tũc noluit domĩus discipulis dicere/ quia nondũ poterãt illa portare: sed potius in charitate proficite: que diffunditur in cordibus vestris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis: vt spiritu feruentes et spiritualia diligẽtes: spũalez lucẽ: spũalẽq̃ vocẽ quã carnales hoĩes ferre ñ possũt: ñ aliq̃ signo corpalib⁹ ocul' apparẽte/ nec aliq̃ sono corpalib⁹ aurib⁹ instrepẽte sz intiore: ꝯspectu ⁊ auditu nosse possitis. Non eñ diligitur: qnod penitus ignoratur: sed cum diligitur quod ex quãtulacũq̃ parte cognoscitur: ipsa efficitur dilectione vt melius et plenius cognoscatur. Si ergo in charitate proficiatis quam diffundit in corbus spũssanctus: docebit vos omnẽ veritatem: vel sicut alij codices habent/ deducet vos in omni veritate. vnde dictũ est Deduc me dñe ĩ via tua: ⁊ ambulabo in veritate tua. Sic fiat vt nõ a doctoribus exterioribus illa discatis que noluit domin⁹ tũc dicere: sed sitis omnes docibiles dei: vt ea ipsa que per lectiões atq̃ sermones extrinsecus adhibitos didicistis et credidistis de natura dei nõ corporea: nec loco aliquo inclusa/ nec per finita spacia locorũ quasi mole distenta: sed vbiq̃ tota et perfecta et infinita: sine nitorib⁹ colorum: sine figuris liniamentoꝝ: sine notis litterarum: sine serie syllabarũ: ip̃a mente conspicere valeatis. Ecce dixi aliquid qđ forte inde sit/ et tamẽ accepistis: et non solum ferre non potuistis verũ etiã libenter audistis. Sed si ille magister interior: qui cum adhuc discipulis exterius loqueretur ait. adhuc multa habeo vobis dicere sz nõ potestis portare modo: vellet nobis id qđ de incorporea dei natura dixi / ĩtrinsecus ita dicere: sicut sanctis angelis dicit qui sp̃ vident faciẽ patris: nondũ ea portare possem⁹. Proinde qđ ait. docebit vos omnez veritatẽ/ vel deducet vos ĩ omni veritate: nõ arbitror in hac vita in cuius quã mẽte posse compleri. Quis eñ viuẽs in hoc corpore quod corrũpitur et aggrauat animã: possit omnẽ cognoscere veritatem: cum dicat apostolus: ex parte scim⁹. Sed quia per spiritũ sctm̃ fit: vnde nũc pignus accepimus: vt ad ipsam quoq̃ plenitudinem veniamus: de qua idez dicit apostolus. Tunc autẽ facie ad faciem: et nunc scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum: non quod in hac tantuz/ vita sed totum quod vsq̃ ad illam perfectionem futurum est/ nobis dominus promisit per charitatẽ spiritus dicẽs: docebit vos omnem veritatez vel deducet vos in omni veritate. Que cũ ita sint: dilectissimi moneo vos in charitate christi vt seductores caueatis impuros. et obscene turpitudinis sectas. de quibus ait apostolus.

Rho. v.

Ps. lxxxv.

j. Cor. xiij.

Eph.v. Que autem occulte fiunt ab ipsis: turpe ē et dicere: nē cum horrendas immundicias docere ceperint: quas humāe aures quales cumq; sint portare non possunt: dicant ipsa esse que dominus ait: adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo: et per spiritū sanctū asserāt fieri: vt possint illa immunda et nefanda portari. Alia sunt mala que portare non potest q̄liscumq; pudor humanꝰ: ⁊ alia sunt bona que portare non potest paruus sensus humanus. Ista fiunt in corporibus impudicis: illa remota sunt a corporibus vniuersis: hoc in pura carne cōmittitur: illud pura mente vix cernitur. Renouamini ergo spiritu mentis vestre: ⁊ intelligite que sit volūtas dei: quod bonum et beneplacitum et perfectū. vt in charitate radicati ⁊ fundati possitis cōprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo/latitudo/altitudo et profundū: cognoscere etiā supereminentē scientie charitatē christi: vt impleamini in omnē plenitudinem dei. Isto enim modo vos docebit spiritus sanctus omnes veritatē: cum magis magisq; diffundet in cordibus vestris charitatē.

Explicit tractatus nonagesimus sertus. Incipit tractatus nonagesimus septimus. De eadē lectiōe.

A Spiritus sanctꝰ quem promisit dominus se discipulis suis esse missurum. q̄ eos doceret omnem veritatem: quam tunc quādo cum eis loquebatur portare non poterāt: de quo spiritu sancto sicut dicit apostolꝰ. Nūc pignus accepimus/quo verbo intelligeremus eius plenitudinē nobis in vita alia reseruari: Ipse ergo spiritus sanctus et nunc docet fideles quanta quisq; potest capere: et spiritualia eorū pectora desiderio maiore succendit: si quisq; in ea charitate proficiat qua et diligat cognita et cognoscenda desideret: ita vt ea quoq; ipa que nunc quo modo cumq; cognoscit: nondū se scire sciat: sicut scienda sunt in ea vita: quam nec oculus vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit. Quo sciēdi modo si nūc ea vellet interior magister dicere. idest. nostre menti aperire atq; monstrare: hūana infirmitas portare non posset. Unde me vestra dilectcio meminit iam locutū: cuius sancti euangelij verba tractarē? vbi dominꝰ ait. adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. non vt in his domini verbis nescio q̄ secreta nimis abdita suspicemur: que cum dici a docente non possint/portari a discēte non possint: sed eaipsa que doctrina religionis in quorūlibet hominū noticia legimus et scribimus/audimus et dicimus: si vellet eo modo nobis christus dicere sicus dicit angelis sanctis in seipso vnigenito verbo: patri coeterno: quinaz portare homīes possent: etiam si iam essent spirituales quales adhuc apostoli nō fuerūt quādo ista eis dominꝰ dixit: qualesq; postea veniente sanctospiritu facti sunt? Nā vtiq; quicqd ō creatura sciri potest minus est ipso creatore: qui summus et verus et immutabilis est deus. Et quis eum tacet: vbi non a legentibus/disputātibus/querētibus/respondētibus/laudantibus/cantātibus/quoquomō sermocinātibus: postremo ab ipsis etiā blasphemantibus nominatur? Et cū eū nemo taceat: quis est qui eum sicut intelligēdus est capiat: cum de oribus et auribus hominum non recedat Quis est cuius acies ad eum mentis acce dat? Quis est qui euz trinitatē esse scisset nisi ipse sic innotescere voluisset? Et quis hominum iam istam sileat trinitatem. Et tamen quis hominū sicut angeli sapiat trinitatem? Eaipsa ergo que de dei eternitate/veritate/sanctitate: in promptu et palā sine cessatione dicuntur: ab alijs bene. ab alijs male intelligūtur: immo ab alijs intelligntur: ab alijs non intelligūtur Qui enim male intelligit/non intelligit. Ab eis ipsis autē a quibus bene intelligūtur: Ab alijs minus: ab alijs amplius mentis viua citate cernūtur: ⁊ a nullo hominū sicut ab angelis capiuntur. In ipsa ergo mēte: hoc est in interiore homīe quodāmodo crescitur: non solum vt ad cibū a lacte transeatur: verūetiā vt āplius atq; āpliꝰ cibꝰ ipse sumat. Non aūt crescitur speciosa mole sz

ij.Cor.v.

j.Cor.ij.

intelligentia luminosa: quia et ipse cibus intelligibilis lux est: vt ergo crescatis euz qz capiatis: et quãto magis crescitis: tãto magis magisqz capiatis: non ab eo doctore qui vestris auribus sonat: hoc est forinsecus operando plantat ⁊ rigat: sed ab eo qui dat incrementũ/petere ac sperare debetis. B Proinde sicut preterito sermõe commonui cauete maxĩe qui paruuli estis et adhuc alimẽtis lacteis indigetis: ne hominibus sub hac occasione deceptis ac deceptoribus: quia dominus ait: adhuc multa habeo vobis dicere sed nõ potestis portare modo: aurem curiosam p̃beatis ad incognita sciẽda: cũ mẽtes ĩualidas habeatis ad vera et falsa diiudicanda: maxĩe ꝓpter obscenissimas turpitudĩes: quas docuit vanitas/animas ĩstabiles atqz carnales: ad hoc deo sinente vt eius vbiqz sint tremenda iudicia: ⁊ in cõparatiõe impure nequicie dulcescat purissima disciplĩa: atqz illi det honorem: timorẽ autẽ vel pudorem sibi: qui in illa mala vl' illo regẽte nõ cecidit: vel illo inde leuante surrexit. Cauete timẽdo ⁊ orando ne irruatis in illud enigma salomonis: vbi mulier insipiens et audax inops panis effecta: conuocat pretereuntes dicens. Panes occultos libent' attingite: et aque furtiue dulcedinẽ. Hec enĩ mulier vanitas est impioꝝ. cuz sint insipientissimi: aliquid se scire opinantiũ: sicut de ista muliere dictũ est: inops panis efficitur. Que cum sit inops panis: promittit panes: idest cũ sit ignara veritatis: promittit scientiã veritatis. occultos tamẽ panes promittit: quos tamẽ dicit libent' attĩgi: et aque furtiue dulcedinẽ: vt ea scilicz libentius et dulcius audiantur et agantur q̃ palaz in ecclesia dici crediqz prohibent' Ipsa quippe occultatione condũt quodã modo nefarij doctores sua venena curiosis: vt ideo se existimẽt aliquid discere magnũ: quia merentur habere secretũ: et sua uius hauriant insipientiã quam putãt scientiam: cuius prohibitã quodãmodo furãtur audatiam. Hinc et nefarios ritus suis hominibus sacrilega curiositate deceptis vel decipiendis: magicarum artiũ doctrina cõmendat. Hinc ille illicite diuinationes inspectis pecudũ visceribus occisorũ aut vocibus et volatibus auiuz aut signis multiformibus demoniorum: insusurrant

aurib⁹ hominũ periturorũ: ꝑ colloquia ꝑditorum. Propter hec illicita atqz puniẽda secreta: mulier illa non solũ insipiens: verum audax etiã nuncupatur. Sed h̃ nõ solum a seipsa: verũ et a nomĩe nostre religionis aliena sunt. qñdoq̃dem mulier hec insipiens ⁊ audax sub christĩao vocabulo tot scelestas hereses condidit: tot nephandas fabulas finxit: vt iam tales quales in theatris: siue cantãtur: siue saltantur: siue inimica scurrilitate ridentur: ⁊ nõ quasdã tales quales aduersus deũ fingere potuisse: sic illam doleamus insipientiã: vt miremur audaciã Omnes autẽ insipientissimi heretici q̃ se christiãos vocari volũt: audatias figmentorũ suorũ quas maxime exhorret sensus hũanus: hac occasiõe euãgelice sententie colorare conantur: vbi dominus ait: adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. quasi h̃ ipsa sint que tũc discipuli portare nõ poterant: et ea docuerit spiritussanctus: que palam docere atqz predicare quãtalibet feratur audatia spiritus erubescit immundus. Hos apostolus in spiritusctõ preuidens ait. Erit em̃ tempus quo sanam doctrinam nõ sustinebunt: sed secundũ desideria sua magistros sibi coaceruabũt prurientes auribus. Et a veritate quidẽ auditum auertentes: ad fabulas autẽ conuertentur. Illa enim secreti furtiqz cõmemoratio que dicit: panes occultos libẽter attingite et aque furtiue dulcedinẽ: pruritũ facit audientibus in auribus spiritualiter fornicãtib⁹: sicut pruritu quodã libidinis etiã in carne corrumpitur integritas castitatis Audite itaqz apostolũ talia preuidẽtem: et ea vitanda salubriter admonentẽ. Prophanas inquit verborũ nouitates deuita. Multuz em̃ proficiunt ad impietatẽ et sermo eorum sicut cancer serpit. Et nõ ait verborũ nouitates: sz addidit prophanas. Sunt em̃ et doctrine religionis congruentes verborũ nouitates: sicut ipsum nomen christianorũ quando dici ceperat. sicut scriptũ est. In anthiochia enĩ primũ post ascensionẽ domini appellati sunt discipuli christiani: sicut legitur in actibus apostolorũ: et xenodocia et mõasteria postea sunt appellata nouis noĩbus. Res tñ ip̃e ⁊ ante noĩa sua erãt: ⁊ religiõis veritate firmantur: que etiã cõtra ĩ ꝓbos defendunt'

C

ij. Thi. iiij.

j. Thi. vj.

ij: Thi. ij.

Actuũ. xj.

Aduersus impietatē quoq; arrianorū hereticorū/nouum nomē patris homousyon condiderunt: sed non rem nouam tali nomine signauerunt. Hoc enī vocatur homo
Joh.x. usyon/quod est ego & pater vnuz sumus: vnius videlicet eiusdēq; substantie. Nam si omnis nouitas prophana esset: nec a do
Joh.xiij. mino diceretur: mandatū nouū do vobis Nec testamentū apellaretur nouū: nec cā
Heb.ix teretur vniuersa tibi canticum nouū. Sed prophane sunt verborū nouitates: vbi diē
Proū.ix. mulier īsipiēs & audax: Panes occultos libent attingite: et aque furtiue dulcedinē Ab hac pollicitatiōe falsē sciētie: phibet etiā ille loco apostolus vbi dicit. O thi
j.Thi.vj. thee depositū custodi: deuitās prophanas vocum nouitates: et contradictiones falsi nominis scientie: quā quidā promittētes circa fidem exciderūt. Nihil eñ sic amant isti quā scientiā promittere: et fidem rerū verarū quas credere paruuli precipuūtur velut impitiam deridere. Dicit aliqs. Nihil ne spūales viri habēt in doctria: quod carnalibus taceant: et spiritualibus eloquantur? Si respōdero nō habent: continuo mihi dicetur: ex epistolaa ad corinthi
j.Cor.iij. os apostoli papli. Non potui vobis loq quasi spūalibus sed quasi carnalibus: quasi paruulis in christo lac vobis potū dedi non escam. nondum eñ poteratis: sed nec adhuc quidē potestis Adhuc eñ estis car
j.Cor.ij. nales. Et illud. Sapientiā loquimur inter p fectos. Et illud: Spiritalib⁹ spūalia cōparantes: aīalis autē homo nō percipit que sunt spiritus dei: stulticia eñ est illi. Hoc totum quale sit: ne rursus ppter hec verba apostoli pphanis vocū nouitatibus secreta querantur: et ea que debet castorū spiritus corpusq; vitare / dicatur carnalis sustinere non posse: sermōe alio si domin⁹ donauerit disputandū est. vt iam istū aliquādo claudamus.

Explicit tractatus nonagesimusseptim⁹. Incipit tractatus nonagesimus octauus. De eadem lectione.

A X verbis dñi nostri vbi dic: adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo: ex orta difficilē questionē me recolo distulisse vt inde ociosius tractaretur: quia illum modus competens compellebat finire sermonē: Nunc ergo quoniā tempus ē promissa reddendi/pertractetur vt dominus ipse donauerit: qui cordi nostro vt p poneretur ingessit. Hec est autē questio: Vtrū spirituales hoies habeant aliquid in doctrina: quod carnalibus taceāt et spiritualibus dicāt. Quia si dixerimus nō habent: respōdebit nobis. Quid est ergo qō j.Cor.iij.
dicebat apostolus scribēs ad Corinthios Non potui vobis loqui quasi spiritualib⁹ sed quasi carnalibus: quasi paruulis ī christo lac vobis potum dedi non escam? Nō dum enī poteratis: sed nec adhuc quidez potestis: adhuc eñ estis carnales. Si aūt dixerimus habent: timendū et cauendū ē ne sub hac occasiōe in occultis nefaria doceantur: et spiritualiū nomine velut ea q̄ carnales capere non possunt: nō solum excusatiōe dealbanda verūetiā predicatione laudanda videātur. Primū ergo scire debet charitas vestra qō ipse christ⁹ crucifixus: quo velut lacte paruulos aluisse se dicit apostolus Ipsa vera caro eius ī qua facta est vera mors eius: et vulnera vera confixi sanguinisq; excussi: nō eo modo a carnalibus quo ab spiritualibus cogitatur: et illis est lac: istis cibus est: quia et si non audiunt amplius: intelligūt amplius. Nō enī equaliter mente percipitur: etiā qō in
fide pariter ab vtrisq; recipitur. Ita fit vt j.Cor.j:
predicatus ab apostolis christus crucifixus et iudeis esset scandalum et gentibus stulticia: et ipsis vocatis iudeis et grecis dei virtus et dei sapientia. Sed carnalib⁹ paruulus id tantum credēdo tenentibus: spiritualibus autē capacioribus id etiā intelligendo cernentibus. Illis ergo tanq̄ lacteus potus/istis tanq̄ soli dus cib⁹: nō quia hoc illi aliter in populis: isti aliter in cubiculis cognouerunt. Sed quod eodez modo vtriq; cū palā diceretur audiebāt. pro suo modo quiq; capiebant. Cum enīz B
christus propterea sit crucifix⁹. vt in remissione peccatorū sanguinem funderet. qua eius vnigeniti passione diuina gratia cōmendatur. vt nemo in homīe glorietur. q̄- i.Cor.iij.
modo intelligebant christū crucifixū qui adhuc dicebant. ego sum pauli? Nunqd quomō ipse paulus qui dicebat. mihi aut Galatas.
absit glorari nisi in cruce dnmini nostri ie-

su christi? De ipo itaq; christo crucifixo et ipse cibū pro sua capacitate sumebat. et illos lacte pro eorum infirmitate nutriebat Denicq; illa que scripsit ad corinthios aliꝰ vtiq; ab ipsis paruulis: aliꝰ a capatioribꝰ
Cor. xiiij. posse intelligi sciens: ait. Si quis est inter vos ꝓpheta aut spiritualis agnoscat que scribo vobis: quia domini est mandatum. Si quis autē ignorat ignorabitur Solidā profecto voluit esse scientiā spiritualiū vbi nō sola fides accōmodaretur: sed certa cognitio teneretur: Ac ꝓ hoc illi eaipsa credebant: que spirituales insuper agnoscebāt. Ignorabiꝰ autē ait qui ignorat: quia nondū ei renelatū est: vt quod credit sciat. Quod cū fit in homis mente/ipse dicitur agnosci a deo: quia deus illuz agnoscentē facit: sicut alibi ait. Nunc autē cognoscentes deū immo cōgniti a deo. Neq; eī tunc cognouerat eos deus: p̄cognitos
1. Petri. j. et electos ante mundi cōstitutionē: sz tūc eos seipsum cognoscere fecerat. Hoc igiꝰ primitus cognito quod eaipsa que simul audiunt spirituales atq; carnales pro suo modulo quiq; capiūt: illi vt paruuli: isti vt maiores: illi vt lactis alimentū: isti vt cibi solidamentū. Nulla videtur esse necessitas: vt aliqua secreta doctrine taceantur et abscondantur fidelibus paruulis/seorsum dicenda maioribus: hoc est intelligentioribus: et hoc ideo faciendū putetur: qz dixit apostolus. Non potui vobis loq̄ q̄si spiritualibꝰ: sed quasi carnalibus. Hoc ipsum enī quod non iudicauit se scire in eis
j. Cor. ij. nisi iesum christū et hūc crucifixū: ipsis nō potuit loq̄ q̄si spūalibꝰ sz q̄si carnalibꝰ qz id sic spūales capere nō valebāt. Quicū q; autē spirituales inter eos erāt. ideſt. qō illi tanq; carnales audiebāt: spirituali ipsi intellectu capiebant: vt sic intelligatur qō ait: non potui vobis loqui quasi spūalibꝰ sed quasi carnalibus: ac sic diceret. Nō potuistis quasi spūales: sz quasi carnales ca-
j. Cor. ij. pere quod loquebar Aīalis enī homo. i. qui secūdū hominē sapit. aīalis dictus ab anima: carnalis a carne: quia ex anima et carne constat totus homo: Non percipit que sūt spiritus dei. ideſt. quid gratie credentibus crux conferat christi: et putat hō illa cruce actum esse tantūmō vt nobis vsq; ad mortem pro veritate certātibus/imitandū p̄beretur exemplū. Nam si scirēt huiusmodi homies qui nolunt esse nisi homines quēadmodū christꝰ crucifixus factus sit nobis sapientia a deo: et iusticia: et sanctificatio: z redemptio: vt quemadmodum scriptū est: qui gloziatur in dño gloriet: proculdubio nō gloziarētur in homie j. Cor. j.
nec carnaliter dicerēt. Ego quidē sum pauli/ego aūt apollo: ego vero cephe: sz spiritualiter/ego sum christi Verū illud ad C
huc questionē facit: quod i epistola ad hebreos legitur. Cum iam deberetis ipsi esse doctores: iterū doctria indigetis: que sint Hebr. v.
elementa sermonū dei: et facti estis opus habentes lacte/non solido cibo Omis enī qui lactat inexpertus est verboum iusticie: infans est enī. Perfectoz est autē solidus cibus eoz qui per habitū exercitatos habent sensus ad separandū bonū a malo. Hic enī videmꝰ tanq; definitū eē quez perfectorū dicit solidū cibum: et hoc esse illud quod ad corinthios scriptū est Sapi j. Cor. ij.
entiaz loquimur inter pfectos. Quos aūt perfectos voluerit hoc loco intelligi: subiecit atq; ait. Qui per habitū exercitatos habent sensus: ad separandū bonū a malo. Hoc ergo qui inualida et inexercitata mente non possunt: profecto nisi fidei quodam lacte teneantur: et vt inuisibilia que non vident: et intelligibilia que nondū intelligunt credant: facile ad vanas et sacrilegas fabulas ꝑmissione scientie ducūtur vt et bonum et malum non nisi corporalibus imaginibus cogitent: et ipsum deū nō nisi aliquod esse corpus existiment: et malum non nisi substantiā putare nō possunt cuz sit potius ab immutabili substātia mutabiliū substantiaz quidā defectus: quas fecit ex nihilo ipsa immutabilis et summa substantia qui est deꝰ. Quod profecto q̄s quis non solū credit: verumetiā exercitatis interioribꝰ animi sensibus intelligit: percipit/nouit. nō est iam metuendū ne seducatur ab eis qui malum putando esse substantiam quā non fecit deus/mutabilē substantiam faciūt ipsum deū sicut manichei: vel si que alie pestes ita decipiunt: sz mēte adhuc paruulos q̄s dicit apostolus carnales. lacte nutriendos. Omnis de hac re sermo quo agitur vt non solū credatur verumetiā intelligatur: sciaturq; quod dicitur: percipere talia non valentibus onerosus est: faciliusqz illos premit quā pascit.

Ex quo fit: vt spūales ista carnalibus nō omni modo taceant ꝓpter catholicā fidez que omnibus predicāda est: nec tamen sic differant / vt volētes ea perducere ad intelligentiam non capacem: facilius fastidiri faciant in veritate sermonez: quam in
Colo.ij. sermone percipi veritatē. Propterea dicit scribens ad colossenses. Et si corpe absens sum: spiritu vobiscū sum: gaudēs et vidēs ordinationē vestrā: et id quod deest fidei
j.Thes.iij. vestre i christo. Et ad thessalonicēses Mocte ac die inquit habundantius orātes vt videamus faciē vestram: et supleamus q̄ desunt fidei vestre. Intelligēdi sunt vtiqz ita primū cathezizati vt lacte alerētur nō solido cibo. cuius lactis ad hebreos commemoratur vbertas / eis quos volebat cibi soliditate iam pascere. Propter qō ait.
Heb.vj. Ideoqz remittētes inicij xpi verbū: in cōsumationē respiciamus Nō iterū iacientes fundamētū penitētie ab operib⁹ mortuis: et fidei in deū: lauacri doctrine / ipositionis manuū: resurrectiōis etiam mortuorū et iudicij eterni. Hec est lactis vbertas siue quo non viuunt qui iam quidē ratiōe vtuntur vt possint credere. sz bonuz a malo non credendo tantū: verūetiā intelligēdo quod pertinet ad solidū cibū separare non possunt. Quod autē in lactis commemoratiōe posuit et doctrinaz: ipsa est que per symbolū traditur et orationē dominicam. Sed huic lacti absit vt sit contrarius cibuf rerum spiritualiū firma intelligentia capiendus. Qui colossensibus et thesalonicensibus defuitet supplēdus fuit. Quando enī supletur quod defuit: non impbatur quod fuit. Nam et ipsis que sumimus alimentis: vsqz adeo non est lacti cōtrari⁹ solidus cibus: vt ipse lacteſcat: quo possit esse aptus infantibus ad quos per matris vel nutricis peruenit carnē. sicut fecit etiā mater ipsa sapiētia: que cum sit in excelsis angelorū soliduſ cibus: dignata est q̄dam modo lacteſcere paruulos: cum verbū ca-
Joh.j. ro factum est z habitauit in nobis. Sed ipse homo christus qui vera carne / vera cruce / vera morte / vera resurrectione / sincerū lac dicitur paruulorū: cum bene ab spiritualib⁹ capitur: inuenitur dns angelorum.
D Proinde nec sic paruuli sunt lactādi: vt semper [illegible]ntelligant deū christū: nec sic ablactādi / vt deserāt hominē christū. Qō alio modo idipsuz ita dici potest. Nec sic lactandi sunt / vt creatorē nunquā intelligant christū: nec sic ablactandi / vt mediatorem vnquā deserant christū. In hoc q̄p pe non conuenit huic rei similitudo materni lactis et solidi cibi: sed potiuſ fundamēti: quia z puer quādo ablactatur vt ab alimentis infantie iam recedat: inter solidos cibos non repetit vbera que sugebat: xps autem crucifixus: et lac suggentibus. et cibus est proficiētibus. Fundamēti xo est ideo est aptior similitudo: quia vt pficiatur quod struitur / additur edificiū: nō subtrahitur fundamentū. Que cū ita sint: o q̄ cumq̄ estis / qui sine dubio multi estis paruuli in christo / proficite ad solidum cibū: mentis non ventris. pficite ad separandū bonum a malo: et magis magisq̄ inherente mediatori: per quē liberamini a malo. quod nō est a vobis loco seperandū: sed ī vobis potius est sanandū. Quisquis autem vobis dixerit: nolite credere vērū hominem christū: aut non a vero deo corpus cuiuslibet hominis vel cuiuslibet animantis creatū: aut nō a vero deo vetus testamentū datum: et si quid huiusmodi: b enīz vobis priuſ ideo non dicebātur: quādo lacte nutriebamini: quo xa capiēda cor nō-dum habebatis idoneū: non vobis iste cibum preparat sed venenū. Propter quod beatus apostolus eos alloqnēs qui iā videbantur esse perfecti: cum quid sit imper Phil.iij.
fectū ipse dixisset: Quicūq̄ ergo inqt perfecti sum⁹ b sapiam⁹: z si qd aliť sapitis: b quoq̄ vobis deus reuelabit. Et ne forte incurrerent in seductores qui eos vellent a fide auertere ꝓmittendo scientiā veritatis: et hoc putarēt esse quod dixit apostolus / id quoq̄ vobis deus reuelabit: continuo subiūxit. Verūtn in quod peruenimus: in eo ambulemus. Si quid ergo ītellexeris qō non sit contra regulā catholice fidei ad quā velut viam que te ducat ad patriam peruenisti: et sic intellexeris vt in de dubitare omnino na debeas: adde edificium: noli tamē relinq̄re fundamentum. Sic debēt maiores docere aliquid paruulos: vt omniū dnm christū: z seipsis longe maiores ꝓphetas et apostolos: nō dicant aliquid fuisse mentitos. Nō autē solū vanilo q̄s z mentis seductores fabulosa z falsa garriētes: et in eis vanitatib⁹ velut al

terã scientiã ꝓmittentes contra regulã fi-
dei quã catholicã suscepistis cauere debe
tis: verũ etiã ipsos qui de ipsa diuine im-
mutabilitate nature vel incorporea crea-
tura siue creatore veraciter disputant: et
quod dicunt omnio documẽtis atq; ratio
nibus certissimis ꝓbãt: et tamẽ ab vno di
et hominũ mediatore conantur auertere:
tãquã pestẽ isidiosiorẽ ceteris fugite. Ta
Rho.j. les enĩ sunt de quibus dicit apostolus: qa
cognoscẽtes deũ: non sicut deum glorifica
uerũt. Quid enĩ prodest habere intelligẽ
tiaz veram de immutabili bono: ei qui nõ
tenet per quẽ liberetur a malo? Propter
ea ammonitio beatissimi apostoli de ve-
stris cordibus non recedat Si quis vobis
thas.j. euãgelizauerit ꝓrẽ quod accepistis: ana-
thema sit. Nõ ait plus quã accepistis: sed
ꝓter quod accepistis. Nam si illud dice-
ret: sibiipsi ꝓiudicaret: qui cupiebat ve-
nire ad thessalonicẽses: vt suppleret que
illorum fidei defuerũt. Sed qui suplet: qõ
minus erat addit: non qõ ĩerat tollit. Qui
E autez pretergreditur regulã fidei. non ac
cedit in via: sed recedit de via. Quod ita-
qz ait dominus: adhuc multa habeo vob
dicere sed nõ potestis portare modo: adi-
cienda illis fuerãt que nesciebat: non que
didicerant euertenda. Et ille quidẽ sicut
in pristino sermone iam exposui: potuit ĩ
ita dicere: qa illa ipsa que docuerat si vel
let eis sic aperire vt in illo concipiũtur ab
angelis: hoc infirmitas hũana in qua ad-
huc erant ferre nõ posset. Spiritualis aũt
homo quilibet potest alterũ hominẽ do-
cere quod nouit: si ꝑficiendo capaciorez
faciat spiritussanctꝰ: in q̃ et ipse doctor ali
quid amplius addiscere potuit vt sint am
bo docibiles deo: quãq; et inter ipsos spi
rituales sunt vtiq; alijs alij capaciores at
q; meliores: ita vt quidã illorũ ad ea per
z.xij. ueniret que non licet homini loqui: Qua
occasione vani quidã apocalypsim pauli
quã sana non recipit ecclesia/nescio qbus
fabulis plenã stultissima presumptiõe fin-
xerunt: dicentes hanc esse vnde dixerat ra
ptum se fuisse in tertiũ celũ: et illic audis-
se ineffabilia verba: que non licet homini
loqui. Utcũq; istorũ tollerabilis esset au
dacia: si se audisse dixisset que adhuc non
non licet homini loqui: cũ dixerit que nõ
licet homini loq. istis qui hec audeãt ipu-
denter et infeliciter loqui. Sed iam istuz
sermonẽ hoc fine cõcludã: per quẽ vos eẽ
cupio sapiẽtes quidẽ in bono: itegros au
tem a malo.

Explicit tractatus nonagesimus
octauus. Incipit tractatus nona-
gesimusnonus. De eo quod dicit
Non enim loquetur a semetipso sz
quecũq; audiet loquetur.

Quid est quod A dominus ait de spiritusctõ: cũ
eũ vẽturũ esse ꝓmitteret: z do
cturum discipulos eius omnẽ veritatẽ: vt
eos deducturũ i omni veritate: **Nõ enĩ
loquetur a semetipso sed quecũq;
audiet loquetur?** Simile est hoc ei qd
de semetipso dixit Nõ possum a meipo fa
cere quicquã: sicut audio iudico. Sed illõ s.xl.tracta.
cum exponeremus/secundũ hominẽ posse
accipi diximus: vt obedientiã suã qua fa- Phil.ij.
ctus est obediens vsq; ad mortẽ crucis: ꝑ
nunciasse filius videretur et iudiciũ futu-
rum quo viuos z mortuos iudicabit: quia
hoc per id facturus est quod filius homis
est. ꝓpter quod dixit: pat nõ iudicat quẽ-
quã: sed omne iudiciũ dedit filo: quia i iu Joh.v
dicio non forma dei qua equalis est patri
nec ab impijs videri potest: sed forma ho-
minis aparebit: qua minoratus est etiam Heb.ij.
modico minus ab angelis: quãuis iã i cla
ritate non in pristina sit hũilitate ventur⁹
conspicu⁹ tamẽ futurus: z bonis et malis.
Hinc ait et illud. Et potestatẽ dedit ei iu
diciũ facere: quoniã filius hominis est. In
quibus verbis ei⁹ manifestatur: nec eã for
mam presentandã esse iudicio in qua cum
esset: non rapinã arbitratus est eẽ se eqlẽ
deo: sed illam quã cũ semetipsum exinanis
set accepit. Semetipm enĩ exinaniuit forz-
maz serui accipiẽs: in qua videtur etiã ad
faciendũ iudiciũ obedientiã suam commẽ
dasse: cũ dixit: Non possũ facere a meipo
quicquã: sicut audio iudico. Adaz nãq; ꝑ Rho.ij.
cuius vnius homis inobedientiã peccato
res constituti sunt multi: nõ sicut audiuit
iudicauit: quia quod audiuit preuaricat⁹
est: et a semetipo fecit malũ quod fecit: qz
non dei voluntatẽ sed suã fecit. Iste autẽ
per cuius vni⁹ homis obedientiã iusti cõ-
stituũtur multi: nõ solũ obediẽs fuit vsq;

admortem crucis in qua est viu⁹ iudicat⁹ a mortuis: sed obediētē se futurū promittens in ipso quoq3 iudicio quo est de viuis iudicaturus ⁊ mortuis: non possum inquit a meipso facē quicq3: sicut audio iudico. Sed nū quid de spiritusancto quod dictum est: non enī loquetur a semetipso: sed quecūq3 audiet loquetur. secundū hominem vel secundū assumptionez cuiuscq3 creature dictū esse audebim⁹ opiari? Solus quippe in trinitate filius formam serui accepit: que forma illi ad vnitatē persone coaptata est. ideſt vt fili⁹ dei ⁊ filius hois vnus sit iesus christus: ne non trinitas sed quaternitas predicetur: quod absit a nob. Propter quā personā ꝓfecto vnā ex duabus substantijs diuina hūanaq3 constantē aliqñ secūdū id quod dñs est loqtur: vt ē illud qđ ait: ego et pater vnū sumus: aliquādo secundū id qđ homo est/sicuti ē illud: qñ pater maior me est: secundum qđ accepim⁹ esse ab eo dictū: ⁊ hoc vñ nūc disputo: nō possū a meipo facere q̄cq3: sic audio iudico. B In psona vero spiritussancti q̄ modo id accipiamus quod ait. Nō em̄ loquetur a semetipso: sz quecūq3 audiet loquetur: cū in eo nō sit alia diuinitatis alia humanitatis: vel alterius creature cuiuscumq3 substantia: magna exoritur difficultas. Illud em̄ quod sicut colūba spiritus sanctus apparuit specie corporali: visio fuit ad horam facta atq3 transacta: sicut etiam quando sup discipulos venit: vise sūt illis lingue diuise velut ignis: qui et insedit super vnūquēq3 eor. Qui ergo dicit columbā ad vnitatez persone spūisancto fuisse coiunctā: vt ex illa et deo quia spirituscūs de⁹ est/ vna spirituscti persona constaret: et hoc etiā de illo igne compellitur dicere: vt intelligat nihil horum debere se dicere. Ista em̄ que dē substantia dei quoq̄mō vt opus erat significāda corporeis hominū sensibus se se intulerūt atq3 transierunt: ad horā diuinit⁹ facta sūt de creatura seruiēte: non de ipsa dominante natura: que in se manēs quod vult mouet: et quod vult immutabilis mutat: Sic etiaz vox illa de nube aures vtiq3 attigit corporales: eūq3 sensum corporis qui vocatur auditus: nec tamē illo modo credendum est verbū dei quod est vnigenitus filius/quomō verbū dicitur syllabis sonisq3 finiri: quia nec omnes simul sonare possūt cum sermo fit: sed tanq3 nascētes morientibus ordine suo soni quicūq3 succedunt: vt totum quod loq̄mur nouissima syllaba compleatur. Absit vt sic loquatur pat ad filium: hoc est deus ad verbū suum deuz: Sed ħ eor est capere: quātū ab hōie capi potest: ad quos non lac ptinet sed solidus cibus. Cum igitur spiritussāctus nulla susceptione homis sit homo factus: nulla susceptiōe angeli sit angelus factus: nulla susceptiōe cuiuscquā creature creatura sit factus: q̄mō de illo itelligēdū est qđ dñs ait nō em̄ loqtur a semetipso: sz quecūq3 audiet loqtur? Ardua q̄stio nimis ardua Ip se assit spiritus: vt saltem sic eam cogitare possum⁹: sic eloq̄ possimus: sic ad itelligētiā vestrā ꝓ mei moduli facultate pueiat Prius itaq3 nosse debetis et itelligere potestis: credere autem qui intelligere non dū potestis: in ea substantia que deus est: non quasi per corporis molez sensus locis proprijs distributos: sicut in carne mortali quorūq3 aīaliū alibi est visus: alibi auditus/alibi gustus/alibi olfactus: per totum autez tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabiliq3 natura. Audire ergo ibi et videre: idipsum est. Dicitur ⁊ olfactus in deo: vnde dic apls: Sicut et christus dilexit nos: et tradidit semetipm pro nobis oblationē ⁊ hostiā deo in odorē suauitatis. Et gustus intelligi pōt scōm quez deus et odit amaricantes et nec frigidos nec calidos sed tepidos euomit ex ore suo Et iesus xps: Meus cibus ē vt faciā volūtatē eius qui me misit. Est etiā tactus ille diuinus: vnde dicit sponsa de spōso: Sinistra eius sub capite meo: et dextera ei⁹ cōplectitur me. Nō sunt hec in deo per diūsa corpis loca. Cuz em̄ dicitur scire: ibi sūt oīa/et videre/⁊ audire/et olfacere/⁊ gustare/et tangere: sine vlla eius mutatione substātie: sine vlla mole que in alia parte maior in alia minor: etiā in sensibus puerili pectore cogitatur: quādo deus sic cogitatur. Nec mireris qđ ineffabilis dei sciētia qua nouit oīa/per varios hūane locutionis modos omniū istorū corporaliū sensuum nominib⁹ nuncupatur: cuz et ipsa mēs nostra: hoc est homo interior: cui vniformiter scienti per hos q̄nq3 veluti nūcios corporis diuersa nunciātur: quando immuta

Math.iij.

Actuū.ij.

Ephe.v

Joh.iiij

Cantico

bilem veritatē intelligit:eligit/diligit.Et lumē videt de q̄ dicit Erat lumē verū Et vbuz audit de quo dicit. Jnpncipio erat verbū Et odorē capit:de quo dicit: Post odorē vngentoꝝ tuorū currim⁹. Et fontē bibit:de quo dicitur: Apud te ē fons vite Et tactu fruitur: ō quo dicitur: Mihi aūt adherere bo bonū ē : Nec aliō atq; aliō:z vna intelligētia tot sensuū nominibus nū cupatur.Cū ergo de spiritusancto dicitur non eñ loquetur a semetipo.sed quecum q̄ audiet loq̄tur: multomagis ibi simplex natura vbi verissime simplex est:vel intelligenda est vel credenda: que longe lateq; naturā nostre mentis excedit. Mutabil' quipe est mens nostra que percipit discēdo quod nesciebat: et amittit dediscendo quod sciebat: et veri similitudie fallitur : vt pro vero approbet falsum:et obscuritate sua quasi q̄busdaz tenebriſ ipedit ne p ueniat ad verū. Et ideo nō est ista substātia verissime simplex/cui non b̄ est esse qō nosse:potest eñ esse nec nosse. At quid illa diuina non potest: quia id quod habet est:ac per hoc non sic habet scientiā vt aliud illi sit scientia qua scit:aliud essentia q̄ est.sed vtrumq; vnū est : Nec vtrumq; dicenduz est:quod simpliciter vnū est:sicut habet patervitā i semetipso: nec aliud est ipse quam vita que in ipso est :et dedit filio habere vitā in semetipso: hoc est genuit filiū qui t ipse vita esset. Sic itaq; debemus accipere quod de spiritusctō dictum est:non eñ loquetur a semetipso:sed quecumq; audiet loquetur. vt intelligam⁹ nō eum esse a semetipso. Pater quipe solus de alio nō est: nam t filius de patre natus est:et spiritusſctūs de patre procedit. Pater aūt nec natus est de alio:nec procedit Nec ideo sane aliqua disparilitas in summa illa trinitate cogitatiōi occurrat hūane Mā et filius ei de quo natus est / et spirit⁹ D sanctus ei de quo ꝓcedit eēlis ē Quid autē illic interſit inter ꝓcedere t nasci. et longū ē querendo differere. et temerariū cum differueris diffinire: quia hoc et mentī vtumq; comprehendere: et si q̄d mens forte inde cōprehēderit/ligue difficilimū est explicare: quātuslibz presit doctor:q̄ntuslibet adsit auditor: Nō ergo loquetur a semetipso quia non est a semetipo:sed q̄ cumq; audiet loquetur: Ab illo audiet:a quo procedit. Audire illi scire est:scire vero esse.sicut superius disputatū est.Quia ergo non est a semetipo sed ab illo a quo procedit: a quo illi est essentia ab illo scientia:ab illo igitur audientia.quod nihil est aliud quā scientia: Nec moueat quod verbum futuri temporis positū est : non enim dictum est/quecūq; audiuit / aut quecūq; audit:sed quecūq; audiet loquetur. Illa quipe audientia sempiterna est:quia sempiterna est scientia: Jn eo autē quod sempiternū est sine initioet sine fine:cuiuslibz temporis verbū ponatur:siue preteriti:siue presentis:siue futuri: non mendacit⁹ ponitur Quāuis enī natura illa immutabil' t ineffabilis non recipiat/fuit et erit sz tantum est :ipsa eñ veraciter est quia mutari non potest:et ideo illi tantū cōuenerat dicere:ego sum qui sum:et dices filijs israel qui est misit me ad vos. Exo.iij. Tamē propt̄ mutabilitatē temporū in quibus versatur nostra mortalitas et nostra mutabilitas:non mendaciter dicim⁹:et fuit et erit et est.Fuit in preteritis seculis/est ī presentib⁹: erit in futuris. Fuit quia nunq; defuit: erit q̄a nunquā deerit:est quia semp est Neq; eñ velut qui iā non sit cum preteritis occidit: aut cū presentibus velut qui non maneat labitur:aut cum futuris velut qui nō fuerat oriet̄ur. Proinde cū secundū volumina temporū locutō hūana variatur:qui p nll'a deesse potuit aut potest aut poterit : tempa vero de illo dicuntur: cuiuslibet tēporis verba.Semp itaq; audit spiritussanctus:quia sep scit. Ergo et sciuit/et scit/et sciet:ac per hoc et audiuit: et audit et audiet:quia sicut iam diximus hoc est illi audire quod scire:et scire illi hoc est quod esse Ab illo igitur audiuit:audit audiet a q̄ est:ab illo est a quo procedit. Hic aliq̄s forsitan querat:vtrū et a filio ꝓcedat spi- E rituſſctūs. Filius eñ solius patris est fili⁹ et pater solius filij est pater Spiritus aūt sanctus nō est vnius eoꝝ spiritus sed amborū. Habes ipm dominū dicētē. Nō eñ vos estis qui loquimini:sed spirit⁹ patris vestri qui loquitur ī vobis. Habes t apostolum.: Absit deus inquit spiritū filij sui in corda nostrā Nunq̄d duo sunt alius patris alius filij:? Absit. Vnū eñ corpus ait cum significaret ecclesiā: morq; addidit/t vnus spiritus.Et vide quomō illic imple Math. x. Gala. iiij. Eph. iiij.

at trinitatem. Sicut vocati estis inquit in vna spe vocatiōis vestre. Vnus dominus Hic vtiq; christū ītelligi voluit. Restat vt etiā patrē noīet. Sequitr. Ego vna fides: vnum baptisma: vnus deus et pater omnium: q̄ sup oēs ⁊ p oīa et in omīb⁹ nob. Cū ergo sicut vnus pater ⁊ vnus dn̄s. idest. filius: ita sit et vnus spiritus: profecto amborum est: sicut ipse xp̄s iesus dixit. Spiritus patris vr̄i q̄ loq̄tur in vob. ⁊ dicit apostolus. Misit deus spiritū filij sui in corda nostra. Habes et alio loco eundē apostolum dicentē. Si autē spiritus eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat in nobis: Hic vtiq; spiritū patris ītelligi voluit: de quo tamē alio loco dicit. Quisq̄s autē spiritum christi non habet: hic nō est eius. Et multa alia sunt testimonia: quib⁹ hoc euidenter ostenditur: et parris et filij ipsū eē spiritum: qui in trinitate dicitur spūssanctus. Nec ob aliud existimo ipsū vocari ꝓprie spiritū: cum etiam si de singulis interrogemur: non possimus nisi patrem et filium spiritum dicere: quoniam spiritus est deus. idest non corpus est deus sed spirit⁹ Quod ergo cōmuniter vocantur et singuli: hoc ꝓprie vocari oportuit eum qui non est vnus eorū: sed in quo cōmunitas apparet amborū. Cur ergo non credam⁹ quod etiā de filio ꝓcedat spūssanctus: cū filij q̄ ipse sit spiritus? Si em̄ nō ab eo ꝓcederz: non post resurrectionē se representans discipulis suis insufflās diceret / accipite spiritū sctm̄. Quid em̄ aliud significauit illa ī sufflatio: nisi qd̄ procedat spūssctūs et de ipso? Ad hoc pertinet etiā illud quod de muliere que fluxū sanguinis paciebat̄ ait. Tetigit me aliq̄s: ego em̄ sensi de me virtutez exijsse Nā virtutis nomine appellari etiā spiritūsanctū et eo loco clarū est: vbi angelus dicenti marie: quomō fiet istud q̄ niā virum non cognosco / respōdit. Spūssanctus supueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi Et ipse dn̄s ꝓmittens eū discipulis ait. Vos sedete ī ciuitate: quo adusq; induamini v̄tute ex alto. Et iteruz Accipietis īquit virtutē spiritussancti supuenientez in vos: et eritis mihi testes. De hac virtute credendus est dicere euāgelista. Virtus de illo exibat et sanabat om̄es Si ergo et de patre et de filio ꝓcedit spiritussctūs: cur fili⁹ dixit de patre procedit?

Rho. viij.

Job. iiij.

Joh. xx.

Luce. viij.

Luce. j.

Luce. xxiiij

Actuū. j.

Cur putas: nisi quēadmodū ad eū solet referre: et quod ipsius est de quo ⁊ ipse est? Unde illud est quod ait Mea doctrīa nō est mea: sed eius qui misit me. Si igitur intelligatur hic eius doctrīa quā tamē dixit nō suā sed patris: qn̄tomagis illic ītelligēdus est et de ipso ꝓcedere spūssctūs: vbi sic ait: de patre ꝓcedit: vt n̄ diceret / de me non procedit? A q̄ autē hz filius vt sit deus: est enim de deo deus: ab illo habet vtiq; vt etiā de illo ꝓcedat spūssctūs: ac per hoc spūssctūs vt etiā de filio ꝓcedat sic̄ ꝓcedit de patre: ab ispo hz patre. Hic vtcūq; etiā illud intelligitur quātū a talib⁹ q̄les nos sumus intelligi potest: cur non dicatur natus esse sed potius ꝓcedere spūssanctus: quoniā si et ipse filius diceret̄ / amborum vtiq; filius diceretur: quod absurdissimū est Filius q̄ppe nullus est duorum nisi patris et matris: amborū vtiq; fili⁹ diceretur. Absit autē vt inter deū patrē ⁊ deum filiū tale aliq̄d suspicemur: quia nec filius hoīum simul et ex parte ⁊ ex matre ꝓcedit: sed cū in matre ꝓcedit ex patre / nō tunc procedit et ex matre. et cū in hac luce procedit ex matre / non cūc procedit ex patre. Spiritus autē sctūs non de patre procedit in filiū: et de filio procedit ad sctīficandā creaturā: sed simul de vtroq; procedit: quāuis hoc filio pater dederit: vt quēadmodū de se: ita de illo q̄ procedat. Neq; em̄ possumus dicere qd̄ non sit vita spiritus: cum vita sit pater: vita sit filius: ac ꝑ hoc sicut pat̄ cū habeat vitam in semetip̄o dedit ⁊ filio habere vitā in semetip̄o: sic ei dedit vitam procedere de illo: sicut procedit et de seipso. Sequunt̄ autē verba dn̄i dicentis. **Et que ventura sunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet ⁊ annūciabit vobis. Omnia quecūq; habet pater mea sunt: propterea dixi q̄a de meo accipiet: et annunciabit vobis** Sed quia ista iaz prolixa sunt: in aliū sūt differenda sermonē.

Joh. vij

Explicit tractatus nonagesimus nonus. Incipit tractatus centesimus. De eadem lectione.

Cum promitte
ret dominus venturũ spiritũ san
ctum/docebit vos inquit omnez
A veritatem: vel quod in nõnullis
codicib⁹ legitur: deducet vos in omni ve-
ritate. Nõ em̃ loquetur a semetipso: sed q̃
cumq; audiet loquetur. De quibus euan-
licis verbis iam quod donauit domin⁹ di
sputauimus: nunc ea que suqunntur attẽ
dite. Et que ventura sunt inquit an-
nunciabit vobis. Neq; em̃ hic quoniã
planũ est immorandũ. Nihil em̃ habet q̃-
stionis: cuius a nobis expositio flagitetur.
Sed quod adiũgit: ille me clarificabit
quia de meo accipiet et annũciabit
vobis. non negligenter est transeundũ.
Quod em̃ ait/ille me clarificabit potest in
telligi quia diffundẽdo in cordibus credẽ
tiũ charitatẽ spũalesq; faciendo/delara-
uit eis quomodo filius patri esset equalis
quẽ secundũ carnem prius tantummõ no
uerant: et hominẽ sicut homies cogitabãt
vel certe q̃ ꝑ ipsã charitatẽ fiducia reple-
ti/ ⁊ timore depulso annũciauerũt hõini-
bus xp̃m: ac sic fama eius diffusa est in to-
to orbe terrarũ vt sic dixerit: ille me clari-
ficabit: tanquã diceret: ille vobis auferet
timorem/et dabit amorem: quo me arden
tius predicãtes glorie mee per totũ mun-
dum dabitis odorẽ: cõmendabitis hono-
rem. Quod eni facturi fuerãt in spiritusã-
cto: hoc eundẽ spiritũ dixit esse facturũ: q̃
Math. x. le est etiã illud. Non eni vos estis qui lo-
quimini: sed spũs patris vestri qui loquit̃
in vobis. Verbum quippe grecũ quod est
Δοξαχί. alius clarificabit: alius glorifica
bit: latini interp̃tes i sua quisq; trãslatiõe
posuerunt: quoniã ipsa que grece dicitur
Δοξά: vnde dictũ est verbũ Δόξαχί: et
claritas interpretat̃ ⁊ gloria. Gloria nãq;
fit quisq; clarus: et claritate gloriosus: ac
per hoc quod vtroq; verbo significatur id
ipsum est. Sicut autẽ definierũt antiq̃ lati
ne lĩgue clarissimi auctores: Gloria ẽ fre-
quens de aliquo fama cum laude. Quecũ
q; est i hoc mũdo facta de christo: nõ chri
sto credenda est magnũ aliq̃d cõtulisse s;
mundo. Bonũ em̃ laudare: non laudato
sed laudantibus prodest. Est autẽ etiã fal
sa gloria quãdo laudãtes errore fallũtur.
siue in rebus siue in hominib⁹: siue in vtris
q;. Nam in rebus fallũtur: quãdo putant
id bonũ esse quod malũ est. in hominibus
autem quãdo putãt eũ bonum esse q̃ ma-
lus est. i vtrisq; vtrũq;: quãdo et id quod
est viciũ virtus putatur: et ipse qui propt̃
hoc laudatur non habet quod putatur: si-
ue sit bonus: siue sit malus. Donare quip-
pe res suas histriõibus: viciũ est immane:
non virt⁹. Et scitis de talib⁹ q̃ sit frequẽs
fama cum laude: q̃a sic̃ scriptum est: Lau-
datur peccator in desiderijs anĩe sue: et q̃ Ps. ix.
iniqua gerit benedicitur. Hic laudatores
non fallũtur in hõinibus sed in rebus: ma
lum est em̃ quod bonuz esse credunt. Illi B
autẽ qui hoc malo largitiõis viciosi sunt:
tales vtiq; sunt: quales eos hi qui laudãt
non suspicãtur esse sed cernũt. Porro si se
quisq; iustũ fingat et non sit sed totũ quic
quid coram hoĩbus laudabilit̃ agere vide
tur: non agat ꝓpter deũ/hoc est propt̃ ve
ram iusticiaz: sed solũ querat et diligat ab
hominib⁹ gloriã: Illi aũt apd̃ q̃s frequẽs
est eius fama cim laude: non eũ putent ni
si propter deũ laudabilit̃ viuere. non fal-
luntur i re: sed fallũtur in hõie. Quod em̃
bonum esse credũt ẽ bonũ: sed quẽ bonũ
esse credunt non est bonus Quod si putet̃
verbi gratia/bonũ artiũ peritia magicaꝝ
et dum quisq; patriã liberasse eisdẽ quas
omnino nescit artibus creditur: frequẽtez
cuz laude famã que gloria deffinita ẽ apd̃
hoĩes impios cunseq̃tur: erant in vtroq; q̃
laudant: et in re scilicet/quia id quod ma-
lum est bonũ putant: et in homĩe/ quia nõ
est quod putant. Quapropt̃ falsa est i his
tribus generibus gloria. Cum autẽ de ali-
quo per deũ et propt̃ deũ iusto: hoc ẽ ve-
raciter iusto causa ipsius iusticie/ frequẽs
est fama: cum laude vera quidẽ gloria est
non tamẽ ea credendũ est btĩficari iustuz
sed laudantibus gratulandũ est: quia re-
cte iudicãt: et diligũt iustũ: Quãto magis
ergo dñs christ⁹ nõ sibi sed eis profuit glo
ria sua q̃b⁹ ꝓfuit morte sua? Sz ñ ẽ ꝟa ei⁹
apd̃ hereticos gl̃ia: apd̃ q̃s tñ frequẽtẽ fa
mam videtur habere cũ laude. Non ẽ hec
vera gloria quia in vtroq; falluntur. Na ⁊
bonũ putant esse quod bonũ nõ est: ⁊ chri

stuz putant esse quod christus nō est. Unigenitū enī filiū equalē nō eē gignēti: nō ē bonū. Unigenitū dei filiū hominem tm eē nō deū/ nō ē bonū. Veritatis carnē si eē verā carnē nō est bonū. Horū trium que dixi. primū sentiūt arriani: secundū sotini ani: terciū manichei. Sed quia et eoz nihil est bonū: et christ⁹ nihil est eoz: i vtro q̄ fallūtur: nec dant veram gloriā christo: quāuis apud vos esse videatur cum laude frequens fama de xp̄o. Et omnes prorsus heretici quos cōmemorare nimis longum est: qui de xp̄o non recte sentiūt: iō errant: quia z de bonis rebus ac malis nō verum sentiūt. Pagani etiā quoniā sunt christi plurimi laudatores: z ipsi in vtroq̄ falluntur: qui non secundū veritatē dei sz potius secundū suam suspitionē dicūt eū fuisse hominē magum. Xp̄ianos quippe velut imperitos vituperant: christū autē velut magum laudant: ac sic produnt quod amant. Xp̄m vero non amant: quoniā q̄d non erat christus hoc amant. Ideo in vtro q̄ falluntur: quia z magus esse malum est: et magus non fuit christus quia bonus est. Quapropter de his nihil hoc loco dicendum est qui christū vituperāt atq̄ blasphemant: quia de gloria eius loquimur: qua est glorificatus in mundo: nō enī glorificauit spiritus sctūs vera gloria nisi i ecclesia sancta catholica. Alibi enī. ideſt vel apud hereticos: vel apud quosdā pagānos/ vera eius in terris gloria non potest esse: et vbi videtur esse frequēs de illo fama cū laud. Vera ergo eius gloria in ecclesia catholi
Pſ. cvij. ca sīc a pphēta cantatur. Exaltare sup celos deus: z sup omnē terrā glia tua. Quia itaq̄ post eius exaltationē venturus erat spiritus sctūs et eū glorificatur⁹: hoc sacer psalmus: hoc ipse vnigenitus promisit futurū quod videmus impletū. Quod autem ait. De meo accipiet et annunciabit vobis: catholicis audite auribus: catholicis percipite mentibus. Non enī proprie a sicut quidā heretici putauerūt minor est filio spūs sanct⁹: quasi filio accipiat a patre: et spiritus sctūs a filio: quibusdam gradibus naturarū. Absit hoc credere: absit hoc dicere: absit a xp̄ianis cordibus cogitare. Denicq̄ cōtinuo soluit ipse questionem: et cur hoc dixerit explanauit. Omnia quecumq̄ habet pat̄ mea sunt: pp̄terea dixi quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Quid vultis amplius? Ergo a patre accepit spiritus sctūs: vnde accepit filius: quia in hac trinitate de patre natus est filio: de patre procedit spiritus sctūs. Qui autē de nullo natus sit de nullo procedit: pater solus est. Quomō autē dixerit filius vnigenit⁹: omnia quecūq̄ habet pater mea sunt: ḋa vtiq̄ non sic quēadmodū dictū est illi filio si Luc
vnigenito sed ex duobus maiori: tu mecū es sēper: et oīa mea tua sūt: eo loco si dīs voluerit diligenti consideratiōe tractabit vbi dicit patri vnigenitus: et mea oīa tua suut: z tua mea sunt: vt hic iste sermo clauđatur: quoniā que sequunt aliud poscunt quo dissernatur exordium.

Explicit tract⁹ centesimus. Incipit traitatus centesimus primus De eo quod dicit. Modicū et iam non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrez. Usq̄ ad id: Et i illo die me non interrogabitis quicquā. A

Math.xxv. in suppliciũ eternum. Sic em̃ tolletur ĩpius ne videat claritatem dei: iusti autez ibunt in vitam eternam. Et que est vita eterna?
s.xvij. Ut cognoscant inquit te solũ verum deũ et quez misisti iesum christũ. Non vtiq; sicut eum cognouerunt: qui licet non mũdi cordes tamen in forma serui clarificata iudicantem videre potuerũt. Sed sicut cognoscendus est a mundis corde solus ver⁹ deus: cum patre et spũsancto filius: q; ip̃a trinitas est solus verus deus. Si ergo secũduz id quod filius dei deus est patri equalis atq; coeternus: accipiamus hoc dictuz: volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecũ: ĩ patre cum christo erimus: Sed ille sicut ille: nos sic̃ nos vbicũq; corpe fuerimus Si em̃ loca dicenda sunt et q̃bus non corpora cõtinentur: et locus est cuiq; rei vbi est: loc⁹ christi eternus vbi semper est: ipse pater ẽ et locus patris filius est: quia ego inquit in patre: et pater in me est. Et in hac oratõ
s.xiiij: ne: sicut tu pater inquit in me et ego in te.
s.trac.cx.a. Et locus interea noster ipsi sunt: quia seq̃tur: vt et ipsi in nobis vnum sint. Et nos locus dei sumus: quoniã templũ eius sum⁹: sicut orat pro nobis qui mortu⁹ est pro nobis: viuitq; pro nobis vt in ipsis vnũ sim⁹ quia factus est in pace locus eius: et habi
Ps.lxxv. tatio eius in syon: que nos sumus. Sed quis idoneus loca ista vel que sunt in lo-
D cis istis sine spaciosis capacitatibus ⁊ sine corporeis molibus cogitare? Nõ parũ tñ ꝓficitur: si saltẽ quicq̃d tale oculo cordis occurrit: negatur: respuitur: improbatur. Et lux quedã in qua ista neganda: respuẽda: improbanda cernuntur / sicut potuerit cogitatur: et quã sit certa cognoscit̃ ⁊ amatur: vt inde surgatur atq; ad interora tendatur. Que cum penetrare mẽs inualida et minus quã illa sunt pura nequiuerit: nõ sine amoris gemitu et desiderij lachrimis inde pellatur. et pacienter ferat quamdiu fide mundetur: atq; vt illic habitare valeat sanctis moribus preparetur: Quomodo ergo non erimus cũ christo vbi est: quãdo in patre cum illo erimus in quo ẽ. Neq; hinc apostolus nobis quãuis nondum rem tenentibus: sed tamẽ spem gerentib⁹ tacuit. Ait eni. Si resurrexistis cũ christo que sursum sunt querite vbi christus ẽ in Col.iii
dextera dei sedens: que sursum sunt sapite non que super terram. Mortui em̃ estis inquit: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Ecce interim fide ac spe vita nostra vbi christus est cum illo est: quia cum christo in deo est. Ecce velut iam factum est quod orauit vt fieret dicens: volo vt vbi ego sum et ip̃i sint mecum. Sed nunc per fidem: quando aũt fiet per speciem? Cum christus inquit apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cum ip̃o in gloria. Tunc apparebimus quod tunc erimus: q̃a tũc apparebit non inaniter nos id credidisse ac sperasse ãteq̃ essem⁹. Faciat h̃ filius q̃ cũ dixisset vt videãt claritatẽ meã quã dedisti mihi / cõtinuo subiũxit **quia dilexisti me ante cõstitutionẽ mũdi** In illo em̃ dilexit et nos ante cõstitutionẽ mundi: et tũc predestinauit q̃d in fine facturus est mũdi. **Pater inquit iuste: mundus te non cognouit:** quia iustus es: ideo te non cognouit. Mundus quippe ille damnationi predestiatus merito non cognouit: mundus vero quẽ christus recouciliauit sibi / non merito sed gratia cognouit. Quid est em̃ eum cognoscere: nisi vitam eternam: quã mundo damnato vtiq; non dedit: reconciliato dedit? Propterea vtiq; mũdus te non cognouit qui iustus es. Nec et meritis eius vt te nõ cognosceret tribuisti: et propterea mund⁹ reconciliatus cognouit quia misericors es et vt cognosceret non eius merito sed gratia subuenisti. Deniq; sequitur. **Ego aũt te cognoui.** Ipse fons gratie est de⁹ natura: homo autẽ de spiritusctõ ⁊ virgine ĩ effabili gratia. Deniq̃ ꝓpter ipsuz q; gratia dei per iesum christũ dominũ nostruz: **et hi cognouerunt ĩquit quia tu me misisti.** Ipse est mundus reconciliat⁹ Sz quia tu me misisti. ideo cognouerunt. Ergo gratia cognouerunt. **Et notum feci eis inquit nomen tuum: et notũ faciam** Notũ feci per fidem: notum faciã per speciẽ. Notũ feci cũ fine pegrinãtib⁹: notũ faciã sine fine regnãtib⁹. **Ut dilectio ĩq̃t qua dilexisti me ĩ ipsis sit: ⁊ ego**

in ipis. Non est vsitata locutio: dilectio qua dilexisti me ī ipsis sit et ego ī ipis: vsitate q̄ppe diceret dilectio q̄ dilexisti me. De greco quidem ista translata sunt. Sz sunt similes et latine sicut dicimus /fidelē seruitutem seruiuit: strēnuā miliciam militauit: cuz dici debuisse videatur: fideli seruitute seruiuit: strennua militia militauit. Qualis autē ista locutio est /dilectio qua dilexisti me: tali et apostol⁹ vsus est. Bonum certamē certaui. non ait/bono certamine: quod vsitatus etiā rectiusq̄ diceret Quomō autē dilectio qua dilexit pater filium est et in nobis: nisi quia mēbra ei⁹ sumus: ⁊ in illo diligimur cum ipse diligitur tot⁹. id est. caput et corpus? Ideo subiūxit et ego in ipsis: tanq̄ diceret: quoniam ego sum in ipsis. Aliter enim est in nobis tanquā in tēplo suo: aliter aūt quia ⁊ nos ipse sumus: cum secūdū id quod vt caput nostrū esset homo factus est: corpus eius sumus. Finita ē saluatoris oratio: incipit passio. Ergo et iste sermo finiat: vt de passione quod ipse donauerit alijs sermonibus disputetur.

Explicit tractatus centesimusundecimus. Incipit tractatus centesimusduodecimus. De eo quod dicit. Hec cuz dixisset iesus: egressus est cum discipulis suis trās torrentem cedron vbi erat hortus. Usq̄ ad id. Et ministri iudeorū cōprehēderunt iesum et ligauerunt eū.

A Terminato magno prolixoq̄ ſmone quē post cenaz dn̄s fundendo pro nobis ꝓximo sanguīe ad discipulos habuit qui cū illo tunc erant: adiūcta oratione quā direxit ad patrē: deinceps eius passionē iohs euangelista sic exorsus est. Hec cum dixisset iesus: egressus est cū discipulis suis trās torrētē cedron: vbi erat hortus: in quē ītroiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autē et iudas qui tradebat eū locum: q̄a frequenter iesus cōuenerat illuc cum discipulis suis. Hoc qd narrat īgressū dominū cuz discipulis suis in hortuz: non continuo factū est cū eius illa finita esset oratio de cuius verbis ait: hec cū dixisset iesus. Sed alia quedā sunt interposita: q̄ ab isto pretermissa/ apud alios euangelistas leguntur: sicut apud hunc inueniūtur multa que illi similter in sua narratiōe tacuerunt. Quomō autē inter se om̄es cōueniant: ne veritati que per aliuz promitur ab alio repugnetur: quisq̄s nosse desiderat: non in his sermōibus sed in alijs laboriosis litteris querat: nec stando et audiendo: sed potius sedendo et legendo: vel legenti aurem mentēq̄ intentissimā prebendo illa condiscat. Credat tamē anteq̄ sciat: siue id etiā scire in hac vita possit: siue per aliqua inpedimēta nō possit: nihil ab aliquo euāgelista esse scriptuz: quātū ad hos attinet quos in auctoritatē cauonicā recepit ecclesia: quod vel ipsius vel alterius non minus veraci narratiōi possit esse contrariū. Nunc itaq̄ huius beati iohannis narrationē quā suscepim⁹ tractandā: sine alioꝝ compatione videamus: in eis q̄ manifesta sunt non īmorantes: vt hoc vbi opus est causa poscente faciamus. Non ḡ sic accipiamus quod ait: hec cū dixisset iesus: egressus est cum discipulis suis trans torrentez cedron: vbi erat ortus: in quē introijt ipse et discipuli eius: tanq̄ continuo post illa verba in illū hortū fuerit ingressus: sed ad hoc valeat quod dictū est: hec cuz dixisset iesus: vt nō eū ante opinemur ingressū quā illa verba finiret. Sciebat autem inquit et iudas qui tradebat eum locuz. Ordo verborū est. Sciebat locum qui tradebat eū: quia frequent̄ inquit iesus cōuenerat illuc cum discipulis suis. Ibi ergo lupus ouina pelle contectus: ⁊ inter oues alto patrissamilias consilio toleratus didicit: vbi ad tempus exiguū dispergeret gregē: insidijs appetendo pastorem. Iudas ergo inquit cum accepisset cohortez: et a principibus et phariseis ministros: venit illuc cum laternis et facibus et armis. Cohors non iudeorū sed militūz fuit. A preside itaq̄ ītelligat accepta tāq̄ ad tenendū reum. Seruato ordine legitīe

potestatis. vt nullus tenētibus auderet ob sistere: quamq; et manus tanta fuerit cō gregata: et sic armata veniebat vt vel terreret vel etiā repugnaret: si quisq; christū defendere auderet. Ita quipe eius abscondebatur potestas et obtundebat infirmitas: vt hec inimicis necessaria viderentur aduersus eum in quē nihil valuisset nisi quod ipse voluisset: bene vtens bonus malis et faciēs bona de malis ad faciēdos bonos ex malis et discernendo a malis

B Jesus itaq; sicut euāgelista secutus adiungit: sciens oīa que ventura erant
al. Quem. sup eū: pcessit et dicit eis. † Quid queritis? Responderūt ei. Jesum nazarenū. Dicit eis iesus Ego sum
al. tradebat Stabat autem et iudas qui † tradidit eum cū ipsis: Ut ergo dixit eis ego sum: abierūt retrorsum et ceciderunt in terram. Ubi nunc militū cohors et ministri principū et phariseorum? Ubi terror et munimen armatorū? Nepe vna vox dicentis ego sum: tantā turbam odijs ferocē / armisq; terribilē sine telo vllo pcussit: repulit: strauit. Deus eīm latebat i carne et sempiternus dies ita membris occultabatur humanis: vt laternis et facib⁹ quereretur occidēdus a tenebris. Ego sū dicit: et impios deiecit. Quid iudicaturus faciet: qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit: qui moriturus hoc potuit? Et nunc vbiq; per euangeliū / ego sū dicit christus: et a iudeis expectatur antichristus / vt retro redeant et in terram cadant: quoniā deserentes celestia / terrena desiderant. Certe ad cōprehēdendū iesū persecutores cū traditore venerūt: quem querebant inuenerunt. Audierūt ego sū quare nō conprehenderūt sed abierūt retro et ceciderunt: nisi quia hoc voluit qui potuit quicqd voluit? Verū si nūq; se abeis permitteret apprehēdi: non quidē illi facerent propter quod venerāt: sed nec ipse faceret ꝓpter quod venerat: Cuius quipe illi occidendū querebāt seruiēdo: sed quebat nos et ipse moriendo. Proide quia tenere volētibus nec valentibus ostendit potestatē suam: iam teneāt eū vt faciat de nescientibus voluntatē suam. Iterū ergo eos interrogauit. † Quid queri
al. Quem

tis? Illi autē dixerunt. iesum nazarenū. Respōdit iesus. Dixi vobis: quia ego sum. Si ergo me queritis sinite hos abire: vt adimpleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti mihi: non perdidi ex eis quēquam. Si me inquit queritis: sinite hos abire. Inimicos videt. et hoc faciūt quod iubet. Sinunt hos abire: quos nō vult perire. Nunqd autē non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerētur perderet eos: nisi quia nondū sic in eū credebat: q̄modo credunt, quicūq; non pereūt? Si
C
mon ergo petrus habens gladiuz eduxit eum et percussit seruū † principis: et abscidit eius auriculā dextram. Erat autē nomen seruo malchus. Solus hic euangelista etiam nomen huius serui expressit: sicut Lucas solus quod eius auriculā dñs tetigerit et sanauerit eam. Malchus interptatur regnaturus. Quid ergo auris pro dño amputata et a dño sanata significat: nisi auditum amputata vetustate renouatuz: vt sit i nouitate spiritus: et non in vetustate littere. Quod cui prestitū fuerit a christo: qs dubitet regnaturū esse cū christo? Quod autem seruus dictus est: et hoc ad illam pertinet vetustatez: q̄ in seruitutē generat qd est agar. Sed cum accessit sanitas: figurata est et libertas. Factū tamen petri dñs improbauit. et progredi vltra prohibuit dicens. Mitte gladiū tuum in vaginam. Calicez quē dedit mihi pater non vis vt bibam illū? In suo quipe facto ille discipulis magistrū defendere voluit: non quod faciendum est cogitauit. Et ille igit̄ ad pacientiam cōmonēdus fuit: et hoc ad intelligētiā ꝓscribēdū. Quod autē a patre sibi dicit datū calicem passionis: profecto illud est quod ait apostolus. Si deus pro nobis: quis cōtra nos. Qui filio proprio non pepercit: sed ꝓ nobis omnibus tradidit eū? Verum auctor calicis huius est etiā ipse qui bibit: vnde idem apostolus iterū dicit: christus dilexit nos et tradidit semetipm pro nobis: oblationem et hostiā deo in odorez suauitatis. Cohors autē et tribunus t mi-

ē. tra. cvij

al. pōtifi

Luce. xx

Rho. vij

Gala. iiij

Textus dicit dixit go iesus tro.

Rho. vij

Ephes. v

nistri iudeorũ. comprehenderunt iesum: et ligauerunt eum. Comprehẽderunt ad quẽ non accesserunt: quoniã dies ille/illi vero tenebre permãserunt: nec
ps:xxxiij. audierũt: accedite ad eũ ⁊ illũ inamini Si em̃ sic accederẽt: non eũ manibus occidendũ: sed recipiendũ corde cõprehenderẽt Nunc autẽ quãdo eũ illo modo cõprehẽderunt: tunc ab illo longius recesserũt: et ligauerunt eũ a quo solui potius velle debuerunt. et erant fortassis in eis qui tunc ĩposuerunt xp̃o vincula sua: atq; ab eo po-
Ps.cxv. stea liberati dixerunt. Dirupisti vincula mea Hec hodie satis sint: tractabũtur deo volẽte sermone alio que sequunt̃. Explicit tractat⁹ centesimusduodecim⁹.

¶ Incipit tractatus centesimustredecim⁹. De eo q̃d dicit: Et adduxerunt eũ ad annã primũ. Usq; ad id Iterũ ergo negauit eum petrus: et statim gallus cantauit.

A Postea quam persecutores tradente iuda comp̃hensũ dñm ligauerũt
ephes.v. qui dilexit nos ⁊ tradidit se metip̃m pro nobis ⁊ cui pater nõ pepercit sed pro nobis om̃ibus tradidit eũ: vt intelligatur iudas non laudabil' vtilitate traditiõis huius: sed sceleris volũtate dãnabilis: adduxerũt euz sicut iohãnes euãgelista narrat ad annã primũ: nec tacet causam cur ita factũ sit. Erat em̃ inq̃t socer cayphe: qui erat põtifex anni illius. Erat aũt inquit cayphas qui
ederat. consiliũ † dedit iudeis: q̃a expedit
s.xj.g. vnũ hominẽ mori pro populo Me-
th.xxij. rito et mattheus cũ id breuius narrare voluisset: eũ ad cayphã ductũ fuisse ꝯmemorat: quia et ad annã prius ideo ductus est quod socer eius fuerit. Ubi intelligendũ est hoc eundẽ cayphã fieri voluisse Seq̃batur aũt inquit iesum simõ petrus et alius discipulus. Quisnã iste sit discipulus nõ temere affirmandũ est q̃ tace-
ij xix.c. tur. Solet autẽ se idẽ iohãnes significare ita et addere: quẽ diligebat iesus. Fortassis ergo et hic ip̃e est. quisq̃s tñ sit: sequentia videamus. Discipul⁹ aũt ille ĩquit erat notus pontifici: ⁊ introiuit cũ iesu in atriũ pontificis. Petrus autem stabat ad hostiũ foris. Exiit ergo alius discipulus qui erat notus pontifici: et dixit hostiarie: et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla hostiaria. Nunq̃d et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Nõ suz. Ecce colũna firmissima ad vnius aure ĩpulsum tota cõtremuit. Ubi est illa ꝓmittentis audacia: et de se plurimum presumẽtis. Ubi sunt verba illa quãdo ait: quare nõ possum te seq̃ modo: animam meã pro te ponã? Hocine est sequi magistrũ: se negare discipulũ? Siccine ꝓ dño anima ponit̃: vt hoc ne fiat vox ancillule formidetur? Sed q̃d mirũ si deus vera predixit: homo autez falsa presumpsit? Sane ĩ ista que iã cepta est negatiõe apl̃i petri: debem⁹ aduertere nõ solũ ab eo ne- xj.q.iij.non
gari xp̃m qui dicit eũ nõ esse xp̃m: sed ab illo etiã qui cũ sit negat se eẽ xp̃ianũ. Dominus enĩ non ait petro/ discipulũ meum te negabis: sed me negabis. Negauit ergo ipsum: cũ se negauit eius esse discipulum: Quid autẽ aliud isto modo quã se negauit esse xp̃ianũ? Quãuis enĩ discipuli xp̃i nondũ appellarent̃ hoc noĩe: post ascensio- Actuũ.xj.
nez quippe eius in anthiochia primũ ceperunt appellari disipuli xp̃iani: Jam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda. Jam erãt discipuli qui postea appellati sunt xp̃iani: et hoc cõmune nomen sicut cõmunẽ etiã fidem ad posteros trãsmiserunt. Qui ergo se xp̃i negauit esse discipulũ: ipsam rem negauit: cuius nomẽ ẽ vocari xp̃ianũ. Q̃ multi postea non dico senes et anus in quibus huius vite societas facilius potuit mortẽ pro xp̃i cõfessione cõtempnere: nec solũ iuuentus vtriusq; sexus: de qua etate cõuenient̃ videt̃ exigi fortitudo: sed etiã pueri puelleq; potuer̃t et innumerabilis societas sanctoꝝ martyrum in regnũ celoꝝ fortiter et violẽter intrare: quod tunc iste non potuit qui claues regni eius accepit. Ecce vnde dictum est/ sinite hos ab ire: quãdo se pro nob̃ tradidit qui suo sanguĩe nos redemit. vt impleretur sermo quẽ dixit. Quia quos dedisti mihi: nõ perdidi ex eis quẽq̃: Utiq; s.trac.cxij.b
enim petrus si negato christo hinc iret: q̃d aliud quã periret. Stabant autẽ serui et ministri ad prunas quia frig⁹ B
erat: et calefaciebant se. Non hyems

erat: et tamen frigus erat: quia solet etiaz equinoctio verno aliqñ contingete. Erat autē cū eis et petrus stans et calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesū de discipul' eius: ⁊ de doctrīa eius. Rñdit ei iesus. Ego palam locutus sum mūdo: ego semp docui ī synagogis: et in tēplo quo omnes iudei conueniūt: et in occl'to locutus sū nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ip̄is: ecce hi sciunt que dixerim ego. Non preter eūda nascitur q̄stio quomō dixerit dñs iesus/ego palā locutus sum mūdo: et maxīe illud quod ait: in occulto locutus sum nihil. Nōne in hoc ipso recentiore sermone quē post cenā discipul' est locut⁹ ait illis: hec in proūbijs locutus sū vob: venit hora cū iam non in ꝓuerbijs loquar vob: sed palā de patre meo annūciabo vobis? Si ergo ipsis cōiunctiorib⁹ discipul' suis non loquebatur palā: sed horā ꝓmittebat qñ palā fuerat locuturus: quomō palā locutus est mundo? Deiñ illisipsis sicut alioꝝ quoq; euangelistarū testat' auctoritas: in eorū comparatiōe qui discipuli eius non erant: multo vtiq; manifestius loq̄bat': qñ cum solis erat remotus a turbis. Tūc sensum eis et parabolas aperiebat: quas clausas ꝓferebat ad alios. Quid est ḡ in occulto locutus suz nihil. Sed intelligendū est ita eū dixisse palā locutus sum mundo: ac si dixisset: multi me audierūt. Ip̄m aūt palam mō q̄dā erat palā: mō autē quodā nō erat palam. Palā q̄ppe erat: q̄a multi audiebāt: et rursū nō erat palā: q̄a nō intelligebant. Et qd̄ seorsum discipul' loq̄batur: non in occulto vtiq; loq̄bat'. Quis nāq; in occulto loq̄tur qui coram tot hoīnibus loquit': cū scriptū sit In ore duoꝝ vl' triū testium stabit omne verbū: preserti si h̄ loq̄tur paucis: qd̄ per eos vult inotescē et mlt'tis: sicut ip̄e dñs ait illis quos adhuc paucos habebat. Qd̄ dico vobis ī tenebris dicite in lumine: et qd̄ in aure auditis: p̄dicate sup tecta. Ergo et h̄ ip̄z qd̄ ab eo dici videbat' occulte: q̄dāmō nō dicebat' ī occulto: qr ñ ita dicebat' vt ab eis q̄b⁹ dictū fuerat taceret': sz ita poti⁹ vt vsqueq̄q; p̄dicaretur. Sic ergo dici pōt aliq̄d et palā simt' et non palā: vel in occulto simul et non in occulto: quomō dictū est: vt vidētes videant: et non videāt. Quomō em̄ videāt: nisi q̄a palā ñ in occulto? Et quomō idēip̄i rursus nō videant: nisi q̄a nō palā sed ī occulto? Ea tñ ip̄a que audierāt et ñ intellexerant. talia erāt vt nō possent iuste ac veraciter criminari. Et q̄tiēscūq; interrogādo temptarūt vt inuenirēt vnde et accusarent eū: sic eis respōdit: vt om̄es eoꝝ retunderent' doli: et calūpine frustrarētur. Ideo dicebat/ quid me interrogas: interroga eos qui audierūt q̄d locutus sim ip̄is ecce hi sciūt q̄d dixerī ego. Hec aūt cuz dixisset vnus assistēs ministrorum: dedit alapā iesu dicens. Sic respondes pontifici? Rñdit ei iesus. Si male locut⁹ sum testimonium ꝑhibe de malo: si aūt bene: q̄d me cedis? Quid ista rñsione verius: māsuetius: iusti⁹? Eius est em̄ de quo ꝓphetica vox precesserat: Intēde ꝓspere procede et regna: ꝓpter veritatē et māsuetudinē et iusticiā. Si cogitemus q̄s accepit alapā: nōne vllemus eū q̄ percussit aut celesti igne consūmi: aut terra dehiscēte sorberi: aut correptū demonio volutari. aut aliq̄ huiusmodi q̄libet pena: vel etiā grauiore puniri? Quid em̄ horū per potētiaz iubere nō potuisset per quē factus est mundus: nisi pacientiā nos docere maluisset q̄ vincit' mūdus? Forte hic dic' aliq̄s. Cur ñ fecit q̄d ip̄e p̄cepit? Percucienti em̄ nō sic rñdere: sed maxillā debuit alterā prebere: Quid qd̄ ⁊ veracit' mansuete iusteq; rñdit et nō solū alterā maxillā iterū ꝑcussuro: sz totū corpus figendū p̄parauit in ligno Et hinc pocius demōstrauit: qd̄ demōstrādū fuit: sua scz magna illa p̄cepta paciētie: ñ ostentatiōe corp̄is sed cordis p̄paratione faciēda. Fieri em̄ pōt vt alterā maxillā visibiliter p̄beat hō: et iratus. Quāto ḡ melius et rñdet vera placatus: et ad ꝑferenda grauiora/tranq̄llo anīo sit paratus? Beatus ē em̄ q̄ in om̄ib⁹ q̄ iiusta ꝓ iusticia patitur: pōt veracit' dicē: paratū cor meū deus paratū cor meū. Hinc fit quippe qd̄ sequitur: cantabo et psalmū dicam domīo. Quod paulus ⁊ barnabas: etiā in vinculis durissimis facere potuerunt. Sed ad narrationis euangelice sequentia redeamus.

Deut. xvij.

Math. x.

C

Ps. xliiij

Math. v

Ps. lvj.

D Et misit eum annas ligatum: ad
caypham pontificem. Ad illũ eĩ sicut
at.xxvj. mattheus dicit ab initio ducebat: quoniã
ipse erat illius anni princeps sacerdotum.
Alternos quippe intelligẽdi sunt agẽ sole
re annos ambo pontifices. id est. principes
sacerdotũ qui erant illo tempe annas et
cayphas. Quos ⁊ lucas euãgelista cõme-
morat: narrãs quo tempe ceperit dñs a p̃-
cursore iohanne p̃dicare regnũ celoꝝ ⁊ cõ
Luce.iij. gregare discipulos. Sic enĩ dicit. Sub p̃n-
cipibus sacerdotũ anna ⁊ caypha: factuꝫ
est verbũ dñi sup iohannẽ zacharie filium
in deserto/ ⁊ cetera. Proĩde isti ambo po-
tifices vicissim suos annos agebãt: Et erat
tũc annꝰ cayphe qñ passus est christus. Jõ
t.vbi.s. ꝟm mattheũ cum comp̃hensus esset/ ad eũ
vbi.s.a ductus est: sed prius ad annã ꝟm iohannẽ
venerũt cum illo: non qꝛ collega sed quia
socer eius erat. Et credendũ est ꝟm volun
tatem cayphe id esse factũ: vl' etiam domꝰ
eorum ita fuisse positas vt nõ deberet an-
nas a transeũtibꝰ p̃teriri. Sed cũ dixisset
euãgelista qđ eum ligatũ miserit ãnas ad
caypham. reuersus est ad locuꝫ narratiõis
vbi reliquerat petꝝ: vt explicaret quod ĩ
domo anne de trina eius negatiõe conti-
gerat. Erat autem inq̃t simon petrus
stans ⁊ calefaciens se. Hoc recapitu-
lat qđ ante iam dixerat. Deinde que secu
ta sunt iungit. Dixerũt ergo ei. Nun-
quid ⁊ tu ex discipulis eius es? Ne
gauit ille ⁊ dixit. Non sum. Jam se-
mel negauerat ad ancille vocẽ: ⁊ ecce ite-
rum eodem timore p̃territꝰ negauit. Dein
de vt tertia negatio p̃ficeret ⁊ verbũ dñi p̃
dicentis impleret. Dicit ei vnꝰ ex ser-
uis pontificis cognatꝰ eius. cuius
abscidit petrus auriculam. Nõne
ego te vidi in horto cũ illo? Iterũ
ergo negauit petrus: ⁊ statim gal-
lus cantauit. Ecce medici completa ẽ
s.xiij. p̃dictio: egroti ꝯuicta p̃sumptio. Non enĩ
factum est qđ iste dixerat: aĩam meam pro
te ponam. sed factum ẽ qđ ille predixerat
ter me negabis. Sed trina petri negatiõe
completa. iam ⁊ iste sermo compleatur: vt
deinceps que de dño apud pontiũ pilatũ
p̃sidẽ gesta sunt/ ab alio ꝯsidẽmꝰ exordio.

Explicit tractatus centesimꝰ tre-
decimus.

Incipit tractatus centesimꝰ deci
musquartus. Ab eo qđ dicit. Ad-
ducunt ergo iesum a caypha in p̃-
torium. Erat autem mane: vsq̃ ad
id qđ a t. Ut sermo iesu impleret
quem dixit: significans qua morte
esset moriturus.

Que cum do- A
mino vel de dño nostro iesu
christo apud pontiũ pilatum
p̃sidem gesta sunt. q̃tum io-
hannes euãgelista indicat/ deinde videa-
mus: Redit enĩ ad locũ narratiõis sue vbi
eam reliquerat vt explicaret petri nega-
tionẽ. Jam quippe dixerat/ ⁊ misit euꝫ an-
nas ligatum ad caypham pontificem/ atq̃
inde regressus euãgelista vbi dimiserat pe
trum calefacientẽ se ad ignẽ in atrio: pꝰ q̃
totam eius negationẽ que ter facta est ter
minauit: iterũ p̃currit ad ordinẽ hystorie.
Adducũt ergo iesum inq̃t a caypha
in pretoriũ. Ad cayphã quippe ab anna
collega ⁊ socero eius dixerat missum. Sꝫ
si ad caypham. cur in pretorium? Qđ nihil
aliud vult intelligi: q̃ vbi p̃ses pilatꝰ ha-
bitabat. Aut igit aliq̃ vrgẽte causa de do
mo anne q̃ ad audiẽdũ ihm ambo ꝯuene-
rant: cayphas p̃rexerat ad p̃torium p̃resi-
dis ⁊ socero suo iesuꝫ reliq̃rat audiẽdum:
aut ĩ domo cayphe p̃toriũ pilatꝰ accepat:
⁊ tanta domꝰ erat: vt seorsuꝫ habitãtẽ dñꝫ
suũ: seorsuꝫ iudicẽ ferret. Erat aũt ma-
ne. ⁊ ipsi. id est. q̃ ducebãt iesum/ nõ in
troierũt in p̃toriũ: hoc est in eaꝫ p̃tem
domꝰ quã pilatꝰ tenebat. si ipsa erat do-
mus cayphe. Cur aũt nõ introierũt in pre
toriũ/ exponẽs causaꝫ: vt nõ cõtamĩarẽ
tur inq̃t sed vt mãducarẽt pasca. Di-
es agi ceperant azymoꝝ: q̃bus diebꝰ con-
taminatio illis erat in alienigene habita-
culũ introire. O impia ⁊ stulta cecitas. Ha
bitaculo videlicet ꝯtamĩarent alieno: ⁊ ñ
ꝯtamĩarent scelere ꝓprio? Alienigene iu
dicis p̃torio ꝯtamĩari timebãt. ⁊ frĩs inno
centis sanguinẽ fundẽ nõ timebãt: vt hoc
solũ interim dicã vbi seua maloꝝ ꝯscĩa te
nebant. Nam q̃ etiã dñs erat q̃ eoꝝ impie
tate ducebat ad mortẽ/ ⁊ vite dator occi-
debat. nõ eoꝝ ꝯscĩe sed ignorãtie depute-
tur. Exiuit ergo pilatꝰ ad eos foras

et dixit. Quā accusationem affert̄ aduersus hominem hunc? Respōderunt ⁊ dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Interrogentur atq; respondeant ab īmundis spiritibus liberati/sanati languidi/leprosi mūdati/ surdi audientes/muti loquentes/ceci videntes/mortui resurgentes. ⁊ qd̄ omnia superat/stulti sapientes: vtrum sit malefactor iesus. Sed ista dicebant de quibus per ꝓphetam iaꝫ ipse predixerat: Retribuebant mihi mala pro bonis. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos: ⁊ ꝑm legem vestrā iudicate eū. Dixerunt ergo ei iudei Nobis non licet interficere quēq̄.

de penitē. dis. j. picl'ose B

Quid est quod loquitur insana credulitas. An ñ interficiebāt quē interficiēduꝫ offerebāt. An forte crux ñ inf̄ficit? Sic desipiunt qui non sectantur. sed insectantur sapientiā? Quid est autem. Nobis non licet interficere quemq̄? Si malefactor est: cur non licet? Nonne lex eis p̄cepit. ne malefactoribꝰ presertim qualem istum putabant a suo deo seductoribꝰ parcant? Sed intelligendū est eos dixisse non sibi licere interficere quemq̄. ꝓpter festi diei sanctitatem quem celebrare iam ceperant: ꝓpt̄ quem de ingressu pretorij etiam ꝯtaminari metuebāt. Ita ne obduruistis falsi israelite? Ita ne omnē sensum nimia malicia ꝑdidistis: vt ideo vos a sanguine innocentis impollutos esse credatis. quia euꝫ fundendum alteri tradidistis? Nunq̄d ⁊ pilatus illum qui potestati eius a vobis ingeritur occidendus: suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi. si non insidiati estis. si nō vobis tradendū pecunia compastis. si non comp̄hēdistis: vinxistis. adduxistis. odistis. si non occidenduꝫ manibus obtulistis. vocibus poposcistis: non eum a vobis interfectum esse iactate.

Infra. xix. b

Si autem illis omnibꝰ vestris p̄cedentibꝰ factis etiam crucifige crucifige clamastis: audite quid contra vos ꝓpheta clamat.

ps̄. lvj.

Filij hominū dentes eorum arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eorum machera acuta. Ecce q̄bus armis. quibus sagittis. qua machera iustum interfecistis: quando vobis interficere quemq̄ non licere dixistis. Hinc est quod ad comp̄hendendū iesum cuꝫ sacerdotum non venissent principes sed misissent: lucas tamen euangelista in eodem narratiōnis sue loco ait. Dixit autem ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum ⁊ magistratꝰ templi ⁊ seniores. Quasi ad latronem existis: ⁊ cetera. Sicut ergo principes sacerdotū non per seipsos sed ꝑ eos quos miserant ad comp̄hendendū iesum. quid aliud q̄ ipsi in sue iussionis potestate venerunt: sic omnes qui crucifigendum iesum impijs vocibus clamauerunt. non quidem per seipsos eum. sed tamē ipsi per illum qui eorum clamore ad hoc nephas impulsus est occciderunt. Quod vero iohannes euangelista subiungit vt sermo iesu impleretur quem dixit. significans qua morte esset moriturus: si mortem crucis hic velimus accipere: tanq̄ ideo dixerint iudei. nobis non licet interficere quemq̄: quia interfici aliud est. aliud crucifigi. non video quomodo id possit consequenter intelligi: cum h̄ ad pilati verba responderīt quibꝰ eis dixerat. accipite eum vos. ⁊ ꝑm legem vr̄am iudicate eum. Nunquid ergo eum non poterant accipe. ⁊ ipsi eum crucifigere: Si ꝑ tale genus supplicij interfectionē cuiusq̄ vitare cupiebant? Quis autem non videat q̄ sit absurdum eis licere quemq̄ crucifigere: quibus non licet quemq̄ interficere? Quid qd̄ ipse dn̄s eandē mortem suaꝫ id est. mortem crucis. etiam interfectionē vocat? sicut legimus apud marcum vbi ait Ecce ascendimus hierosolymā: ⁊ filiꝰ hominis tradetur principibꝰ sacerdotū ⁊ scribis ⁊ dānabunt eum morte: ⁊ tradent eum gentibus ⁊ illudent ei. ⁊ conspuent eum. ⁊ flagellabūt eū ⁊ interficiēt eū: ⁊ tertia die resurget. Nimirum ergo ista dicēdo significauit dn̄s qua esset morte moriturus: nō qd̄ hic mortem crucis vellet intelligi. sed quod eum iudei fuissent gentibus tradituri. hoc est rhomanis. Nam pilatus rhomanus erat: eumq̄ in iudeam rhomani presidem miserant. Vt ergo iste sermo iesu impleretur. id est. vt eum sibi traditum gentes interficerēt. quod iesus futurum esse p̄dixerat: ideo pilatus qui iudex rhomanus erat. cum vellet eū reddē iudeis vt ꝑm legem suam iudicarent eum. noluerunt eum accipere dicentes: nobis non licet interficere quemq̄. Ac sic impletus est sermo ie-

Luce. xx

C

Marci. x

su quem de sua morte predixit vt eũ a iudeis traditum interficerent gentes: minore scelere q̃ iudei qui se isto modo ab ei⁹ interfectione velut alienos facere voluerunt: non vt eorum innocentia sed vt dementia monstraretur.

Explicit tractatus centesimusdecimusquartus.

Incipit tractatus centesimusdecimusq̃ntus. Ab eo quod dicit. Introiuit ergo iterum in pretoriũ pilatus/ ⁊ vocauit iesum: vsq̃ ad id quod ait. Erat aũt barrabas latro

A Quid pilatus dixerit christo. quidve pilato ille respõderit: isto sermone considerandũ atq̃ tractãdum est. Cum enim dictum esset iudeis. accipite eum vos ⁊ ꝟm legem vestram iudicate eum. atq̃ cum illi respondissent. nobis non licet occidere quemq̃: Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus. ⁊ vocauit iesum: ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeorum? Et respondit iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt d̃ me? Sciebat vtiq̃ dominus. ⁊ quod ipse interrogauit: ⁊ q̃d illi responsurus fuit. Sed tamen dici voluit. non vt ipse nesciret. sed vt scriberetur q̃d nos voluit vt sciremus. Respondit ei pilatus. Nunquid ego iudeus suꝫ Gens tua ⁊ pontifices tradiderũt te mihi. Quid fecisti? Respõdit iesus. Regnũ meum non est de hoc mũdo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei † decertarent. vt nõ traderer iudeis. Nũc autem regnum meum non est hinc

C. vtiq̃

Hoc est quod bon⁹ magister scire nos voluit: Sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominũ de regno eius opinio siue gentium siue iudeoꝝ. a quibus id pilatus audierat: quasi ꝓpterea morte fuisset plectendus q̃d illicitum affectauerit regnum. vel quoniam solent regnaturis inuidere regnantes: ⁊ videlicet cauendũ erat. ne eius regnum siue rhomanis siue iudeis esset aduersum. Poterat autem dñs q̃d ait. regnum meum non est de mũdo hoc ⁊ cetera. ad primã interrogationẽ p̃sidis rñdẽ. vbi ei dixit. tu es rex iudeoꝝ: sed eum vicissim interrogans vtrum hoc a semetipso diceret an audisset ab alijs. illo respondẽte ostendere voluit hoc sibi apud illũ fuisse a iudeis velut crimen obiectum: patefaciens nobis cogitationes hominũ quas ipse nouerat quia vane sunt: eisq̃ post responsionem pilati/ etiam iudeis ⁊ gentib⁹ oportunius aptiusq̃ respondens. Regnũ meum non est de hoc mundo. Quod si interroganti pilato continuo respondisset. ñ etiam iudeis sed solis gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Nũc ergo qm̃ rñdit pilatus. Nunquid ego iudeus sum? Gens tua ⁊ pontifices tradiderunt te mihi. abstulit a se suspitionez qua possit putari a semetipso dixisse. q̃d iesuꝫ regem dixerat esse iudeorũ: id se a iudeis audisse demonstrans. Deinde dicẽdo/ q̃d fecisti: satis ostendit illud ei pro crimĩe obiectum. Tanq̃ diceret. Si regem te negas quid fecisti vt tradereris mihi? Quasi mirum non esset si puniendus iudici traderetur: qui se diceret regem. Si autem h̃ non diceret. querendũ ab illo esset: quid aliud forte fecisset vnde tradi iudici dign⁹ esset.

B Audite ergo iudei ⁊ gentes. Audi circumcisio: audi preputiũ: audite omnia regna terrena. Non impedio dñationẽ vestram in hoc mundo: regnũ meum non est de hoc mũdo. Nolite metuere metu vanissimo quo herodes ille maior cum christus natus nunciaretur expauit. ⁊ tot infantes vt ad eum mors perueniret occidit: timendo magis q̃ irascendo crudelior. Regnuꝫ inquit meum non est de hoc mũdo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non ẽ de h̃ mũdo: vẽnite credendo: ⁊ nolite seuire metuẽdo. Dicit quidem in prophetia d̃ deo patre. Ego autem constitutus sum rex ab eo: super sion montem sanctum eius. Sed sion illa. ⁊ mons ille. nõ ẽ de hoc mundo. Quod est eniꝫ eius regnũ nisi credentes in eum: quibus dicit. de mũdo non estis. sicut ⁊ ego non sum de mundo? q̃uis eos esse velit in mundo: ꝓpter quod de illis dixit ad patrem. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos

Matthei. ij.

ps. ij.

s. viij. c.

s. xvij. d

a malo. Unde ꝛ hic non ait. regnuꝫ meum non est in hoc mundo: sed non est de hᵒ mũ do. Et cũ hᵒ ꝓbaret dicens. Si ex hoc mũ do esset regnum meum. ministri vtiq; mei decertarent. vt non traderer iudeis. non ait/nunc autem regnum meum non est hic sed non est hinc. hic est enim regnum eius vsq; in finem seculi: habens inter se cõ mixta zizania vsq; ad messem. Messis enim finis est seculi. qñ messores venient. id est
Matth. xiij. angeli ꝛ colligent de regno eius omina scandala: qõ vtiq; non fieret si regnũ eius non esset hic. Sed tamẽ non est hinc: qz pegriatur in mũdo. Regno suo quipe dicit
ō. xv. c. De mũdo ñ estis: sꝫ ego vos elegi ō mũdo Erant ergo de mũdo. qñ regnũ eius non erãt: sed ad mũdi principem ptinebãt. De mũdo ẽ ergo quicq̃d hominũ a vero q̃dẽ deo creatũ: sed ex adam viciata atq; dam nata stirpe generatũ est. Factũ est aũt regnũ. non iam ō mũdo/quicq̃d inde ĩ christo regeneratũ est. Sic enĩ nos ōs eruit de
Colossen. j. potestate tenebrarũ: ꝛ transtulit in regnũ filij claritatis sue. De quo regno dicit. regnũ meũ non est de hoc mũdo: vel regnũ meũ non est hinc. **Dixit itaq; ei pilat⁹ Ergo rex es tu? Respondit iesus Tu dicis. quia rex sum ego.** Non qz regem se timuit confiteri: sed tu dicis. ita liberatum est vt neq; se regem neget. Rex ẽ enĩ cuius regnũ non est ō hoc mũdo: neq; regem talem se esse fatetur. cuius regnum puteꝫ esse de hoc mũdo. Talem quipe ille sentiebat qui dixerat. Ergo rex es tu? cui responsum est. tu dicis qz rex sum ego Dictũ est enĩ tu dicis: ac si dictũ esset. car-
C nalis carnalit dicis: Deinde ait: **Ego in hoc natus sum ꝛ ad hoc veni ĩ mũ dum: vt testimoniũ phibeam veritati.** Non est ꝓducẽda huius ꝓnois syllaba qõ ait in hoc natus sum: tanq; dixerit in hac re natus sum. sed corripienda tanq; dixerit ad hanc rem natus sum vel ad hoc natus sum: sicut ait ad hoc veni in mũdu Jn greco nanq; euãgelio nihil est huiᵒ locutionis ambiguũ. vnde manifestũ est eũ tpalez natiuitatẽ suaz hic cõmemorasse. q̃ incarnatus venit in mũdũ: non illam sine initio qua deus erat. ꝓ quem pater ꝓdidit mũdũ. Jn hoc ergo se dixit natum. id est. ꝓpter hoc natũ/ꝛ ad hoc venisse in mundum. vtiq; nascẽdo de virgine: vt testimoniũ phibeat veritati. Sed qz non oĩum est fides: aduenit atq; ait. **Omnis qui est ex veritate: audit vocem meam.** Audit vtiq; interiorib⁹ auribᵒ. id est. obaudit mee voci: qõ tm̃dem valeret. si diceret/credit mihi. Cũ itaq; christᵒ testimoniũ phibeat veritati: pfecto testimoniũ phibet sibi. Eius quipe vox est. Ego sum veritas. ō. x.
Et alio loco. Ego testimoniũ phibeo ō me ō. viij. c.
Qõ vo ait. omis qui est ex veritate audit vocẽ meam: gr̃am cõmẽdauit: q̃ fm ꝓpositum vocat. De quo ꝓpositu dicit apostolus. Scimus qm̃ diligentibᵒ deũ oĩa co Rhoma. v
operanꝫ in bonũ his qui fm ꝓpositu dei vocati sunt: ꝓpositũ. s. vocantis nõ vocatoꝝ. Qõ alibi apertius ita positũ est. Con laboro euangelio fm virtutem dei saluos nos facientis ꝛ vocantis vocatiõe sua sancta/non fm opa nr̃a sed fm suũ ꝓpositum et gr̃am. Nã si naturã cogitemᵒ in q̃ creati sumus/cum oẽs veritas creauerit/qs non est ex veritate. Sed nõ oẽs sunt quibᵒ vt audiant veritatẽ. hoc est. vt obediãt veritati ꝛ credãt in veritatẽ/ex ipsa veritate p̃ statur nullis ꝓculdubio p̃cedentibᵒ meritis: ne gr̃a nõ sit gr̃a. Si enĩ dixisset. oĩs q̃ audit meã voluntatẽ ex veritate est: ideo dictus ex veritate putareꝫ quia obtemperat veritati. Nõ ãt hᵒ ait sꝫ ait: oĩs q̃ est ex veritate/audit meã vocẽ. Ac ꝓ hoc nõ iõ ẽ ex veritate qz eiᵒ audit vocẽ. sꝫ iõ audit. qz ex veritate ẽ. id est. qz hoc illi donũ ex veritate collatũ est. Qõ q̃d est aliud q̃ donante christo credit in christum? **Dixit ei pilatus. Quid ẽ veritas?** Nec expectauit audire rñsum: **sed cũ hoc dixisꝫ iteruzeruit ad iudeos ꝛ dixit eis. Ego nullã inuenio ĩ eo cãz Est aũt cõsuetudo vobis: vt vnũ dimittaz vobis in pasca. Vultis ergo dimittam vobis regẽ iudeoꝝ?** Credo cum dixisset pilatus quid est veritas. in mentẽ illi venisse ꝓtinuo ꝓsuetudinez iudeoꝝ q̃ solebat eis dimitti vnᵒ in pasca: ꝛ ideo nõ expectauit vt responderet ei iesus q̃d eẽt veritas. ne mora fieret cum recoluisset morem quo posset eis ꝓ pasca dimitti: qõ euz valde voluisse manifestũ est. Quelli tamẽ ex eius corde non potuit iesum regẽ eẽ iudeoꝝ: tanq; hoc ibi sicut in titulo ipsa ve-

ritas fixerit de qua qđ esset interrogauit. Sed hoc audito: clamauerũt rursum oẽs dicẽtes. Nõ hũc sed barrabã. Erat aũt barrabas latro. Non reprehendimus o iudei qõ p pasca liberatis nocentem: sed qõ occidistis innocentẽ. Qõ tamen nisi fieret/ vex pasca nõ fieret: Sed vmbra veritatis a iudeis errantib⁹ tenebatur: et mirabili dispẽsatiõe diuine sapientie p hoies fallaces eiusdem vmbre veritas implebat: quia vt verũ pasca fieret christ⁹ velut ouis imolabat. Hinc ea sequunt que iniuriosa christo pilatus ꝛ cohors eius ingessit: sed alia disputatiõe tractanda sunt.

Explicit tractatus centesimus decimus quintus.

Incipit tractatus centesimus decimussextus. De eo qõ dicit. Tunc ergo apprehẽdit pilat⁹ iesum ꝛ flagellauit: vsq; ad id qõ ait. Susceperũt aũt iesum ꝛ edurerũt eum

A QVm iudei clamassent non iesum sibi a pilato dimitti velle p pasca. ſz barrabam latronẽ. nõ saluatorem sed interfectorẽ. nõ datorẽ vite sed ademptorẽ: Tũc apphẽdit pilat⁹ iesum ꝛ flagellauit. Hoc pilat⁹ nõ ob aliud fecisse credẽdus est: nisi vt eius iniurijs iudei saciati sufficere sibi existimarẽt: ꝛ vsq; ad eius mortẽ seuire desisterẽt. Ad hoc pertinet qõd idem pñses cohortẽ suam etiã pmisit facere que sequunt. aut fortassis ꝛ iussit: q̃uis hoc euãgelista tacuerit. Dixit enĩ qđ deinde fecerint milites: pilatũ tamen id iussisse nõ dixit. Et milites inq̃t plectentes coronã de spinis. imposuerũt capiti eius. ꝛ veste purpurea circumdederũt eũ: et veniebãt ad eũ et dicebãt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabant ei alapas. Sic implebãt que de se p̃dixerat christ⁹. Sic martyres informabant ad oĩa que psecutores libuisset facere pferẽda. Sic paulus per occultata tremẽda potentia: cõmẽdabat prius imitanda patientia. Sic regnũ qõ de hoc mũdo nõ erat: supbũ mundũ non atrocitate pugnã di. sed patiẽdi hũilitate vincebat. Sic illõ granũ multiplicandũ seminabat horribili cõtumelia: vt mirabili pullularet in gloria

pitu. xix.

Exijt iterũ pilat⁹ foras: et dicit eis Ecce adduco eũ foras: vt cognoscatis q̃a in eo nullã cãm inuenio. Exijt ergo iesus portas spineã coronã et purpureũ vestimentuꝫ. Et dicit eis. Ecce hõ. Hic apparet nõ ignorante pilato hec a militib⁹ facta. siue iusserit ea siue pmiserit. illa scilicet; causa quaꝫ supra dixim⁹: vt hec eius ludibria inimici libentissime biberẽt ꝛ vlterius sanguinem nõ sitirent. Egredit ad eos iesus portans spineam coronã ꝛ purpureũ vestimentuꝫ. non clarus impio sed plen⁹ opprobrio. Et dicit eis. Ecce h̃o. Si regi inuidetis: iã pcite qz delectũ videtis. Flagellat⁹ est spinis coronat⁹ est: ludibriosa veste amictus est. amaris quicijs illusus ẽ. alapis cesus est: feruet ignominia. frigescat inuidia. sed nõ frigescit: inardescit potius ꝛ increscit. Cũ ergo vidissẽt eũ põtifices et mĩstri clamabãt dicentes. Crucifige crucifige eũ. Dicit eis pilat⁹. Accipite eũ vos: et crucifigite. Ego enĩ non inuenio i eo cãꝫ. Rñderũt ei iudei Nos legem habem⁹. et ſm legẽ debet mori: q̃a filiũ dei se fecit. Ecce altera maioꝛ inuidia. Parua quippe illa videbatur velut affectate illicito ausu regie potestatis: ꝛ tamen neutrũ sibi iesus mendaciter vsurpauit. sed vtrũq; verũ est. Et vnigenit⁹ dei filius ẽ. ꝛ rex ab eo constitutus sup sion montẽ sanctũ eius: ꝛ vtrunq; nũc demõstraret. nisi q̃to erat potẽtioꝛ tãto mallet esse patiẽtioꝛ

ps. ij.

B Cũ ergo audisset pilat⁹ hoc † verbũ magis timuit: et ingressus ẽ pretoriũ iteruꝫ et dicit ad iesum. Vñ es tu? Jesus aũt rñsum nõ dedit ei. Hoc silentium dñi nri iesu christi nõ semel factũ collatis oĩum euãgelistarũ narratiõib⁹ repit: ꝛ apd principes sacerdotũ ꝛ apud herodez. quo eum sicut lucas indicat miserat pilat⁹ audiendũ. ꝛ apud ipsuꝫ pilatũ. vt nõ frustra de illo ppheta pcesserit. sicut agn⁹ coraꝫ tondẽte se sine voce. sic nõ aperuit os suum: tũc vtiq; qñ interrogãtib⁹ nõ rñdit. Quis enĩ qbusdã interrogatiõib⁹ sepe rñderit. tñ ppt illa in qb⁹ noluit rñdẽ ad hoc da-

† Tex. habz hũc ſmonẽ.

Luce. xxiij.

Esaie. liij.

ta est de agno similitudo: vt in suo silentio non reus sed innocēs haberet. Cum ergo iudicaret vbicunq; non apuit os suum sicut agnus non aperuit. id est. nō sicut male sibi conscius qui d̄ peccatis cōuincebat suis: sed sicut māsuetus qui pro peccatis īmolabat alienis. Dicit ergo ei pilatus Mihi nō loqueris? Nescis q̄a ptātem habeo crucifigere te: et ptātem habeo dimittere te? Rn̄dit iesus Nō haberes aduersum me ptātē vllā: nisi tibi datū essz desup. Propterea q̄ me tradidit tibi: maiꝰ peccatum habet. Ecce rn̄dit: ⁊ tn̄ vbicunq; non rn̄dit. non sicut reus siue dolosus: sed sicut agnus: hoc ē sicut simplex atq; innocens non apuit os suū. Proinde vbi nō respondebat sicut ouis silebat: vbi rn̄debat sicut pastor docebat. Discamꝰ ergo qd̄ dixit qd̄ ⁊ p apl'm docuit. qr nō est ptās nisi a deo. Et qr plus peccat qui ptāti innocētem occidendū liuore tradit. q̄ ptās ipsa si eum timore alterius maioris ptātis occidit. Talem quippe pilato deus dederat potestatē: vt etiā essz sub cesaris ptāte. Quapp̄ter non haberes inquit adūsuz me ptātem vllam. id est. q̄tulamcūq; habes: nisi hoc ipsum quidem tibi esset datū desuper Sed qm̄ scio q̄tum sit. non enī tm̄ est vt tibi oīmodo liberū sit: Propterea q̄ tradidit me tibi: maius peccatū habet. Ille q̄ppe me tue potestati tradidit inuidēdo: tu v̄o eandem ptātem ī me exercituꝰ es me tuendo. Nec timēdo quidem p̄sertim īnocentem homo hoīem debet occidere: sed tamen id zelādo facere multomagis malum est q̄ timēdo. Et ideo non ait verax mgr̄/ qui me tradidit tibi ipse habet peccatum tanq̄ ille nō haberet: sed ait maiꝰ habet peccatū vt etiam se habere intelligeret. Neq; enī ꝓpterea illud nullū est: qr h̄ maius est. Exinde querebat pilatus dimittere eū. Quid est hoc qd̄ dictū est exinde? Quasi antea nō querebat? Lege supiora: ⁊ inuenies iam dudum eum querere dimittere iesum. Exinde itaq; intelligendū est ꝓpter hoc. id ē. ex hac causa ne haberet peccatū occidēdo innocentē sibi traditū. q̄uis minus peccās q̄ iudei q̄ euz illi tradiderāt occidēdū: Exinde ergo. id est. iō ne h̄ peccatū faceret: nō nūc primū sed ab initio querebat euz dimittere. Iudei autē clamabāt dicētes. Si hūc dimittis: non es amicus cesaris. Omnis enī qui se regem facit: contradicit cesari. Maiorē timorē se ingerere putauerūt pilato terrendo de cesare vt occideret christū: quā supius vbi dixerunt. Nos legem habemꝰ ⁊ s̄m legē debet mori: qr filiū dei se fecit. Eoꝝ legem quippe ille n̄ timuit vt occideret: sed magis filium dei timuit ne occideret. Nūc v̄o nō sic potuit contēnere cesarē auctorē ptātis sue: quēadmodū legez gentis aliene. Adhuc tn̄ euāgelista sequit ⁊ dicit. Pilatus aūt cū audisset hos sermōes. adduxit foras iesum: ⁊ sedit ꝓ tribunali in loco q̄ d̄r licostratos/ hebraice āt gabatha. Erat autē pasceue pasce hora q̄si sexta. Qua hora sit dn̄s crucifixus ꝓpter euāgeliste alteriꝰ testīomoniū qui dixit. erat aūt hora tertia ⁊ crucifixerunt eum. qm̄ magna disceptatio solet oriri: cum ad ipsum locū vbi crucifixꝰ narratur ventū fuerit: vt potuerimꝰ si dn̄s voluerit disserem. Cum ergo ꝓ tribunali sedisset pilatꝰ: dicit iudeis. Ecce rex vr̄ Illi aūt clamabāt. Tolle tolle: crucifige eū. Dirit eis pilatꝰ. Regē vestrū crucifigā? Adhuc terrorē quē d̄ cesare ingesserāt supare conat: d̄ ignominia eoꝝ volens eos frangere dicēdo. regē vestrū crucifigā. q̄s de ignominia christi mitigare non potuit: sed timore mox vincitur. Rn̄derūt pōtifices. Nō habēmꝰ regem: nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigeret. Aptissime q̄ppe contra cesarem venire videret: si regez se non habere nisi cesarez ꝓfitentibus/ alium regem vellet intelligere dimittēdū impunitum: quem ꝓpter hos ausus ei tradiderant occidendū. Tradidit ergo eis illū vt crucifigeret. Sed nunquid aliud ⁊ ante cupiebat. quando dicebat. accipite euz vos: ⁊ crucifigite. Vel etiam supius/ accipite eum vos ⁊ s̄m legem vestram iudicate eū? Cur autem illi tantopere noluerūt dicentes. nobis non licet interficere quēq̄ et oī modo instantes vt non ab eis sed a p side occideret. Et ideo eum occidendū accipere recusantes: si nūc eum accipiūt occidendū? Aut si hoc non fit: cur dictum est tūc ḡ tradidit eis illū vt crucifigeret? An aliquid interest? Plane interest. Non est enim dictum. tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigerent eum sed vt crucifigeretur

Rhom̄. xiij.

Marci. xv.

s̄. tractatu xvij. a.

s̄. a.

ideſt. vt iudicio ac poteſtate preſidis cru-
cifigeret. Sed ideo illis traditū dixit euā
geliſta: vt eos crimine implicatos a q̄ alie
ni eſſe conabantur oſtenderet: Non enim
faceret hoc pilatus: niſi vt id quod eos cu
pere cernebat impleret. Quod autem ſeq̄
tur. Suſceperunt autē ieſum ⁊ edu
ō. xix. d. xerunt: poteſt ad milites iam referri. ap-
paritores preſidis. Nam poſtea euidentiꝰ
dicitur. milites ergo cum crucifixiſſent
eum: q̄uis euangeliſta etiam ſi totum iu-
deis tribuit/merito facit. Ipſi enim ſuſce-
perunt qđ auidiſſime flagitauerunt: ⁊ ipſi
fecerunt quicquid vt fieret extorſerūt. Sz
hec ſeq̄ntia alio ſermone iā tractāda ſunt

Explicit tractatus centeſimuſde
cimuſſertus.

Incipit tractatus centeſimuſde-
cimuſſeptimus. De eo quod dicit.
Et baiulans ſibi crucem exiit in eū
qui dicitur caluarie locum: vſq̄ ad
id quod ait. Reſpōdit pilatus/qđ
ſcripſi ſcripſi.

Dicāte atq̄ damnante pilato p̄ tribunali
dñm ieſum chriſtum hora q̄ſi
ſexta ſuſceperunt ⁊ edu
xerunt: ⁊ baiulans ſibi crucem ex
iit in eum qui dicitur caluarie locū
hebraice autem golgotha vbi cru-
cifixerunt eum. Quid eſt ergo qđ mar-
arci. xv. cus euangeliſta dicit. erat autem hora ter-
tia ⁊ crucifixerūt eū. niſi quia hora tertia
crucifixus eſt dñs linguis iudeoꝝ. hora ſe-
xta manibus militum: vt intelligam⁹ horā
quintam iam fuiſſe tranſactā. ⁊ aliquid de
ſexta ceptum quando ſedit p̄ tribunali pi
latus. que dicta eſt a iohanne hora q̄ſi ſe-
xta. Et cum duceret vt i ligno cū duobus
latronibus configeret. ⁊ iuxta eius crucez
gererentur que geſta narrant/hora ſexta
integra compleret: ex qua hora vſq̄ ad no
nam ſole obſcurato/tenebras factas triuz
euangeliſtarū. matthei. marci: ⁊ luce con-
teſtat auctoritas. Sed qm̄ iudei facin⁹ in-
terfecti chriſti a ſe in rhomanos. id eſt. in
pilatum ⁊ ei⁹ milites trāſferre conati ſunt
ꝓpterea marcus ſuppreſſa ea hora q̄ chri-
ſtus a militib⁹ crucifixus ē que agi ſexta
iam ceperat. tertiā potius horā eſſe recor-
datus exp̄ſſit. qua hora intelligunt apud
pilatum clamare potuiſſe. crucifige crucifi
ge: vt non illi tm̄ rep̄iant crucifixiſſe ieſum
id eſt. milites q̄ cum ligno ſexta hora ſu-
ſpenderunt: verū etiam iudei q̄ vt crucifi-
geretur hora tertia clamauerūt. Eſt ⁊ alia
huius ſolutio queſtiōis. vt nō hic accipiat̄ ē. tra. cxvj. c
hora ſexta diei. qz nec iohānes ait. erat āt
hora diei q̄ſi ſexta: ſed ait/erat aūt paſcue
paſce hora q̄ſi ſexta. Paraſceue autem
latine p̄patio ē. Sed iſto verbo greco libē
tius vtunt iudei in hmōi obſeruatiōibus:
etiā qui magis latine q̄ grece loquuntur.
Erat aūt p̄repatio paſce. Paſca vo noſtꝝ j. Corint. v.
ſicut dicit apls: immolatus eſt chriſtus. Cu-
ius paſce p̄patiōnē ſi ab hora noctis no-
na computemus, tunc enī videntur prīci
pes ſacerdotum p̄nūciaſſe immolationem
dñi dicentes. reus eſt mortis/cum adhuc i
domo pontificis audiret vnde congruent
accipit inde cepiſſe p̄repationē veri paſce
cuius vmbra erat paſca iudeoꝝ. id eſt. im-
molationis chriſti/ex quo a ſacerdotibus
p̄nūciatus eſt immolādus: pfecto ab ea no
ctis hora que tunc nona fuiſſe conjicitur
vſq̄ ad horaz diei tertiā qua crucifixū ē
chriſtum/marcus euāgeliſta reſtatur: ſex
hore ſunt: tres nocturne. et tres diurne.
Ū in hac paſceue paſce. id eſt. p̄repatiōe
immolationis chriſti q̄ ab hora noctis nona
cepat/q̄ſi ſexta agebat hora. i. pacta q̄nta
iā ſexta currē cepat qñ pilat⁹ tribunal aſcē
dit. Adhuc enī erat ipſa p̄patio q̄ ab ho-
ra noctis nona cepat donec fieret que p̄pa
bat xp̄i immolatio. q̄ facta ē hora tertia ſm
marcū/nō p̄patiōis ſed diei: eadēq̄ ſexta
nō diei ſed p̄patiōis. Sex vtiq̄ horis a no
ctis nona vſq̄ ad diei tertiā cōputatis: ha
rū duarū ſolutionū iſti⁹ difficilis q̄onis
eligat q̄ſq̄ quā volet. Abeli⁹ aūt quid eli
gat iudicabit: q̄ de conſenſu euāgeliſtaꝝ
q̄ operoſiſſime diſputata ſunt legerit. Qđ
ſi ⁊ alie ſolutiones ei⁹ potuerint inuēiri: cu
mulari⁹ euāgelice veritatis cōſtātia ōfen-
dit adūſus calūnias infidelis atq̄ impie
vānitatis. Nūc ad narrationē iohānis euā
geliſte p⁹ iſta breuit tractata redeam⁹. Su
ſceperūt aūt inq̄t ieſum ⁊ ederunt: ⁊ bai-
ulās ſibi crucē exiit in eū qui dr̄ caluarie
locū/hebraice golgotha vbi crucifixerūt eū
Ibat q̄ ad locū vbi fuerat crucifigēd⁹: por
tās crucē ſuā ihs grāde ſpectaculū: Sed ſi
ſpectat impietas /grande ludibriū. Si pie
tas. grāde myſteriū. Si ſpectet impietas.
grāde ignominie documētū: Si pietas. grāde

fidei munimentũ. Si spectet impietas. ridet regez ꝑ virga regni lignũ sui portare supplicij: Si pietas. videt regẽ baiulantem lignũ ad semetipsum figendũ. qđ fixurus fuerat etiam in frontib⁹ regũ: in eo spernẽdus oculis impioꝝ. in quo erant gloriatura corda sanctoꝝ. Dicturo enĩ paulo / mihi aũt absit gloriari nisi in cruce dñi nr̃i iesu christi. ipsam crucẽ suaz suo gestans humero cõmẽdabat: ⁊ lucerne arsure q̃ sub modio ponẽda non erat / candelabꝝ ferebat. Baiulans ergo sibi crucem exijt in eũ q̃ dicit̃ caluarie locum hebraice golgatha. vbi eum crucifixerũt: ⁊ cũ eo alios duos hinc ⁊ hinc: mediũ autẽ iesum. Isti duo latrones erant sicut alioꝝ euangelistarũ narratione didicim⁹: cũ quibus crucifixus ⁊ inter quos fixus est christus. De quo p̃missa dixerat ꝓphetia. Et inter iniq̃s deputat⁹ est. Scripsit ãt ⁊ titulum pilat⁹. ⁊ posuit sup crucẽ. Erat aũt scriptũ. Jesus nazaren⁹ rex iudeoꝝ. Hũc ergo titulũ multi legerũt iudeoꝝ: q̃a ꝓpe ciuitatẽ erat locus vbi crucifix⁹ ẽ iesus. Et erat scriptũ hebraice. grece. ⁊ latine: rex iudeoꝝ. He quippe tres lingue ibi ꝑ ceteris eminebãt: Hebrea ꝓpter iudeos in dei lege gloriãtes. Greca ꝓpt̃ gentiũ sapientes Latina ꝓpt̃ rhomanos: multis ac pene oĩbus iam tũc gentib⁹ imperãtes. Dicebãt ergo pilato pontifices iudeorum: Noli scribere rex iudeoꝝ: sed q̃a ipse dixit rex sum iudeoꝝ. Rñdit pilat⁹. Qđ scripsi scripsi. O ineffabilem vim diuine opationis: etiam in cordib⁹ ignorantiũ. Nonne occulta vox quedã pilato intus quodã si dici potest clamoso silentio ꝑsonabat: qđ tanto ante in psalmoꝝ litteris ꝓphetatũ est? Ne corrũpas tituli inscriptionẽ. Ecce tituli inscriptionẽ nõ corrumpit: qđ scripsit scripsit. Sed etiam pontifices qui hoc corrumpi volebant. q̃d dicebant? Noli scribere inquiũt rex iudeoꝝ sed quia ipse dixit rex sum iudeoꝝ. Quid loq̃mini insani. quid fieri cõtradicitis: qđ mutare nullo pacto potestis? Nunq̃d enĩ ꝓpterea non erit veruz: quia iesus ait rex sum iudeoꝝ? Si corrũpi non potest qđ pilatus scripsit: corrumpi potest qđ veritas dixit. sed iudeoꝝ tm̃ rex est christus an et gentiũ? Immo ⁊ gentiũ. Cũ enĩ dixisset ĩ ꝓphetia: ego aũt constitut⁹ sum rex ab eo super sion montem sanctũ eius p̃dicans p̃ceptum eius: ne ꝓpter montẽ sion solis iudeis eum regem quisq̃ diceret constitutũ continuo subiecit. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatẽ tuam: et possessionẽ tuam terminos terre. Unde et ipse iam ꝑ os ꝓpriũ loquens apud iudeos: habeo inquit alias oues que nõ sũt de hoc ouili. oportet me ⁊ ipsas adducere et vocem meam audient: ⁊ fiet vn⁹ grex ⁊ vnus pastor: Cur ergo magnũ volum⁹ intelligi in hoc titulo sacramentũ. in q̃ scriptum erat rex iudeoꝝ: si rex est christus et gentium? Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis olee: non olea ꝑticeps facta est amaritudis oleastri. Nam ĩ eo qđ de christo veraciter scriptũ est in titulo rex iudeoꝝ. qui sunt intelligendi iudei. nisi semen abrae filij ꝓmissiõis: q̃ sunt etiam filij dei? qm̃ non qui filij carnis ait apl's hi filij dei: sed qui filij ꝓmissiõis deputantur in semine. Et gentes erant q̃bus dicebat. Si autem vos christi. ergo abrae semen estis: ꝑm ꝓmissionẽ heredes. Rex ergo iudeoꝝ christus. sed iudeoꝝ circũcisione cordis. spiritu non littera. Quorum laus non ex hoĩbus sed ex deo est: pertinẽtium ad hierusalẽ liberam matrem nostrã eternam in celis. saram spũalem: ancillam et filium eius de domo libertatis eijcientem. Ideo enim pilatus quod scripsit scripsit: quia dñs quod dixit dixit.

Explicit tractatus centesimusdecimusseptimus.

Incipit tractatus centesimusdecimusoctauus. De eo quod dicit. Milites ergo cũ crucifixissent eum acceperũt vestimẽta eius: vsq̃ ad id qđ ait. Et in vestem meam miserunt sortem.

Ea que gesta sunt iuxta crucem dñi cum iã crucifixus esset: isto q̃tuz dominus adiuuat sermone tractemus. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimẽta ei⁹ et fecerunt quattuor partes: vni-

Galath. vj. — B — Mat. xxvij. — Marci. xv. — Luce. xxiij. — Esaie. liij. — ps. lvj. — ps. ij. — Johãnis — Rhoma. — Rhoma — Colossen — A

cuicꝫ militi partem ⁊ tunicaꝫ. Erat autem tunica inconsutilis: desup contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamꝰ eaꝫ sed sortiamur de illa cuiꝰ sit vt scriptura ⁊ impleatur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: ⁊ in vestē meam miserunt sortem. Factum est quod voluerunt iudei: nō ipsi sed milites qui parebant pilato iudicāte ipso crucifixerunt iesum. Et tamen si voluntates. si insidias. si operam. si traditionē. postremo si extorquentes clamores eorum cogitemꝰ: magis vtiꝫ iudei crucifixerūt iesum. Sed de partitione ⁊ sortitione vestimentoꝝ eiꝰ non est preteunter loquendū. Quis enim omnes euangeliste quattuor huius rei memin erint. ceteri tamen breuius cꝫ iohannes: sed clause illi. iste vo apertissime. Mā matthеus ait. Postcꝫ autem crucifixerunt eum. diuiserūt vestimenta eius sortē mittentes. Marcus. Et crucifigetes eum diuiserunt vestimenta eius mittētes sortē sup eis quis quid tolleret. Lucas: diuidētes vo vestimenta eius. miserunt sortes. Johannes autem ⁊ quot partes de vestimentis eius fecerunt dixit. id est. quattuor: vt singulas tollerent. Vnde aparet quattuor fuisse milites: qui in eo crucifigēdo presidi paruerunt. Manifeste quipe ait. Milites ergo cum crucifixissent eum acceperūt vestimenta eius. ⁊ fecerunt quattuor partes. vnicuicꝫ militi partem: ⁊ tunicam. sub audiendum est acceperunt: vt iste sit sensus. Acceperunt vestimenta eius ⁊ fecerūt quattuor partes. vnicuicꝫ militi partē: acceperunt ⁊ tunicam. Et sic locutus est vt ō ceteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus: sed de tunica quā simul cū ceteris acceperūt sed non similiter diuiserūt De hac enī sequitur exponens. Erat autem tunica inconsutilis: desup contexta per totum. Cur autem de illa sortem miserunt narrans: dixerunt inquit ergo ad inuicem. Non scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit Aparet itaqꝫ in alijs vestibꝰ equales eos habuisse partes. vt sortiri necesse non fuerit: In illa vo vna non eos habere potuisse singulas partes. nisi scinderet et pannos eius iuutiliter tollerent: quod ne facerent advnū eam peruenire sortitione maluerunt. Huius euangeliste narrationi consonat etiam ꝓphеticū testimoniū: qō et ipse continuo subiungens vt scriptura inquit impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: ⁊ in vestem meam miserunt sortem. Non enī ait sortiti sed partiti sūt. nec ait sortiētes partiti sunt: sed in ceteris vestimentis sortem oīno non nominās. postea dixit/et in vestem meam miserunt sortem: propter illam reliquā tunicam. De qua re dicam qō ipse donauerit. cum prius eam que obiri potest tanꝫ euangeliste inter se discrepent calumniā ꝓpulsauero: demōstrās nullius ceteroꝝ verba narrationi iohānis esse contraria. Mattheus enim dicendo. diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes. ad totam diuisionem vestimentoꝝ voluit intelligi etiam illam tunicam pertinere. de qua sortem miserunt: quia vtiꝫ omnes vestes diuidēdo in quibus ⁊ illa fuit: de ipsa sortiti sunt. Tale est etiā qō ait luces: diuidentes vestimenta eius miserunt sortes. Diuidentes enī venerunt ad tunicam de q̄ est facta sortitio: vt inē eos vniuersa vestimentoꝝ eius diuisio complerc-tur. Quid autem interest vtrum dicaī. diuidentes miserunt sortes qō ait lucas. an diuiserunt sortem mittentes qō ait matthеus: nisi ꝙ lucas dicendo sortes pluralē ꝓ singulari nūero posuit. que locutio i scripturis sanctis insolita non est: cuiꝫ nōnulli codices sortem repiantur habere nō sortes? Marcus itaqꝫ solus videtur aliquam intulisse questionē. Dicendo enī mittētes sortem super eis quis quid tolleret: tanꝫ super oībus vestimentis. non super sola tunica sors missa sit locutus videtur. Sed hic ētiam breuitas obscuritatem facit. Sic enī dictum est mittētes sortē super eis. ac si diceretur: mittētes sortē cum diuiderēt: quod est factum est. Omniū quipe vestimentoꝝ eius diuisio completa non essꝫ nisi sorte claruisset. quis etiam illam tunicā tolleret: vt sic ꝓtentio diudentiū finiretur vel nulla potius oriret. Qō ergo ait. quis quid tolleret. qñquidem hoc sorti deputatur: non ad oīa que diuisa sunt vestimēta referendū est. Sors enī missa ē qs illaꝫ

Text. habꝫ impleretur. pō. xxj.

at. xxvij.

arci. xv.

ucc. xxiij.

vbi. s.

vbi. s.

tunicam tolleret: de qua quoniaz narrare
pretermisit qualis fuerit. z quēadmoduz
equalibꝫ factis partibus sola remanserit.
que ne conscinderet veniret in sortem: ꝓ
eo positum est qō ait / quis quid tolleret:
id est. quis eaz tolleret: tanc̄ꝫ si totū ita di
ceretur. diuiserunt vestimēta eius mitten-
tes sortem super eis. quis tunicam q̄ parti
C bus equalibus supfuerat tolleret. Que
rat forte aliquis quid significet in tot par-
tes vestimentoꝝ facta diuisio: z de tunica
illa sortitio. Quadriptita vestis dñi iesu
christi. quadriptitam figurauit eius eccle-
siam. toto scilicz qui q̄ttuoz ptibꝫ ꝓstat ter
rarum orbe diffusam: z omnibus eiusdem
partibus equaliter. id est. ꝓcozditer distri
butam. Propter qō alibi dicit missuruz se
Mat. xxiiij. angelos suos: vt colligant electos eius a
quattuoz ventis. Quod q̄d est. nisi a quat
tuoz partibus mundi. oriente. occidente.
aquilone. z meridie? Tunica vo illa sorti
ta omniū partiū significat vnitatem: que
charitatis vinculo continetur. De charita
j. Corin. xiij te autem locutꝫ apostolus: Supeminen
tiozē inquit viaz vobis demōstro. Et alio
Ephes. iij. loco ait. Cognoscere etiam supeminentez
Colossen. iij scientie charitatem christi. Itēc̄ꝫ alij. Sup
omnia autem hec charitatem: que est vin-
culum perfectionis. Si ergo charitas z su-
pereminentiozē habet viam. z superemi-
net scientie. z super omnia precepta ē: me
rito vestis qua significat desuper conte-
xta perhibetur: Incōsutilis autem ne ali-
quando dissuatur: z ad vnū peruēit quia
in vnū omnes colligit: sicut ī apostolis cū
esset etiam ipse numerus duodenari. id ē
quadripertitus in ternos. z omnes essent
interrogati solus petrus respondit / tu es
Matth. xvj. christus filius dei viui. z ei dicitur. tibi da
bo claues regni celoꝝ. tanc̄ꝫ ligandi et
soluendi solus acceperit potestatē: cum et
illud vnus pro omnibus dixerit. z hoc cuz
omnibus tanc̄ꝫ personam gerens ipsi? vni-
tatis acceperit. Ideo vn? pro omnib? : qz
vnitas est in omnibus. Unde z hic cum di
xisset / desuper contexta: addidit per to-
tum. Quod si referamus ad id quod signi
ficat / nemo eius est expers qui pertinere
ad totuz inuēiatur: a quo toto sicut greca
indicat lingua / catholica vocatur ecclesia.
In sorte autez quid nisi dei gratia cōmē-
data ē? Sic quipe in vno ad omēs peruc-
nit. cum sors quoc̄ꝫ omnibus placuit: quia
et dei gratia in vnitate ad omnes peruē-
nit. z cum sors mittit: non persone vel cu-
iusc̄ꝫ meritis. sed occulto indicio dei cedi.
tur. Hec ideo ista non aliquid boni sig- D
nificasse quis dixerit. quia per malos fa-
cta sunt: non scilicet per eos qui christum
secuti sed qui sunt persecuti. Quid enī de
ipsa cruce dicturi sumus: que certe simili
ab inimicis atc̄ꝫ impijs christo facta z im-
pacta est? Et tamen ea significari recte in-
telligitur quod ait apostolus: que sit lati- Ephes. i
tudo longitudoz altitudo z ꝓfunduz. La
ta est quipe in transuerso ligno quo extē
dunt pendentes manus: z significat opera
bona in latitudine charitatis. Longa est
a transuerso ligno vsc̄ꝫ ad terram vbi doz
sum pedesc̄ꝫ figuntur. z significat perseue
rantiam in longitudine temporis vsc̄ꝫ ī fi-
nem. Alta est in cacumine qō per transuer
lum lignū sursum versum excedit. z signifi
cat supernū finem quo cuncta opera refe-
runtur: quoniam cuncta que latitudine ac
longitudine bene ac perseuerant fiūt. pro
pter altitudinē diuinoꝝ facienda sunt p̄
miozum. Profunda est in ea parte qua in
terram figitur: ibi quipe z occulta est nec
videri potest. Sed cuncta eius apparentia
et eminentia inde consurgunt: sicut bona
nostra de ꝓfunditate gratie dei que com-
prehēdi ac diiudicari nō potest vniuersa
procedunt. Sed z si crux christi hoc solum Galath
significet quod ait apostolus. qui autē ie-
su christi sunt / carnem suam crucifixerunt
cum passionibus z ꝓcupiscentijs: c̄ꝫ magꝫ
num bonum est? Hec tamen facit hoc nisi
concupiscens aduersus carnem spirit? bo-
nus. cum illam crucem christi fecerit ini-
micus. id est. spirit? malus. Postremo q̄d
est quod omnes nouerunt signum chri-
sti: nisi crux christi? Quod signū nisi adhi-
beatur. siue frontib? credētiū siue ipsi aq̄
qua regenerant siue oleo quo chrysmate
vnguntur. siue sacrificio quo aluntur: ni-
hil eoꝝ rite perficitur. Quomodo ergo
per id qō male faciunt nihil boni significa
tur: quando per crucem christi quam fece
runt mali in celebratione sacramentoꝝ ei-
us bonū nobis omne signatur? Sed h̄ hac
tenus: que autem sequunt alias vt deus

opitulabit disserenda videbimus.

Explicit tractatus centesimusdecimusoctauus.

Incipit tractatus centesimusdecimusnonus. De eo quod dicit. Et milites quidem hec fecerunt: vsq; ad id quod ait. Et inclinato capite tradidit spiritum.

A Crucifixo domino postea q̃ diuisio vestimentoꝝ eius etiam sorte missa completa est: que deinde narrat iohannes euangelista videamus. Et milites quidem inquit hec fecerunt Stabant autem iuxta crucem iesu mater eius ⁊ soror matris eiꝰ maria cleophe: ⁊ maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrẽ et discipulum stantem quem diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam discipulus in sua. Hec nimirum est illa hora: de qua iesus aquaꝫ ꝯuersurus ĩ vinũ. dixerat matri. Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Nondum venit hora mea? Hanc itaq; horã p̃dixerat q̃ tũc nondũ venerat in q̃ deberet agsci a mr̃e moriturus: de qua fuerat mortalit̃ natꝰ Tũc ergo diuina facturus. non diuiuitatis sed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat: Nunc autem humana iam patiens ex qua fuerat factus homo/affectu cõmendabat humano. Tunc enĩ qui mariaꝫ creauerat innotescebat ĩ virtute: nunc v̄o qd̃ maria peperat pendebat in cruce. Moralis igitur insinuat̃ locus. facit qd̃ faciẽdũ ãmonet: ⁊ exẽplo suo suos ministros instruit preceptor bonus vt a filijs pijs impendatur cura parẽtibꝰ: tanq̃ lignũ illud vbi erant fixa membra morientis. etiaꝫ cathedra fuerit magistri docẽtis. Ex hac sana doctrina didicerat paulus apostolꝰ qd̃ docebat quando dicebat. Si quis autem suis ⁊ maxime domesticis non prouidet. fidẽ negauit: ⁊ ẽ infideli deterior. Quid autem tam cuiq; domesticũ q̃ parentes filijs aut parentibus filij? Huius itaq; saluberrimi precepti ipse magister sanctoꝝ de seipso ꝯstituebat exemplum: quando nõ vt famule deꝰ quam creauerat ⁊ regebat. sed vt matri homo de q̃ creatus fuerat ⁊ quã relinquebat/alterum pro se quodãmodo filium ꝓuidebat. Nam cur hoc fecerit: qd̃ sequitur indicat. Ait enim euangelista.

Ex illa hora accepit eam discipulus in sua: de seipso dicens. Sic quippe cõmemorare solet qd̃ eum diligebat iesus: qui vtiq; omnes sed ipsum pre ceteris et familiarius diligebat. ita vt in ꝯuiuio super pectus suũ discumbere faceret: credo vt istius euangelij qd̃ per euꝫ fuerat p̃dicaturus/diuinaꝫ excellentiã hoc modo altius cõmendaret. Sed in que sua iohannes mãtrem dñi accepit? Neq; enĩ non ex eis erat qui dixerunt ei: ecce nos dimisimꝰ omnia ⁊ secuti sumꝰ te. Sed ibi quoq; audierat. Quicunq; ista dimiserit ꝓpt̃ me: accipiet in hoc seculo centies tantum. Habebat ergo discipulus centupliciter plura q̃ dimiserat: in que susciperet eius mr̃em qui hec illi donauerat. Sed in ea societate beatus iohannes recepat centuplũ. vbi nemo dicebat aliquid suũ: sed erant illis omnia cõmunia. sicut ĩ apl̃oꝝ actibus scriptum est. Sic enĩ apostoli erant quasi nihil habentes: ⁊ omnia possidentes. Quomodo ergo matrem magistri ⁊ dñi sui discipulus ⁊ famulus accepit in sua: vbi aliquid suũ nemo dicebat? An quia paulo post in eodeꝫ libro legitur. Quotq̃t enim possessores predioꝝ vel domoꝝ erãt vendentes afferebant precia eoꝝ ⁊ ponebant ad pedes apostoloꝝ. distribuebat̃ autem vnicuiq; prout cuiq; opus erat. intelligendum est sic distributũ fuisse huic discipulo qd̃ opus erat: vt illic etiã beate marie tãq̃ matris eius portio poneret̃? Magisq; sic debemꝰ accipe qd̃ dictũ est ex illa hora suscepit eam discipulus in sua: vt ad eiꝰ curam quicq̃d ei esset necessariũ pertineret. suscepit ergo eam in sua non predia que nulla ꝓpria possidebat: sed officia q̃ propria dispensatiõe exequenda curabat. Deinde subiũgit. Postea sciẽs iesus q̃a oĩa consummata sunt: vt consummaret̃ scriptura. dicit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceaceto hysopo circũponẽtes: obtulerunt ori eius. Cũ ergo accepisset iesus acetũ dixit. Consummatũ est

Al. suam

trac. viij. c

Timot. v.

B

s. xiij. f

Matth. xix.

Actuum. iiij

ij. Corin. vj.

Actu. vbi. s.

Et inclinato capite: tradidit spiritū.
℔ Quis potest que fecit ita disponere: quō
j. Timot. ij. disposuit homo iste qui passus est? Sz homo mediator dei ⁊ hominū: homo de quo predictū legitur: ⁊ homo est ⁊ quis cognoscet eum: Quō hoies p quos hec fiebāt videbant hoiem sed non agnoscebāt deum. Homo nanq; aparebat qui deus latebat. Patiebat hec oīa qui aparebat: ⁊ idē ipse disponebat hec oīa qui latebat. Vidit ergo quia psummata sunt oīa que oportebat vt fierent anteq; acciper acetum ⁊ traderet spiritū: atq; vt hoc etiam psummaretur qō scriptura pdixerat. ⁊ in siti mea potauerunt me aceto: sitio inquit. Tanq; diceret. Hoc min⁹ feciſtis: date qō estis. Judei quippe ipsi erant acetū degenerantes a vino patriarcharū ⁊ pphetarū: ⁊ tanq; de pleno vase/de iniq̄tate mūdi huius impleti. cor habentes velut spongiā cauernosis quodāmodo atq; tortuoſ latibul' fraudulentū. Hysopum autem cui circumposuerūt spongiam aceto plenā. qm herba ē
ps. l. humilis ⁊ pectus purgat. ipsius christi hu-
Philippē. ij. militatē congruent accipim⁹: quā circumdederūt ⁊ se circūuenisse putauerūt. Unde est illud in psalmo. Asperges me hysopo ⁊ mūdabor. Christi nāq; hūilitate mūdamur: quia nisi humiliasset semetipsum factus obediens vsq; ad mortem crucis: ñ vtiq; sanguis eius in peccatoꝝ remissionē hoc est in nostram mūdationē fuisset effusus. Nec moueat quō spongia ori eius potuit admoueri: qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enī apud alios euangelistas legitur qō hic pretermisit. in arundine est factum: vt in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Per arundinez ẋo scriptura significabat': que implebatur hoc facto. Sicut enī lingua dicitur vel greca vel latina vel alia quelibet sonū significans qui lingua promitur: sic arundo dici potest littera que arundine scribitur. Sed sonos significātis vocis humane vsitatissime dicimus linguas. scripturas ẋo arundinem dici quo minus est vsitatum: eo magis est mystice figuratū. Faciebat ista populus impius: patiebatur ista misericors christ⁹. Qui faciebat: quid faceret nesciebat. Qui patiebatur autem non solum qd fieret sed ⁊ cur fieret sciebat: verumetiam de malefacientib⁹ bene ipse faciebat. Cū ergo accepisset iesus acetum. dixit: Consummatum est. Quid nisi quod pphetia tanto añ tpe predixerat? Deide quia nihil remanserat qō anteq; morerer fieri adhuc oporteret: tanq; ille qui po- s. x. c
testatem habebat ponendi animā suam. ⁊ iterum sumendi eam. peractis omnibus q̄ vt peragerent expectabat: inclinato capite tradidit spiritum. Quis ita dormit q̄ndo voluerit: sicut iesus mortuus est quando voluit. Quis ita vestem deponit quando voluerit: sicut se carne exuit quādo voluit? Quis ita cum voluerit abit: quomodo cum voluit obijt? Ita sperāda vel timenda potestas est iudicantis: si aparuit tanta morientis.

Explicit tractatus centesimusdecimusnonus:

Incipit tractatus centesimusvicesimus. De eo quod dicit. Judei ergo quonia parascene erat vt nō remanerent in cruce corpora sabbato: vsq; ad id quod ait. Nondū enim sciebant scripturaz q̄a oportuit eum a mortuis resurgere.

Ostea q̄ dñs a

iesus peractis omnibus que ante suam mortem pagi oportere pſciebat. quando voluit tradidit spiritū: que deide secuta sūt euāgelista narrante videamus. Judei ergo inquit quoniam parascene erat. vt non remanerent in cruce corpora sabbato. erat enim magnus dies ille sabbati. rogauerunt pilatuz. vt frangerentur eorum crura ⁊ tollerentur: Non crura tollerentur sed hi quibus ideo frangebant' vt morerent. ⁊ auferrentur de ligno: ne pendentes in crucibus magnū diem festum sui diurni cruciatus horroze fedarent. Venerunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerūt crura. ⁊ alterius qui crucifixus est cuz eo. Ad iesum autem cum venissent vt viderunt eum iam mortuū. non fregerunt eius crura. Sed vn⁹ militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis ⁊ aqua.

Vigilanti verbo euãgelista vsus est. vt si diceret/latus eius pcussit aut vulnerauit: aut qd aliud sed apuit: vt illic quodãmõ vite hostiũ panderetur: vnde sacramenta ecclesie manauerũt: sine qbus ad vitã que vera vita est non intratur. Ille sanguis in remissionẽ fusus est peccatoꝝ. Aqua illa salutare tempat poculũ: hec et lauachruz prestat ⁊ potũ. Hoc ꝓnũciabat quod noe
Genes. vj. in latere arce ostiũ facere iussus est: qua ĩ trarent aĩalia que nõ erant diluuio peri-
Genes. ij. tura: quibus prefigurabat ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormiẽtis: et appellata est vita materq; viuorũ. Magnũ quippe significanit bonũ ante magnũ p̃uaricatiõis malũ. In habitu iacentis et dormiẽtis/ hic scds adã iclinato capite in cruce dormiuit: et vñ ei formaretur cõiunx qd de latere dormiẽtis effluxit. O mors vñ mortui reuiuiscũt. quid isto sanguĩe mundius? Quid vulnere isto salubri⁹? Et qui vidit inquit testimoniũ perhibuit: et verũ est testimoniũ ei⁹: ⁊ ille scit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Nõ dixit: vt ⁊ vos sciatis: sed vt credatis. Scit em̃ qui vidit: cuius credat testĩonio qui nẽ vidit. Magis autẽ ad fidem credere ptinet quã videre. Nã qd ẽ aliud credere: quã fidẽ accõmodare? Facta sunt em̃ hec inqt vt scri-
Exodi. xij. ptura ĩpleret. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iteruz alia scriptura dicit
Zach. xij. Videbũt in quẽ trãsfixerũt. Duo
B testimonia de scripturis reddidit singulis rebus: quas factas fuisse narrauit. Nã qa dixerat/ ad iesũ aũt cũ venissẽt: vt viderẽt euz iã mortuũ non fregerũt eius crura: ad hoc ptinet testimoniũ: os non cõminuetis ex eo: Qd preceptũ ẽ eis qui celebrare pasca iussi sunt ouis immolatione: in vetere lege que dñice passionis vmbra precesserat: vñ pasca nostrũ ĩmolatus est christus. De q̃ et esaias ꝓpheta predixerat. Sicut
Esaie. liij. ouis ad ĩmolandũ ductus est. Itẽ qa subiunxerat dicens: sed vnus militũ lancea latus eius apuit: ad hoc ptinet alterũ testĩoniũ: videbũt in quẽ trãsfixerũt: vbi ꝓmissus est xp̃s: in ea q̃ crucifixus est carne vẽturus. Post hec aũt rogauit pilatũ ioseph ab arimathia: eo qd esset discipulus iesu: occultus aũt ꝓpt̃ metum iudeorũ: vt tolleret corp⁹ iesu Et ꝑmisit pilatus. Venit ergo ⁊ tulit corp⁹ iesu. Venit aũt ⁊ nicodemus q̃ venerat ad iesũ nocte p̃mũ ferẽs mixturã mirrhe et aloes quasi libras centũ. Nõ ita distĩguendũ est vt dicam⁹ primũ ferẽs mixturã mirrhe: sz vt q̃d dictũ est primũ ad supiorẽ sensũ ꝑtineat. Venerat em̃ nicodem⁹ ad ihm nocte primũ: qd idẽ iohes in p̃orib⁹ euãgelij sui ꝑtibus mẽifestat. Hic g̃ intelligẽdũ est s. xiij. a.
ad iesũ nõ tũc solũ: sz tũc p̃mũ venisse nicodemũ: venisse autez postea vt fieret audiendo discipul⁹: qd certe mõ in reuelatione corpis btissimi steffani fere om̃ibus gẽtib⁹ declarat. Acceperũt ergo corpus iesu: et ligauerũt illud lintheis cuz aromatibus sicut mos est iudeis sepelire. Non mihi videt euãgelista frustra dicẽ voluisse: sic mos ẽ iudeis sepelire. Ita q̃ppe nisi fallor admõuit ĩ huiusmodi officijs q̃ mortuis exhibent: morẽ cuius q̃ gẽtis esse seruãdũ. Erat aũt in loco vbi crucifixus ẽ hortus ⁊ in horto monumẽtũ nouũ: in quo nõdũ q̃s quã positus erat. Sic in marie v̄ginis vtero nemo ante illũ: nemo post illũ concept⁹ est: ita in hoc monumento nemo ante illũ/nemo post illũ sepult⁹ est. Ibi ergo ꝓpt̃ parasceuẽ iudeorũ q̃a iuxta erat monumẽtũ posuerũt iesum Acceleratã vult intelligi sepulturã ne aduesperasceret: quãdo iam ꝓpter parasceuen: quã cenam purã iudei latine vsitati⁹ apud nos vocant: facere tale aliq̃d non licebat. Una aũt sabbati maria magdalene vẽit mane cũ adhuc tene- Capl'm. xx.
C bre eẽnt ad monumẽtũ: ⁊ vidit lapidẽ sublatũa monumẽto. Una sabbati ẽ quẽ iã diez dñicũ propter dñi resurrectionẽ mos xp̃ian⁹ appellat: quẽ mattheus solus in euangelistis: primã sabbati no Mat. xxviij
minauit. Cucurrit ergo et venit ad simonem petrum: et ad aliũ discipuluz quẽ † diligebat iesus: ⁊ dicit eis Al'. amabat
Tulerũt dñm de monumẽto: et nescio vbi posuerũt eũ. Nõnulli codices etiã greci habẽt tulerũt dñz meũ: qd videri dictũ põt ꝓpẽsiore charitatis vl' famulat⁹ affectu. sz h̃ ĩ plurub⁹ codicib⁹ q̃s ĩ ꝓmtu habuim⁹ ñ ĩuenim⁹. Exijt ergo petr⁹ ⁊ ille ali⁹ discipl'us: ⁊ venerũt ad monumẽtũ. Currebãt aũt duo siml': ⁊ ille ali⁹ discipl'us p̃cucurrit citius petro: ⁊ venit p̃mus ad monumen

tum. Aduertenda hic et cōmēdādā ē recapitulatio. quomō reditū ē ad id quod fuerat pretermissum: et tanq̄ si hoc sequeretur adiunctū est. Cū enī iam dixisset venerunt ad monumentū: regressus ē vt narraret quomō venerūt atq; ait. currebāt autem duo simul et cetera: vbi ostēdit quod precurrēs ad monumētū prior venerit alius ille discipulus: quē seip̄z significat: sed tanq̄ de alio more sancte scripture cuncta narrat. Et cuz se inclinasset inquit: vidit posita litheamina: non tamē introiuit. Venit ergo simō petrus sequens eū: et introiit in monumentuz: et vidit lintheamīa posita et sudariū quod fuerat sup caput eius non cū litheaminibus positū: sed separatī inuolutū in vnum locum. Putamusne nihil ista significāt. Nequaq̄ hoc putauerī: sed ad alia festinamus: in q̄bus immorari questionis vel obscuritatis alicuius necessitate cōpellimur. Nam ista que per seipsa manifesta sunt. quid singula etiā significent: querere sancte quidem delicie sunt: sed ociosorum quod non sumus nos. Tūc ergo introiit et ille discipulus: qui venerat primus ad monumentū. Prior venit: et posterior ītrauit. Neq; hoc vtiq; vacat: sed mihi ad ista non vacat. Et vidit inquit et credidit. Hic nonnulli parum attendentes: putant hoc iohānem credidisse quod ih̄s resurrexit: sed quod seq̄tur non hoc indicat Quid sibi enī vult quod statim adiunxit? Nondū em̄ sciebant scripturā: q̄a oportebat eū a mortuis resurgere Non ergo eū credidit resurrexisse quē ne sciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit? Quid credidit? Vidit scilicet inane monumentū: et credidit quod dixerat mulier eum de monumēto esse sublatū. Nonduz enī sciebāt scripturā: q̄a oporteret eū a mortuis resurgere. Et ideo qñ id ab ip̄o dño audiebāt: quāuis aptissime diceretur consuetudīe audiēdi ab illo parabolas ñ intelligebāt: et aliq̄d aliud eū significare credebant Sed ea que sequūtur: in sermonem alium differamus. Explicit tractatus centesimusuicesimus.

Incipit tractatus centesimusuicesimusprimus. De eo quod dicit Abierūt ergo iterū discipuli ad semetipsos. Vsq̄ ad id. Bti qui non viderunt et crediderunt.

Ablatū esse dñm de monumēto discipul' eius petro et iohāni nunciauerat maria magdalene. q̄ illi venientes inuenerūt sola litheamina q̄bus corpus fuerat inuolutū. Et quid aliō crediderūt: nisi quod illa dixerat: qd etiā ipsa crediderat? Abierūt ergo iteruz ad semetip̄os discipuli. id est: vbi habitabāt: et vñ ad monumentū cucurrerāt. Maria aūt stabat ad monumentū foris plorans. Viris enī recedētibus: infirmiorē sexū ī eodē loco fortior figebat affectus: et oculi qui dñm q̄sierant et non inuenerāt / lachrimis iā vacabāt amplius dolentes quod fuerat de monumēto sublatus: quā quod fuerat in ligno occisus: q̄niā magistri tanti cuius eis vita subtracta fuerat nec memoria remaneba. Tenebat itaq; ad monumentū iā dolor iste mulierē Cum ergo fleret: inclinauit se et p̄spexit in monumentū. Cur hoc fecerit nescio: non enī nesciebat non ibi esse iā quem q̄rebat: quandoquidē inde sublatū discipul' ipsa nunciauerat: et illi ad monumentū venerant. et non solū intuēdo: sed etiam intrādo corpus dñi quesierāt: nec īuenerant. Quid sibi ergo vult qd ista cum fleret rursum in monumentū inclinata prospexit? Vtrū quod nimiū dolebat: nec suis nec illorū oculis facile putabat esse credendū: an potius diuino instinctu in anīo eius effectū est vt p̄spiceret? Prospexit enīz et vidit duos angelos in albis sedētes: vnū ad caput: et vnuz ad pedes: vbi positum erat corpus iesu. Quid est qd vnus ad caput et ad pedes alter sedebat? An q̄niā qui grece angeli dicunt̄/latine sunt nuncij: isto mō christi euangeliū velut a capite vsq; ad pedes ab initio vsq; ī finē significabāt esse nūciādum. Dicunt ei illi. Mulier q̄d ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dñm meū: et nescio vbi posuerunt eum: Angeli lachrimas p̄hibebant: vbi q̄d aliō quā futurū quodāmō gaudiū nunciabant Ita enī dixerunt. Quid ploras? Ac si dicerent: Noli plorare: At illa eos putans int̄rogasse nesciētes: causas p̄didit lachrīaꝝ

Quia tulerũt inquit dñm meum. dñm suũ vocans corpus exanime dñi sui. a toto partem significãs: sicut omẽs ꝯfitemur iesum christũ filiũ dei vnicũ dñm nostrum. qđ vtiq; simul est ⁊ verbum ⁊ aĩa et caro. crucifixũ tamen ⁊ sepultũ: cum sola eius sepulta sit caro. Et nescio inq̃t vbi posuerunt eum. Hec erat causa maior doloris: qꝛ nesciebat quo iret ad ꝯsolandũ dolorẽ. Sed hora iaꝫ venerat: vt id qđ nũciatum quodãmodo fuerat ab angelis flere ꝓhibentib⁹. gaudiũ succederet fletibus. Deniq; cũ hec dixissꝫ cõuersa ẽ retrorsum ⁊ vidit iesum stantẽ: et ñ sciebat q̃a iesus est. Dicit ei iesus. Mulier q̃d ploras? Quẽ queris? Illa existimas q̃a hortulan⁹ esset: dicit ei. Dñe si tu sustulisti eũ. dicito mihi vbi posuisti eũ: ⁊ ego eum tollam. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni qđ dicitur magister. Nemo calumniet̃ mulieri: qđ hortulanũ dixerit dñm. ⁊ iesum magistrũ. Ibi enim rogabat: hic agnoscebat. Ibi honorabat hominem a quo beneficium postulabat: hic recolebat doctorez a quo discernere humana ⁊ diuina discebat. Appellabat dñm cuius ancilla nõ erat vt per eum veniret ad dñm cuius ancilla erat: Aliter ergo dñm dixit. sustulerũt dñꝫ meũ: alit̃ aũt/ dñe si tu sustulisti eũ. Naꝫ ⁊ ꝓphete appellauerũt dños eos qui hoĩes erant: sed aliter illũ de quo scriptũ est. do
lxxxiij. minus nomen ei. Sed ista mulier que iam fuerat ꝯuersa retrorsum vt videret iesum. qñ eũ putauit eẽ hortulanũ ⁊ cũ illo vtiq; loquebat̃. quõ rursus conũsa dicit̃. vt ei diceret/ rabboni: nisi quia tũc ꝯuersa corpore qđ non erat putauit. nũc corde ꝯuersa qđ erat agnouit? Dicit ei iesus. Noli me tangere: nõdũ enĩ ascendi ad p̃rem meũ. Uade aũt ad frẽs meos et dic eis. Ascendo ad p̃rem meum et p̃rem v̄rm: deũ meũ ⁊ deũ v̄rm.

B Est in his verbis qđ breuiter quidez sꝫ tamen attentius ꝑtractare debem⁹. Jesus quippe mulierẽ que illum magistrũ agnouit ⁊ appellauit. cum hec ei r̃nderet fidem docebat: ⁊ hortulan⁹ ille in ei⁹ corde tãq̃ ĩ horto suo granũ synapis seĩabat. Quid est ergo noli me tangere? Et tanq̃ hui⁹ ꝓhibitionis causa quereret̃. adiũxit. Nondum enĩ ascendi ad patrẽ meũ. Quid ẽ h. Si stans in terra non tangit̃: sedens in celo quõ ab hoĩbus tanget̃? Qui certe anteq̃ ascenderet discipulis se tangendũ obtulit dicens. sicut lucas euãgelista testat̃. palpate ⁊ videte quia spũs carnem ⁊ ossa Luce. xxiiij
non habet sicut me videtis habere: vel qñ dixit discipulo thome/ infer digitũ tuum huc ⁊ vide manus meas ⁊ affer manũ tuaꝫ s̃. xx.
et mitte in latus meũ. Quis aũt tam sit absurdus. vt dicat eum a discipulis quidem anteq̃ ad patrẽ ascendisset voluisse se tãgi: a mulierib⁹ autem noluisse nisi cũ ascẽdisset ad patrẽ? Sed nec sic qui vellet desipere sineret̃. Legunt̃ enĩ etiam femĩe p⁹ resurrectionẽ anteq̃ ad patrẽ ascẽderꝫ tetigisse iesum: in quibus erat etiã ipsa maria magdalena narrãte mattheo qđ occur Mat. xxviij
rerit illis iesus dicens. Auete Ille autẽ accesserũt inquit ⁊ tenuerũt pedes eius: et adorauerunt eum. Hoc a iohãne ꝑtermissum est: sed a mattheo verũ dictũ est. Restat ergo vt aliquod in his verb̃ lateat sacramentũ: qđ siue inueniam⁹ siue inuenire mĩme valeamus. inesse tamẽ nullo modo dubitare debem⁹. Aut ergo sic dictũ est/ noli me tangere nondũ enĩ ascendi ad patrem meum. vt ĩ illa femĩa figuraret̃ ecclesia de gentib⁹ que in christum non credidit nisi cum ascẽdisset ad patrẽ: aut sic ĩ se credi voluit iesus. hoc est sic se spũalit̃ tãgi qđ ipse ⁊ pater vnũ sũt. Eius quippe intimis sensibus quodãmodo ascẽdit ad patrem: qui sic in eo ꝓfcerit vt patri agnoscat equalem. Aliter non recte tangit̃. id ẽ aliter non recte in eum creditur. Poterat autem sic credere maria vt eum putaret imparem patri. quod vtiq; ꝓhibetur cum ei dicitur. noli me tangere. id est. noli ĩ me sic credere quẽadmodũ adhuc sapis. Noli tuũ sensum hucusq̃ ꝑtendere qđ ꝓ te factus sum: nec trãsire ad illud quo facta es Quomõ enim non carnaliter adhuc in eũ credebat: quem sicut hoĩem flebat. Nondum enĩ ascendi inquit ad patrem meum Ibi me tangis: qñ me credideris patri nõ imparem deum. Uade autem ad frẽs meos ⁊ dic eis. Ascendo ad patrẽ meuꝫ: ⁊ patrem vestrũ. Non ait/ patrem nr̃m. Aliter ergo meũ. aliter vestrũ: Natura meũ. gr̃a

vestrum. Et deum meum: & deum vestrū. Neq; hic dixit deum nostrum. Ergo & hic aliter meum. aliter vestrum. Deum meum sub quo & ego hō sum: deus vestrum inter quos & ipsum mediator sum. Venit maria magdalene annūcians discipulis: quia vidi dñm & hec dixit mihi

L Cum esset ergo sero die illo vna sabbatoꝝ & fores eēnt clause vbi erāt discipuli cōgregati ꝓpt̄ metū iudeorum: venit ihesus & stetit in medio & dixit eis. Pax vobis. Et cuꝫ hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Claui enim manus fixerant. lancea latus eius aperuerat: vbi ad dubitantium corda sananda vulnerū sunt seruata vestigia. Moli autem corporis vbi diuinitas erat: ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit: quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Gauisi sunt ergo discipuli viso dño. Dixit ergo eis iteruꝫ: Pax vobis. Iteratio confirmatio est. Ipe q̄p pe dat per prophetam promissam pacem super pacem. Sicut misit me pater inquit: & ego mitto vos. Equalem patri filium nouimus. sed hic verba mediatoris agnoscimus. Medium quippe se ostendit dicendo: Ille me. & ego vos. Hec autem cum dixisset: insufflauit & dicit eis. Accipite spiritū sanctum. Insufflando significauit spiritū sanctum nō patris solius esse spiritum: sed & suū. Quorum remiseritis inq̄t peccata remittuntur eis: & quoruꝫ retinueritis retēta sunt. Ecclesie charitas que per spiritum sanctū diffunditur in cordib⁹ nostris participum suorum peccata dimittit: Eorum autem qui non sunt eius participes tenet. Ideo postea q̄ dixit/accipite spiritū sanctū: hoc continuo de peccatorū remissione ac detentione subiecit. Thomas autez vnus er duodecim qui dicitur didymus non erat cum eis quando venit ihesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum. & mittam digitum meum i locum clauorum. & mittam manuꝫ meam in latus eius: non credam. Et post dies octo. iterum erant discipuli eius intus: & thomas cū eis Venit ihesus ianuis clausis: & stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitū tuū huc et vide manus meas: et affer manū tuam et mitte i latus meum: et noli esse incredulus sed fidelis Respondit thomas et dixit. Dominꝰ meus et deus meus. Videbat tangebatq̄ hominē & confitebatur deum quem non videbat neq; tangebat. Sed per hoc qō videbat atq; tangebat: illud iam remota dubitatiōe credebat. Dicit ei ihesus. Quia vidisti me credidisti. Non ait tetigisti me sed vidisti me: quoniam generalis quodāmodo sensus ē visus. Nam & p alios quattuor sensus nominari solet: velut cum dicimus audi & vide q̄ bene sonet: olfac & vide q̄ bñ oleat: gusta & vide q̄ bene sapiat: tange & vide q̄ bene caleat. Ubiq; sonuit vide: cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere. Unde & hic ipse dominꝰ. Infer inq̄t digitum tuū huc: & vide manꝰ meas. Quid aliud ait q̄ tange & vide? Nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo siue intuēdo siue etiam tangēdo. quia vidisti me inquit credidisti: q̄uis dici possit non ausuꝫ fuisse discipulum tangere. cum se offerret ille tangendū. Non enim scriptuꝫ est: & tetigit thomas. Sed siue aspiciendo tantum siue etiam tangendo viderit & crediderit: illud quod sequitur/magis gentium fidez predicat atq; cōmendat. Beati qui nō viderunt et crediderūt. Preteriti tēporis vsus est ꝟbis: tanq̄ ille qui qō erat futurum in sua nouerat predestinatiōe iā factum. Sed iam sermo iste a prolixitate cohibendus est. Donabit dñs: vt de bis q̄ restant alias disputemus.

liij. sentē. dixvij. nec iō. de pe. di. iiij ecclesie charitas. Rhomañ. v.

Explicit tractatus centesimus sui cesimus primus. Incipit tractatus centesimus suicesimus secundus. De eo quod dicit. Multa quidem et alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum: vsq; ad id

quod ait. Ascendit simon petrus ⁊ traxit rhete in terram plenum magnis piscibus centumq̄nquaginta tribus. ⁊ cum tanti essent/ non est scissum rhete.

A Post narrationem rei geste in qua thomas discipulus oblatis sibi tangēdis in christi carne vulnerum locis vidit qđ credere nolebat ⁊ credidit: interponit hec euangelista iohannes ⁊ dicit. Multa quidem ⁊ alia signa fecit iesus in conspectu discipuloruꝫ suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis. quia iesus est † christus filius dei: ⁊ vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Hoc capitulum velut libri huius indicat finem. Sꝫ narratur hic deinde quemadmodum se manifestauerit dñs ad mare tiberiadis. et in captura piscium cōmendauerit ecclesie sacramētū: qualis futura est vltima resurrectio mortuoꝝ. Ad hoc itaq̄ cōmendandum valere arbitror quod tanq̄ finis inꝑpositus est libri quod essꝫ etiam secuture narratiōis quasi premiū: qđ ei quodāmodo faceret eminentiorē locum. Que narratio incipit ita. Postea manifestauit se iteruꝫ iesus ad mare tyberiadis: manifestauit autem sic. Erant simul simon petrus ⁊ thomas q̄ dicitur didymus et nathanael q̄ erat a galilea et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venim⁹ et nos tecum. Queri solet de hac piscatione discipuloꝝ: cur redierint petrus ⁊ filij zebedei ad id qđ fuerunt priusq̄ a domino vocarentur: erant enī pisctaores quando eis dixit. Venite post me: ⁊ faciam vos fieri piscatores hominū. Tunc eum quippe illi secuti sunt vt magisterio eius relictis oībus adhērent: intantū vt cum ab eo diues ille tristis abscederet cui ipse dixerat. vade vende que habes ⁊ da pauperib⁹. ⁊ habebis thesauꝝ in celo. ⁊ veni sequere me diceret ei petrus. Ecce nos dimisim⁹ omnia ⁊ secuti sumus te. Quid est ergo quod nunc quasi apostolatu relicto fiunt qđ fuerunt. ⁊ qđ dimiserāt repetunt: tanq̄ obliti qđ audierant. Nemo mittens manū super aratrum ⁊ respiciēs retro aptus est regno celorum? Quod si fecissent defuncto iesu priusq̄ resurrexisset a mortuis. Qđ quidē non poterant quoniam dies quo crucifixus est tot⁹ eos tenebat attonitos vsq̄ ad eius sepulturaꝫ que ante vesperum facta est. Sequens autem dies erat sabbati: qñ eis morez patrium seruātib⁹ operari vtiq̄ non licebat. Tertio v̄o die dñs resurrexit: eosq̄ reuocauit ad spē quā de illo nō habere iam ceperant. Tamen si tūc fecissent putaremus eos illa que animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc v̄o post eum sibi de sepulchro redditu viuū. post oblatam suis oculis ⁊ manibus nō solum videndam verumetiā tangendā atq̄ palpandam rediuiue carnis euidentissimam veritatem. post inspecta vulnerum loca. vsq̄ ad apostoli thome confessionez qui se aliter crediturum non esse predixerat. post acceptum eius insufflatiōe spiritumsanctū. post verba in suas aures eius ore prolata. sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos. quorum remiseritis peccata remittuntur eis. ⁊ quorum retinueritis retenta sunt: subito fiūt sic̄ fuer̄t. ñ hoīuꝫ sꝫ pisciū piscatores. His ergo quos hoc mouet respondendū est. non eos fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atq̄ concessa victum necessariū querere sui apostolatus integritate seruata: si quando vnde viuerent aliud non haberent. Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere apostolū paulum non pertinuisse ad eorum perfectionē qui relictis omnibus christum secuti sunt: quoniam ne quenq̄ eoruꝫ grauaret quib⁹ euāgeliū predicabat. suū victum suis manib⁹ trāsigebat. Vbi magis impletum est quod ait. plus omnibus illis laboraui. Et adiūxit/ non autez ego. sed gratia dei mecum: vt hoc quoq̄ appareat dei gratie deputandum. qđ ⁊ animo ⁊ corpore poterat vsq̄ adeo plus illis omnibus laborare. vt neq̄ cessaret ab euangelio predicando. neq̄ tamen ex euengelio sicut illi sustentaret hāc vitam: cum id per tot gentes in quib⁹ christi nomen non fuerat ꝓphetatuꝫ/ multo la

Matth. xix.
Luce. ix.
Mat. vbi. s.
j. Corin. iiij.
j. Corin. xv.

C tius atq; fertilius seminaret. Vbi osten
dit ex euangelio viuendi. hoc est victum
habendi/non necessitatē aplis impositaz:
sed potestatē datam. Quam potestatē cō
1.Corint.ix. memorat idem apostolus dicens. Si nos
vobis spūalia seminauim⁹: magnum est si
vestra carualia metamus? Si alij potesta-
tis vre participes sūt nō magis nos? Sed
non sum⁹ inquit vsi hac potestate. Et pau
lop ost. q altario seruiūt inquit altario cō
partiunt: Sic t dñs ordinauit his qui euā
geliū annūciant de euāgelio viuere. Ego
autem nullius horum vsus sum. Satis igi
tur apertum est non imperatū sed in pote
state apostolis positum vt aliunde nō vi
uerent nisi ex euangelio: t ab eis quibus
euangeliū predicando spūalia seminabāt
carnalia meterent. hoc est carnis huius su
stentaculū sumerent: t tanq; milites chri-
sti/stipendiū debitum acciperent. sicut a
puincialibus christi. Vnde idemipse mi-
les egregius paulo superius de hac re di-
vbi.s. xerat. Quis militat suis stipendijs vnq;?
Quod tamē ipse faciebat: quia plus illi o
bus laborauit. Si ergo beatus paulus vt
ea potestate quā pfecto cum ceteris euā-
gelij p̄dicatoribus habebat. non cum cete
ris vteretur: sed suo stipendio militaret.
ne gentes a noīe christi penit⁹ alienas do
ctrina eius quasi venalis offenderet: aliter
educatus artez quā non nouerat didicit.
vt dum suis manibus transigit doctor. nul
lus grauaretur auditor: q̄tomagis beatus
petrus qui iam piscator fuerat qō nouerat
fecit: si ad presens illud tempus aliud vn-
de viueret non inuenit? Sed respondebit
quispiam. Et cur non inuenit. cum dñs p̄
miserit dicens. querite primū regnū dei t
iusticiam eius: t hec oīa apponentur vobis
Prorsus etiam sic dñs qō promisit imple-
uit. Nam quis alius pisces qui caperent
apposuit. qui non ob aliud credēdus ē eis
ingessisse penuriam qua compellerentur
ire piscatum. nisi dispositum volens exhi-
bere miraculum: vt simul t predicatores
euangelij sui pasceret. t ipsum euangeliū
tanto sacramento qō erat de numero pisci
um cōmendatur⁹ augeret? De qua re eti-
am nos qō ipse apposuerit dicere iam debe
mus. Dicit ergo simon petr⁹. Vado pisca
ri. Dicunt ei qui cum illo erant. Venimus
et nos tecum. Et exierūt t ascenderūt
in nauim: t illa nocte nihil prendi
derūt. Mane āt iā facto stetit iesus
in litore: nō tamē cognouerūt di-
scipuli quia iesus ē. Dicit ergo eis
iesus. Pueri. Nūq̄d pulmētariuz
habetis? Rnderūt. Non. Dicit eis
Mittite in dexterā nauigij rhete. t
inuenietis. Miserūt ergo: et iam nō
valebāt illud trahere † a multitudi † Al.pre
ne pisciū. Dicit ergo discipulus il-
le quem diligebat iesus. petro. Do
minus ē. Simon petrus cū audis-
set quia dñs est tunica succinxit se.
erat enī nudus: et misit se in mare.
Alij aūt discipuli nauigio venerūt
Nō enī lōge erāt a terra. sed q̄si cu-
bitis ducentis: trahētes rhete pisciū
Ut ergo descenderūt in terrā: vide Infra tract.
runt prunas positas t piscē super- cxxiij.a.
positū t panē. Dicit eis iesus. Affer
te de piscibus quos prēdidistis nūc
Ascēdit simon petrus t traxit rhe-
te in terrā plenū magnis piscibus:
centum q̄nq̄gintatrib⁹. Et cū tanti
essent. nō est scissum rhete. Hoc ē ma D
gnū sacramentū in magno iohannis euan
gelio: t vt vehementi⁹ cōmendaret loco
vltimo scriptum. Quod ergo septem disci
puli fuerunt in ista piscatiōe. Petrus t io-
hannes t nathanael t duo filij zebedei. et
alij ex discipulis eius duo quoz noīa ta-
centur: isti suo septenario numero finē si-
gnificant tpis. Vniuersum quippe septem
diebus voluitur tempus. Ad hoc pertinet
